







THEODOSIANI

LIBRI XVI

CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

ET

LEGES NOVELLAE AD THEODOSIANVM PERTINENTES

CONSILIO ET AVCTORITATE ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDERVNT

TH. MOMMSEN ET **PAVLVS M. MEYER**

ACCEDVNT TABVLAE SEX

VOLVMINIS I PARS PRIOR

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

THEODOSIANI

LIBRI XVI

CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

EDIDIT

ADSVMPTO APPARATV P. KRVEGERI

TH. MOMMSEN

VOLVMINIS I PARS PRIOR

PROLEGOMENA

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

EX OFFICINA AVLAE VIMARIENSIS TYPOGRAPHICA

CONSPECTVS PARTIS PRIORIS

CONSPECTVS SVBSIDIORVM
AD THEODOSIANVM ADHIBITORVM

A = Ambrosianus C 29 inf. (Theod. integri pars cum Brev. decurt.) p. LXXXIII. LXXXVII. CXXXIII.

B = Wallersteinensis (Brev. int. ad 9, 9, 1) p. LXXII. CXXXIV.

C = Murbacensis deperditi apographum Basileense C. III, 1 (Brev. int. inde a 2, 25, 1) p. LXXIII. CXXXV.

D = Parisinus 12445 = Sangermanensis 366 (Theod. int. l. XVI et Brev. excerpta) p. LXXXVIII. XC. Marginalia ex *V* p. XLV.

E = Eporediensis 35 (Brev. int. inde a 2, 8, 1 et Theod. int. l. XVI) p. LXVII. LXXXVII. XC. CXXXIV.

**E* = Rosnyanus + Parisinus 4406 f. 1—56 (descriptus ex *E*) p. LXVIII. CXV.

F = Pithoeanus deperditus (Brev. int.) non collatus totus. p. LXXIX. LXXXV. CXXXV. CXXXVII.

G = Gothanus fol. n. 84 (Brev. int.) p. LXXII. CXXXIV.

H = Hispanus Legionensis rescriptus (Brev. int.) p. LXX. CXXXIII.

K = Parisinus *nouv. acq. Lat.* 1631 = Aurelianensis (Brev. int. inde a 3, 1, 5) non collatus totus. p. LXXVIII. CXXXV. CXXXVII.

L = Parisinus 4403 (Brev. int. et epitome libri XVI) p. LXXVII. XCI. CXXII. CXXXV. CXXXVI.

M = Monacensis 22501 (Brev. int.) p. LXXV. CXXXV. CXXXVI.

N = Parisinus 4404 (Brev. int.) p. LXXI. CXXXIII. Eius Alariciana p. XXXII.

*N** = Berolinensis Savignianus n. 1 (Brev. decurt.) p. XCVI.

O = Oxoniensis Bodleianus Seldenianus B 16 (Brev. int. et Theod. int. l. XVI) p. LXV. LXXXVII. XC. CXXXII.

P = Berolinensis Phillippsianus 1761 (Brev. int. inde a 1, 34, 3) p. LXXV. CXXXV. CXXXVI.

Q = Lugdunensis 303 (Brev. int. inde a 3, 16, 1 adiectis scholiis) non collatus totus. p. LXXIX. CXXXV. CXXXVII.

R = Parisinus 9643 (Theod. int. l. VI. VII. VIII) p. XLII—XLIV. — Quae deficiunt marginibus exesis, exhibentur inter parentheses ( ), ita ut indicatur in subscriptis. — Orthographiam libri primarii retinui ad leges easdem, quas secutus sum in *V*. — Compendia potiora similiter retinui.

S = Parisinus 4405 (Brev. int.) p. LXXVI. CXXXV. CXXXVI. Eius Alariciana p. XXXII.

T = Taurinensis *a* II, 2 rescriptus (Theod. int. fragmenta) p. XXXIX—XLII. — Quae deficiunt in codice servata alibi, non distincta sunt nisi ex certa causa. — Orthographica codicis inter bonos non optimi raro adnotantur.

V cum scholiis suis = Vaticanus reginae 886 (Theod. int. l. VIIII—XVI) p. XLIV—LVII. — Orthographiam libri primarii ita retinui, ut ambigua, qualia sunt in vocabulis compositis *con-* et *com-*, *in-* et *im-*, spreta constantia ad codicem formarentur, mendosa, etiam ubi in erroribus librarius sibi constat, ut sunt *aeclesia*, *heresis*, *Acyndinus*, *Arintheus*, in apparatu adnotarentur. — Compendia communia, ut sunt *q.* = *que*, *b.* = *bus*, non retinui; retinui quae sunt huic generi librorum propria, maxime in inscriptionibus et subscriptionibus, soluta tamen ad hoc exemplum *p(raefectus) p(raetori)o*, ubi in codice est ppo.

W = Vaticanus 5766 cum fol. tribus Taurinensibus rescriptus (Theod. int. l. XIIII. XV. XVI fragmenta) p. LVIII. — Quae deficiunt in codice servata alibi, non distincta sunt nisi ex certa causa. — Orthographica raro adnotavi.

X = Eporediensis 36 (Brev. int.) non collatus totus. p. LXXIV. CXXXV.

Y = Berolinensis Phillippsianus 1741 (Theod. int. l. XVI et Brev. excerpta) p. LXXXVIII. XC. Marginalia ex *V* p. XLIV.

14 = Montispessulanus 84 (Brev. int.) p. LXXXI
16 = Vaticanus reginae 1128 (Brev. int.) p. LXXX
17 = Vaticanus Ottobonianus 2225 (Brev. int.) p. LXXXI
} collati ad solos locos speciminis causa selectos (v. p. LXV), ubi in subscriptis nominantur.

Aegidiana epitome p. C. CVII. Codices eius adhibiti ad Alariciana p. XXXII.
Ambrosianus A 46 inf. (epit. Aeg.) p. CI.
Ambrosianus C 276 inf. (Brev. decurt.) p. XCV.
Appendix Breviarii I (Krueger p. 253—259) p. LXXXIII.
Appendix Breviarii II (Krueger p. 260—263) p. LXXXIII.
Basileensis C. III, 1 (varia) p. XCV.
Bernensis 263 (Brev. decurt.) p. XCV.
Berolinensis Lat. fol. 270 (varia) p. CII.
Berolinensis Lat. quart. 150 (Brev. decurt.) p. XCVI.
Berolinensis Phillippsianus 1745 p. LXII.
Berolinensis Savignianus vide supra *N**.
Clermont-Ferrand 201 (Brev. decurt.) p. XCVI.
Consultatio veteris iurisconsulti p. CIV.
Cuiaciana p. CV. CVII—CXVI.
Curiensis epitome p. CII.
Fuldensis D I (epitome) p. C.
Gothofrediana p. CXVI.
Gromatici scriptores p. LIX.
Guelferbytana epitome p. CII.
Haeneliana p. CXVII.
Halberstadiensis rescriptus (Th. integri fragmenta) p. LVII.
Hincmariana excerpta p. LXXXIX.
Holkhamensis 210 (epit. Aeg.) p. CI.
Iust. = Iustinianus codex ad ed. Kruegeri maiorem a. 1877 p. LIX. CXXIV. Quae habet diversa a Theodosiano, exhibentur bipertito: lectio Iustiniana ubi aut referri potest ad ipsum Theodosiani archetypum aut ad mutationes a Iustiniani iuris peritis consulto factas, ad marginem collocata est; contra minora ad librarios magis referenda inserui apparatui meo, cavens ita, potiora aut vera aut certe notatu digna ne intra variarum lectionum sordes laterent. Codices a Kruegero adhibitos secundum eundem (l. l. p. LX sqq.) allegavi retentis inter parentheses ( ) vocabulo *Iust.* subiunctas signis ab eo usurpatis, inter quae haec potissimum invenientur.

C = Casinas 49.	*R* = Berolinensis 273.
D = Darmstadiensis 2000.	*S* = Summa Perusina.
I = Vindobonensis 2130 ad l. X. XI. XII.	*T* = Berolinensis 272.
K = Parisinus 4537 ad l. X. XI. XII.	*V* = Veronensis LXII rescriptus saec. VI/VII.
L = Parisinus 4516.	*W* = Vaticanus 1427.
N = Parisinus 16910.	*X* = Oxoniensis Orielensis A. 2. 7 ad libros XI. XII.
O = Oxoniensis Bodleianus 3361 ad l. X. XI. XII.	*Hal.* = Haloandri editio a. 1530.
P = Pistoriensis 66.	

Rubricae Iustiniani codicis collatae cum Theodosianis p. XIII—XXVII.

Leges Germanorum p. LX. LXI.
Leidensis Voss. quart. 47 (Brev. decurt.) p. XCVI.
Monachi epitome p. CII. Eius Alariciana p. XXXII.
Montispessulanus 136 (Brev. decurt.) p. XCVI.
Murbacensis p. LXXIII. CXXXV.
Parisinus 4403 A (Brev. decurt.) p. XCVII.
Parisinus 4406 f. 1—56 p. LXVIII. CXV.
f. 57—59 p. LXXVIII.
f. 60—67 p. XCIX.
f. 68 p. XCVIII.
f. 69—72 titulus de incestis nuptiis (vide ed. ad rubr. 3, 12) aliaque minora (Haenel Brev. p. LIII).

Parisinus 4408 (Brev. decurt.) p. XCVII.
Parisinus 4409 (Brev. decurt.) p. XCVII.
Parisinus 4410 adiuncto folio nunc Parisini 4406 f. 68 (Brev. decurt.) p. XCVIII.
Parisinus 4411 (Brev. decurt.) p. XCVIII.
Parisinus 4412 (Brev. decurt.) p. LXXXV. XCVIII.
Parisinus 4413 (Brev. decurt.) p. LXXXV. XCVIII.
Parisinus 4414 (Brev. decurt.) p. XCVIII.
Parisinus 4415 (Brev. decurt.) p. XCIX.
Parisinus 9652 + 4406 f. 60—67 (Brev. decurt.) p. XCIX.
Parisinus 9653 (Brev. decurt.) p. XCIX.
Parisinus 10753 (epitome) p. LXXXIX. CI.
Parisinus 12161 f. 65/66. 79/80. 71/72. 73/74 rescripta p. LXV.
Pithoeana excerpta *Réserve* F^2 p. CIX—CXVI.
Réserve F^3 p. CIX.
Réserve F^4 p. LXXIX. LXXXV. CXXXV. CXXXVII.
Sangallensis 731 (Brev. decurt.) p. XCIX.
Solmsianus (excerpta ex *V*) p. LVII.
Varsoviensis n. 480 (Brev. decurt.) p. XCIX.
Vaticanus reginae 520 p. LXIV. LXXXVI.
Vaticanus reginae 857 (Brev. decurt.) p. C.
Vaticanus reginae 1023 (Brev. decurt.) p. LXXXV. C.
Vaticanus reginae 1048 (Brev. decurt.) p. C.
Vaticanus reginae 1050 (Brev. decurt.) p. C.

om. nota ubi apponitur, refertur ad solum vocabulum proxime praecedens, nisi plura repetuntur. id quod maxime retinendum est in apparatu ad subscriptiones pertinente. Exempli causa *ii caes. (om.)* significat solum vocabulum *caes.* desiderari; ubi etiam *ii* desideratur, scribitur aut *ii (om.) caes. (om.)* aut *ii caes. (ii caes. om.)*

orthographica minora passim suppressa sunt in apparatu. Exempli causa ubi scribitur *praescribere* legi in codicibus pluribus, his item continentur ii qui habent *prescribere.*

CONSPECTVS SVBSIDIORVM
AD SIRMONDIANAS ADHIBITORVM

A = Ambros. C 29 inf. (rubricae const. 5 et 7) p. CCCLXXIX (cf. supra p. VI).
D = Parisinus 12445 (const. 1—7) p. CCCLXXIX (cf. supra p. VI).
E = Eporediensis 35 (const. 1—3) p. CCCLXXIX (cf. supra p. VI).
O = Oxoniensis Bodleianus Seldenianus B 16 (const. 1—3. 5—7) p. CCCLXXIX (cf. supra p. VI).
W = Stuttgartensis 113 (const. 1) p. CCCLXXX.
Y = Berolinensis Phillippsianus 1741 (const. 1—7) p. CCCLXXIX (cf. supra p. VI).
Z = Berolinensis Phillippsianus 1745 (const. 1—16) p. CCCLXXVIII (cf. supra p. VII).
Bellov. = Parisinus 9652 p. CCCLXXIX (cf. supra p. VIII).
Berol. = Berolinensis lat. f. 270 p. CCCLXXIX (cf. supra p. VII).

Benedictus Levita p. CCCLXXIX.
Florus (descriptus ex *Z*) p. CCCLXXVIII.
Hincmarus p. CCCLXXIX (cf. supra p. VII).
Leidensis Voss. quart. 119 p. CCCLXXIX.
Parisinus 1452 (descriptus ex *Z*) p. CCCLXXIX.
Parisinus 10753 (epitome) p. CCCLXXIX (cf. supra p. VIII).
Parisinus 12097 p. CCCLXXIX.

Opus Theodosiani edendi a THEODORO MOMMSEN consilio et auctoritate Academiae Litterarum Regiae Borussicae anno 1898 susceptum atque continuo labore maturatum paene absolutum erat, cum vir summus kalendis Novembribus anni 1903 e vita excessit. Prolegomena inde a pagina CLXXXV amici, quibus hoc munus Mommseni voluntate delatum erat, typis mandanda curaverunt.

PROLEGOMENA IN THEODOSIANVM.

CAPVT PRIMVM.

THEODOSIANI ORIGO ET VSVS.

Origo Theodosiani

Per longa saecula, quibus stetit res publica Romana, bis tantum leges publico iussu collectae sunt et promulgatae, tempore antiquissimo Romae per decemviros legibus scribendis, collabente imperio Constantinopoli per Theodosium secundum.

Theodosius II. imperatoris Arcadii filius natus a. 401, Augustus creatus a. 402 et post patris obitum a. 408 solus imperator Orientis, postquam non nomine solo, sed re quoque ad rerum administrationem pervenit, litteris potissimum deditus et a. 425 Constantinopoli studia liberalia ordinavit (6, 21, 1 — 14, 9, 3 + 15, 1, 53), constituens inter alios doctores publice nominatos duos, *qui iuris ac legum formulas pandant*, et a. 429 constitutiones a Constantino inde latas colligi iussit, ut corpus ita efficeretur singularibus legibus substituendum (1, 1, 5; item in gestis mox citandis), eaque iussio cum effectum non habuisset, eandem tenore paullum mutato a. 435 repetivit (1, 1, 6). Directae sunt iussiones prior ad novem viros enumeratos in constitutione a. 429, posterior ad sedecim, quos enumerat constitutio a. 435 omnes, octo eorum alia infra memoranda a. 438. In utroque collegio primum locum obtinet *Antiochus v. inl.*, dictus a. 429 *ex quaestore et praefectus* (nam ita scribendum), a. 435 *praefectorius ac consularis*, a. 438 *ex praefecto ac consule;* fuit praefectus praetorio secundum rescripta certa (9, 45, 4 — 11, 20, 6; Iust. 1, 50, 2 dubium est) a. 430. 431, consul ordinarius a. 431. Huic adiuncti sunt *quaestor sacri palatii v. inl.* a. 429 *Antiochus* alter, a. 435 *Eubulus;* item *magister memoriae v. sp.* a. 429 *Theodorus;* item *magistri scriniorum vv. sp.* a. 429 duo *Eudicius* et *Eusebius*, a. 435 omnes quattuor *Maximinus, Epigenes* (a. 438 *magister memoriae*), *Diodorus, Procopius* (a. 438 *magister libellorum*). Ad hos administrantes, quorum tamquam provincia esset cura legum, accedunt non administrantes in collegio a. 429 quattuor *Iohannes v. sp. ex primicerio sacri cubiculi* (is enim est '*comes nostri sacrarii*'), *Comazon* et *Eubulus* (a. 435 *magister memoriae*) *vv. sp. ex magistris scriniorum*, *Apelles scholasticus*, id est causidicus; in collegio a. 435 decem *Maximinus v. inl. ex quaestore sacri palatii; Sperantius, Martyrius* (a. 438 *quaestor*), *Alypius, Sebastianus, Apollodorus, Theodorus* (a. 429 *magister memoriae*), *Eron vv. sp. comites consistoriani; Erotius v. sp. ex vicariis iuris doctor; Neoterius v. sp.* — Absolutum est opus fine a. 437; nam Faustus praefectus Italiae in gestis laudatis narrat anno superiore, scilicet 437, 'peractis nuptiis' inter Valentinianum Augustum et Eudoxiam Theodosii filiam (eae factae sunt die Oct. 29 secundum Chron. min. 2 p. 79), cum una essent Constantinopoli duo Augusti, Theodosium sibi exemplar Theodosiani corporis sua manu tradidisse 'directum utriusque praeceptione', item alterum dedisse praefecto praetorio Orientis. Itaque cum in iisdem gestis memoretur corpus comprobatum esse etiam ab imperatore Occidentis, ea res acta est inter praesentes. Ostendit etiam constitutionum novellarum (id est post Theodosianum emissarum) Theodosianarum vere prima, quae hodie tertia numeratur, data a. 438 Ian. 31 ante eum diem Theodosianum pro absoluto habitum fuisse. Publicatus est a. demum 438 Febr. 15 per legem eam, quae sequitur.

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. FLORENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ORIENTIS.

Saepe nostra clementia dubitavit, quae causa faceret, ut tantis propositis praemiis, quibus artes et studia nutriuntur, tam pauci rarique extiterint qui plene iuris civilis scientia ditarentur, et in tanto lucubrationum tristi pallore vix unus aut alter receperit solidi-
1 tatem perfectae doctrinae. Quod ne a quoquam ulterius sedula ambiguitate tractetur, si copia inmensa librorum, si actionum diversitas difficultasque causarum animis nostris occurrat, si denique moles constitutionum divalium, quae velut sub crassa demersae caligine obscuritatis vallo sui notitiam humanis ingeniis interclusit, verum egimus negotium temporis nostri et discussis tenebris conpendio brevitatis lumen legibus dedimus, electis viris nobilibus exploratae fidei, famosae doctrinae, quibus delegata causa civilis officii, purgata interpretatione, retro principum scita vulgavimus, ne iuris peritorum ulterius, severitate mentita dissimulata inscientia, velut ab ipsis adytis expectarentur formidanda responsa, cum liquido pateat, quo pondere donatio deferatur, qua actione petatur hereditas, quibus verbis stipulatio colligatur, ut certum vel incertum debitum sit exigendum. Quae singula prudentium detecta vigiliis in apertum lucemque deducta sunt nominis
2 nostri radiante splendore. Nec parvum pretium sibi hoc suspicentur esse delatum, quibus divina sensa pectoris nostri mandavimus. Etenim si recte mentis acie futura pro-
3 spicimus, ad posteros usque devenient laboris nostri consortio. Quam ob rem detersa nube voluminum, in quibus multorum nihil explicantium aetates adtritae sunt, compendiosam divalium constitutionum scientiam ex divi Constantini temporibus roboramus, nulli post kal. Ian. concessa licentia ad forum et cotidianas advocationes ius principale deferre vel litis instrumenta conponere, nisi ex his videlicet libris, qui in nostri nominis vocabulum transierunt et sacris habentur in scriniis. Quamquam nulli retro principum aeternitas sua detracta est, nullius latoris occidit nomen, immo, lucis gratia mutati, claritudine consultorum augusta nobiscum societate iunguntur. Manet igitur manebitque in perpetuum elimata gloria conditorum, nec in nostrum titulum demigravit nisi lux sola
4 brevitatis. Et quamvis nostris auspiciis totius operis instauratio deberetur, adtamen magis imperatorium magisque credidimus gloriosum, si fugata invidia perennitatis iure memoria remaneret auctorum. Nobis ad fructum bonae conscientiae satis abundeque suf-
5 ficiet revelatis legibus inventa maiorum obscuritatis iniuria vindicasse. His adicimus nullam constitutionem in posterum velut latam in partibus Occidentis aliove *(fortasse scr.* ullo*)* in loco ab invictissimo principe filio nostrae clementiae, p(er)p(etuo) Augusto Valentiniano posse proferri vel vim legis aliquam obtinere, nisi hoc idem divina pragma-
6 tica nostris *(scr.* nostra*)* mentibus intimetur. Quod observari necesse est in his etiam, quae per Orientem nobis auctoribus promulgantur; falsitatis nota damnandis, quae ex tempore definito Theodosiano non referuntur in codice, exceptis his, quae habentur apud militum sancta principia, vel de titulis publicis expensarum aliarumque rerum gratia
7 quae in regestis diversorum officiorum relata sunt. Longum est memorare, quid in huius consummationem negotii contulerit vigiliis suis Antiochus, cuncta sublimis, ex prae-f(ecto) et cons(ule); quid Maximinus, v(ir) inl(ustris) exquaestore nostri palatii, eminens omni genere litterarum; quid Martyrius, v(ir) inl(ustris), comes et quaestor, nostrae clementiae fidus interpres: quid etiam Sperantius, Apollodorus, Theodorus, viri spectabiles, comites sacri nostri consistorii; quid Epigenes, v(ir) s(pectabilis), com(es) et mag(ister) memoriae; quid Procopius, v(ir) s(pectabilis), com(es) et magister libellorum, iure omnibus
8 veteribus conparandi. Quod restat, Florenti, p(arens) k(arissime) a(tque) a(mantissime), inlustris et magnifica auctoritas tua, cui amicum, cui familiare est placere principibus, edictis prop(ositis), in omnium populorum, in omnium provinciarum notitiam scita maiestatis augustae nostrae faciat pervenire. DAT. XV. KAL. MART. CONSTANTINOPOLI THEOD(OSIO) A. XVI. CONS. ET QVI FVERIT NVNTIATVS.

Eius constitutionis exemplar missum ad praefectum Orientis servatum est cum inter novellas Theodosianas, ubi hodie pro prima numeratur eoque loco a nobis quoque edetur[1]), tum praescriptum exemplaribus quibusdam ipsius Theodosiani. — Ex rerum scriptori-

[1]) Omnino aptius ea collocatur ante Theodosianum quam ante Theodosii novellas, nihil enim commune habet cum novellarum corpore incipiente ab epistula a. 447, per quam Theodosius II novellas adhuc emissas temporum ordine dispositas collegae Occidentem regenti transmisit.

bus unus (nam Hydatium interpolatum chr. min. 2 p. 15 recte spernemus) auctor chronicorum Gallicorum a. 452 (chr. min. vol. 1 p. 660) corporis publicati meminit sub a. XV Theodosii II: ***Theodosianus liber omnium legum legitimorum principum in unum conlatarum hoc primum anno editus.*** — Anno 438 exeunte (gesta ipsa diem non enuntiant, sed edita sunt, statim opinor, Dec. 25) Faustus ille praefectus praetorio Italiae exemplar sibi traditum senatui urbis Romae intimavit, non ut senatus id comprobaret (id enim ab hoc aevo alienum est), sed ut acciperet et de exemplaribus conficiendis et edendis caveret; gesta de ea re praemissa sunt ipsi Theodosiano in codice uno Ambrosiano. — Theodosianum legis vicem obtinere inde a k. Ian. a. 439 neque nisi ex eo ullam constitutionem, scilicet temporum eorum ad quae pervenit, deinceps in foro allegari licere lex illa a. 438 enuntiat.

Ad exemplaria quod attinet, authentica duo manu imperatorum subscripta lex eadem a. 438 ait haberi 'sacris in scriniis', scilicet tam Ravennae quam Constantinopoli sub magistris scriniorum. Praeterea modo vidimus exemplaria item ab iis directa tradita esse praefectis praetorii duobus primariis, ut una cum senatibus publicandae syllogae curam agerent. Fiunt secundum ea, quae praefectus senatui exponit[1]), plura 'corpora', id est exemplaria, descripta ad subscriptum ab imperatore; horum unum conservabitur in scrinio praefecti praetorio Italiae, alterum apud praefectum urbi. Ea ut ***in scriniis publicis sub signaculis habeantur***, item ut ***singuli praefecti signacula sua adhibeant***, acclamationes flagitant; flagitant item, ut ***plures codices fiant***, ut ***codices in scriniis habendi sumptu publico fiant***, ut ***habeantur in officiis***, ut ***in provincias dirigantur;*** praefectus hoc tantum promittit in Africam exemplar se transmissurum esse. Lex a. 438 hoc solum caverat, ut ipsa per provincias promulgaretur edictis propositis. Denique codex, puto missus ex Oriente, traditur constitutionariis, ut tam exemplaria illa scribant, de quibus dictum est quam alia plura, quo qui velit sumptu suo syllogen comparet. Commercium hoc ut recte fiat, cura est praefecti urbi; ad eum enim referenda esse verba acclamatoria '***ad curam pertineat praefecturae***' intellegitur maxime ex constitutione, de qua statim dicetur, a. 443; eiusque erit 'cognitionale officium' in ea memoratum. Sub praefecto eam rem curare iubetur Beronicianus v. sp., fortasse is ipse qui in concilio Calchedonensi a. 451 litteras imperatorias recitavit dictus *Βερονικιανὸς ὁ καθωσιώμενος σηκρητάριος τοῦ θείου κονσιστωρίου* (Mansi vol. 7 p. 584). Requirunt praeterea acclamationes, ut ***omnes codices litteris conscribantur,*** scilicet non notis tachygraphis Tironianis; item ut ***notae iuris non adscribantur,*** nimirum quales nobis innotuerunt ex Gaio. Haec explicantur in gestis. Ea gesta constitutionariis Anastasio et Martino, qui 'ex praecepto' in senatu eo interfuerunt, edita una cum ipso opinor archetypo per Flavium Laurentium exceptorem senatus[2]), ab his praemissa sunt exemplaribus per eos in Occidente divenditis. — Adhaeret gestis praeterea constitutio data ad eosdem constitutionarios a. 443 Dec. 23, per quam Valentinianus III (is enim in ea loquitur, licet videantur solito more nomina duorum Augustorum praescripta fuisse) inspectis gestis illis praefectum urbi curare iubet, ne Theodosiani exemplaria edantur veneantve nisi scripta per ipsos constitutionarios, ***quos manebit periculum, si quid edita falsitatis habuissent.*** — Ab uno exemplarium eorum, quae constitutionarii hi scripserunt praepositis dictis gestis et adiecta hac monopolii confirmatione, descendit ex codicibus nostris certe codex Ambrosianus; in reliquis item cogitari poterit de eadem origine, quamquam gesta ab iis absunt, nam plerique initio mutili sunt et in paucis non mutilis fieri potest, ut librarii posteriores gesta omiserint.

Titulus syllogae, si sequimur libros scriptos, fuit *Theodosianus* nude. Inter integri corporis codices qui supersunt numero paucos exordium nullus servavit, finem Titulus

---

[1]) In oratione hac quaedam perturbata sunt, puto culpa Fausti ipsius. 'Tria corpora' parum recte procedunt, sive comprehendas exemplum mittendum in Africam sive archetypum adlatum Constantinopoli. Denique perverse dicitur tertium exemplum faciendum esse constitutionariis tradendum, cum ex tribus illis duo certe ab iisdem scribi debuerint.

[2]) Flavii Laurentii exceptoris senatus, qui gesta constitutionariis edidit a. 438, extat titulus sepulcralis (ut monui *neues Archiv* 10 p. 584) repertus Romae (Rossi *bull. crist.* 1869 p. 18) ita conceptus: ***hic quiescit in pace Laurentius [s]criba senatus dep[ositus] die IIII iduum Mart. Adelfio v. c. cons.*** (a. 451).

solus codex *T* sic: *Theod constitutionum lib. XVI,* subscribens praeterea indici titulorum: *tituli diui* (sic) *Theodosiani,* quod qui scripsit, auctorem corporis putavit non Theodosium esse, sed Theodosianum. Singulis libris codices aut solum numerum subscribunt, ut fit in codice *R,* item in fine quorundam librorum in codice *V,* aut adicitur unum vocabulum *Theodosiani,* ut factum est in codice *T* ad finem librorum (excepto, ut dictum est, extremo), item in codice *V* in fine librorum quorundam. Denique in Breviarii exordio dicuntur eo contineri '*leges sive species iuris de Theodosiano vel de diversis libris*' et antiquissimi quique Breviarii codices, in his *PM,* singulis libris non subscribunt nisi *Theodosiani* adiecto libro et numero. Librariorum autem esse videntur si qua reperiuntur additamenta, ut *constitutionum* vidimus adiectum esse in libro *T* extremo, ut in *H* similiter Theodosiano subscribitur *explicit Theodosiani constitutionum liber,* ut in *N* dicuntur breviario contineri *libelli ex corpore divi Theodosiani* (sic) *libri XVI,* in *O* praescribitur rubricis: *incipiunt capitula . . . legum antiquarum a Theodosio minore collectarum,* subscribitur libro postremo: *explicit liber XV* (sic) *Theodosii minoris de confirmatione legum antiquarum.* Similia reliquorum codicum relata in eorum recensu hoc loco non repetimus. — Constitutionum de formanda hac sylloge emissarum prior a. 429 loquitur de colligendis legibus *ad similitudinem Gregoriani atque Hermogeniani codicis* et mox de his '*codicibus*' tribus, altera a. 435 nominat *contextores huius Theodosiani codicis* (hinc pendent Isidorus orig. 5, 1, 7 et Iustinianus const. Haec quae necessario praef. et Cordi nobis 1) idque ipsum est in gestis c. 4: *legit ex codice Theodosiano* eodemque vocabulo utitur constitutio a. 438 supra relata de sylloge publicanda itemque data a. 443 de exemplaribus eius faciendis directa ad constitutionarios; denique novellae legi a. 447 (nov. Theodosii 2) in Ottoboniano libro sic fere praescriptum est: *de Theodosiani codicis auctoritate et de legibus, quae latae sunt post Theodosianum divi Theodosi Augusti.* Legi Valentiniani III a. 448 (nov. Valent. 25) praescribitur *de confirmatione legum divi* (expectes *domini*) *Theodosii Augusti quae latae sunt post Theodosianum;* idem citat *corpus Theodosianum* nov. 31, 1. 34 praef. *Theodosianus liber* est in chronicis Gallicis a. 452 (chr. min. 1 p. 600); *Theodosianae leges* appellantur a Sidonio Apollinare (ep. 1, 1). — In allegationibus syllogae apud posteriores non frequentissimis dominatur *Theodosianus* nude: ita citatur in appendice priore breviarii (c. 20 et in fine apud Kruegerum) et in auctario constitutionum Sirmondianarum (vide ad 1, 27, 1) et apud Iohannem Lydum bis de mag. 2, 40. 3, 40 (ubi *ὁ πάλαι Θεοδοσιανὸς* opponitur *τῷ νεαρῷ*), cum in tertio loco 3, 23 dicatur *ὁ πάλαι Θεοδοσιανὸς κῶδιξ;* item in lege Burgundionum Romana passim; item in Consultatione semel (6, 7, 3); eodem redit, quod semel legitur in lege Burgundionum (1, 3), item apud gromaticos (p. 267 Lachm.) et passim in appendice posteriore breviarii (p. 260 sq. Krueger) et in Consultatione *corpus Theodosiani,* pariter atque passim reperitur *corpus* (= volumen) *Papiniani* (1, 4. 3), *corpus Ulpiani* (inscr. ante regulas), *corpus Gregoriani, corpus novellarum Theodosii et Valentiniani* (lex Burg. 2, 2) et negat interpres Alaricianus (ad Th. 1, 4, 3) Scaevolam aliosque prudentes vetustos *in suis corporibus* iam inveniri. *Corpus Theodosianum* in allegationibus non inveni nisi apud Theudem regem Wisigothorum ei legem suam de litium expensis inserentem; nec multo frequentius allegatur *Theodosianus codex* vel *codex Theodosianus,* scilicet in scholiis Sinaiticis (c. 2. 3 Krueger) et apud imperatores Anthemium (nov. 3) et Iustinianum (Inst. 3, 1, 15), denique apud Iohannem Lydum tertio loco illo supra citato. His expensis intellegitur legitimo usu syllogen nuncupari solo vocabulo Theodosiani, nam alterum vocabulum et a codicibus syllogae optimis quibusque abest et abest passim etiam in allegationibus. Idem fortasse obtinet de Gregoriano et de Hermogeniano, nam his quoque saepe certe substantivum nullum adiungitur; contra legitime dicitur codex Iustinianus. — Sane syllogarum harum intitulatio (egi de ea in ephemeride Savignyana vol. 10 p. 345 seq.), sive solum adiectivum pro titulo operis fuit sive ad id adiectum est codicis vocabulum, longe recedit a solita titulorum Latinorum forma multis exemplis firmata; neque displicet quam ibi proposui coniectura syllogas non continentes nisi solas imperatorum constitutiones prudentibus magis pro tabulis publicis fuisse quam pro libris itaque non auctorum nomina iis indita esse, sed vocabulo codicis in tabulis publicis sollemni ea solita esse significari, quo abiecto utpote communi omnium ea plerumque laudari sub nomine determinandi causa adiecto periti imperatorisve eius, qui syllogen composuisset vel componi iussisset.

Theodosianus constat ex libris sedecim, singuli libri ex certo numero titulorum, titulus ex certo numero constitutionum. Tituli vocabulo ut ipse Theodosius passim utitur (1, 1, 5 — 1, 1, 6 — gesta c. 4 cet.), ita in corporis ordinatione id non reperitur ante rubricas in ullo ex nostris libris *TRVW*; reperitur in superscriptionibus ad oram paginae superiorem librorum *TV* in illo T̄, in hoc ℞ *(= rubrica)* sequente in utroque numero. Breviarii quoque libri vetustiores *HPM* titulis numeros solos praescribunt, nisi quod uno loco l. 4 tit. 21, ubi *H* praeter consuetudinem in medio versu rubricam incipit, ei praescripsit *K (= kaput?)*. — Singula capita dicta esse *constitutiones* dubium non est, quamquam in praescriptionibus id nusquam legitur. Lex Burgundionum Romana ubi Theodosianum citat, capita constanter, ut nos consuevimus, *leges* appellat, cum in Gregoriano et Hermogeniano citandis *constitutionum* vocabulum praevaleat (14, 1, 7 cf. 3, 2).

Tituli et constitutiones

Titulis numeri vix praescripti fuerunt in archetypo; nam codex *V* eos numeros habet in l. XIII. XIIII. XV ab emendatore adiectos, in l. XVI nullos et desunt etiam hic illic in *W*. Gromaticum corpus (p. 267) citat ex *secundo libro titulo finium regundorum*. Item lex Romana Burgundionum in adlegandis Theodosiani titulis plerumque rubricam ponit, uno solo loco (1, 3) numerum. E contrario numeri constanter praescripti sunt in *V* per libros VIIII—XII a manu prima et ubiubi adsunt in *RT*. Theudis rex Wisigothorum legem suam de litium expensis inseri iubet huius legis *libro quarto sub titulo XVI*.

Constitutiones per titulos non numerantur in *R*, numerantur in *W* plerumque, in *VI* et Halberstadiensi constanter. At afuisse eos numeros ab exemplari Theodosiani a quo pendet codex *V*, inde colligitur, quod ubi is hiat (ut 14, 11, 2 et 16, 4, 6) numeri hiatibus celatis continuantur; item ab eo, ad quod lex Romana Burgundionum formata est, inde intellegitur, quod in capite citando (id quod enuntiatur constanter usque ad tit. 14, postea semel tantum 22, 6) utitur nominibus imperatorum vel magistratuum. Itaque dubium non est eos numeros a librariis proficisci. Secundum numeros constitutiones citantur in scholiis Sinaiticis (c. 2: *ἐν τῷ γ' βιβλίῳ τοῦ Θεοδοσιανοῦ κώδικος τίτλῳ ιε' ἢ ιε' τοῦ τίτλου διάταξις*).

Ordinem rerum, secundum quem constitutiones dispositae sunt, tabula declarat quam subieci. Primo ordine ad libros I—IIII adscripta sunt quae rubricis Theodosiani respondent capita edicti praetoris urbani, quod iam habemus quodammodo redivivum in egregio opere Lenelii, ad Lenelianos titulos capitaque. Secundus ordo vel inde a l. V primus constitutiones indicat ex Gregoriano (edito opinor a. 295) translatas in Iustinianum, quatenus leguntur ibi sub rubricis quae Theodosianis respondent. Ordo qui sequitur, ad quem reliqui ordinati sunt, nobis est primarius, scilicet exhibens Theodosiani rubricas hic illic breviatas. Extremus denique repraesentat rubricas Iustiniani redactas ad Theodosiani ordinem; verba ubi differunt, potiora indicavimus, reliquis notam apposuimus significantem ea eadem esse vel fere eadem.

EDICTVM	GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
		THEODOSIANI LIBER PRIMVS	
		1 de constitutionibus principum et edictis	1, 14 de legibus et constitutionibus principum et edictis
	Iust. 1, 19, 1 — 1, 21, 1 (?) — 1, 22, 1. 2 — 1, 23, 1—3	2 de diversis rescriptis	1, 23 de diversis rescriptis et pragmaticis sanctionibus
		3 de mandatis principum	1, 15 =
		4 de responsis prudentium	1, 17 de veteri iure enucleando et auctoritate iuris prudentium *cet.*

EDICTVM	GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
I: de iis qui in municipio colonia foro iure dicundo praesunt	Iust. 1, 26, 1. 2	5 de officio praefectorum praetorio	1, 26 de officio praefectorum praetorio Orientis et Illyrici
		6 de officio praefecti urbis	1, 28 =
		7 de officio magistri militum	1, 29 =
		8 de officio quaestoris	1, 30 =
		9 de officio magistri officiorum	1, 31 =
		10 de officio comitis s. l.	1, 32 =
		11 de officiio comitis r. pr.	1, 33 =
		12 de officio proconsulis et legati	1, 35 =
		13 de officio comitis Orientis	1, 36 =
		14 de officio praefecti Aug.	1, 37 =
		15 de officio vicarii	1, 38 =
	Iust. 1, 40, 1?	16 de officio rectoris provinciae	1, 40 =
		17 de officio rationalis summarum et rei privatae	
		18 de officio praefecti vigilum	1, 43 =
		19 de officio tribuni voluptatum	
		20 de officio iudicum civilium	1, 45 =
		21 de officio iudicum militarium	1, 46 =
		22 de officio iudicum omnium	1, 48 de officio diversorum iudicum
		. . . .	
		27 (?) de episcopali definitione	1, 4 de episcopali audientia *cet.*
		28 [de defensoribus senatus]	
		29 de defensoribus civitatum	1, 55 =
		30 de curatoribus civitatum	
		31 de administratiunculis intra urbem	
		32 de procuratoribus gynaecei et metallorum	11, 7 de . . . . procuratoribus metallorum 11, 8 de . . . . procuratoribus gynaecei . . . .
		33 de primiceriis	
	1, 51, 1?	34 de adsessoribus, domesticis et cancellariis	1, 51 =

EDICTVM	GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
		THEODOSIANI LIBER SECVNDVS.	
II: de ipsius praetoris iurisdictione	Iust. 3, 11, 1—3	1 de iuris dictione et ubi quis conveniri debeat	3, 13 de iuris dictione omnino iudicum et de foro conpetenti
		2 ne in sua causa quis iudicet	3, 5 =
		3 de omissa actionis impetratione	2, 57 de formulis et impetratione actionum sublata
		4 de denuntiatione vel editione rescripti	
		5 de dominio rei quae poscitur vel consortibus ab eo cui denuntiatum fuerit nominandis	3, 40 de consortibus eiusdem litis
		6 de temporum cursu et reparationibus denuntiationum	
	Iust. 3, 11, 1	7 de dilationibus	3, 11 =
		8 de feriis	3, 12 =
IIII: de pactis et conventionibus	Iust. 2, 3, 1—28. 2, 4, 1—39	9 de pactis et transactionibus	2, 3. 4 =
VI: de postulando	Iust. 2, 6, 1—4	10 de postulando	2, 6 =
	Iust. 2, 9, 1—3; cf. 2, 7, 1. 2, 8, 1. 2	11 de erroribus advocatorum	2, 9 =
VIII: de cognitoribus et procuratoribus et defensoribus	Iust. 2, 12, 1—20	12 de cognitoribus et procuratoribus	2, 12 de procuratoribus
	Iust. 2, 13, 1	13 de actionibus ad potentes translatis	2, 13 ne liceat potentioribus *cet.*
		14 de his qui potentiorum nomina in lite praetendunt vel titulos praediis adfigunt	2, 14 de his qui potentiorum nomine *cet.*
10, 40: de dolo malo	Iust. 2, 20, 1—7	15 de dolo malo	2, 20 =
X: de in integrum restitutionibus	Iust. 2, 21, 1—7	16 de integri restitutione	2, 21 =
10, 41: de minoribus XXV annis	Iust. 2, 44, 1	17 de his qui veniam aetatis impetraverunt	2, 44 =
XIIII: de iudiciis omnibus	Iust. 3, 1, 1—7	18 de iudiciis	3, 1 =
cf. Lenel p. 111	Iust. 3, 28, 1—24	19 de inofficioso testamento	3, 28 =
	Iust. 3, 29, 1—8	20 de inofficiosis donationibus	3, 29 =
		21 de inofficiosis dotibus	3, 30 =
15, 65: si hereditas petatur	Iust. 3, 31, 1—10	22 de hereditatis petitione	3, 31 =
15, 69: de rei vindicatione	Iust. 3, 32, 1—28	23 de rei vindicatione	3, 32 =
15, 80: familiae erciscundae	Iust. 3, 36, 1—25	24 de familiae herciscundae	3, 36 =

EDICTVM	GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
15, 81: communi dividundo	Iust. 3, 37, 1—5	25 de communi dividundo	3, 37 =
15, 79: finium regundorum	Iust. 3, 39, 1. 2	26 de finium regundorum	3, 39 =
17, 95: si certum petetur	Iust. 4, 2, 1—15	27 si certum petatur de chirografis	4, 2 si certum petatur
		28 de pecuniae sequestratione prohibita	4, 4 de prohibita sequestratione pecuniae
		29 si certum petatur de suffragiis	4, 3 de suffragio
17, 99: de pigneraticia actione	Iust. 4, 24, 1—12	30 de pigneribus	4, 24 de actione pigneraticia
18, 104: quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicetur	Iust. 4, 26, 1—12	31 quod iussu 32 de peculio	4, 26 quod cum eo qui in aliena est potestate negotium gestum esse dicetur vel de peculio seu quod iussu seu de in rem verso
	Iust. 4, 32, 1—24	33 de usuris	4, 32 =

THEODOSIANI LIBER TERTIVS

EDICTVM	GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
18, 111: empti venditi	Iust. 4, 38, 1—13	1 de contrahenda emptione	4, 38 =
		2 de commissoria rescindenda	8, 34 de pactis pignorum et de commissoria lege in pignoribus rescindenda
	Iust. 4, 43, 1	3 de patribus, qui filios distraxerunt	4, 43 =
XX: de re uxoria	Iust. 4, 58, 1—4	4 de aediliciis actionibus	4, 58 =
	Iust. 5, 1, 1. 5, 3, 1—14	5 de sponsalibus et ante nubtias donationibus	5, 1 de sponsalibus et arris sponsaliciis et proxeneticis 5, 3 de donationibus ante nuptias . . . et sponsaliciis
		6 si provinciae rector vel ad eum pertinentes sponsalia dederint	5, 2 =
	Iust. 5, 4, 1—17	7 de nubtiis	5, 4 =
		8 de secundis nubtiis	5, 9 =
		9 si secundo nubserit mulier, cui maritus usumfructum reliquerit	5, 10 =
		10 si nubtiae ex rescripto petantur	5, 8 =
		11 si quacumque praeditus potestate nubtias petat invitae	5, 7 =
	Iust. 5, 5, 1. 2	12 de incestis nubtiis	5, 5 de incestis et inutilibus nuptiis
	Iust. 5, 12, 1—27	13 de dotibus	5, 12 de iure dotium
		14 de nubtiis gentilium	

EDICTVM	GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
		15 de fideiussoribus dotium	5, 20 ne fideiussores . . . dotium dentur
	Iust. 5, 17, 1–6	16 de repudiis	5, 17 de repudiis et iudicio de moribus sublato
XXII: de tutelis	Iust. 5, 29, 1–3	17 de tutoribus et curatoribus creandis	5, 29 de confirmando tutore
	Iust. 5, 31, 1—10	18 qui petant	5, 31 qui petant tutores vel curatores
22, 121: de administratione tutorum	Iust. 5, 37, 1—19. 5, 38, 1—6	30 de administratione et periculo tutorum et curatorum	5, 37 de administratione tutorum et curatorum *cet.* 5, 38 de periculo tutorum et curatorum
	Iust. 5, 62, 1—23	31 de excusatione tutorum	5, 62 de excusationibus *cet.*
	Iust. 5, 71, 1—17	32 de praediis minorum sine decreto non alienandis	5, 71 =

THEODOSIANI LIBER QVARTVS

EDICTVM	GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
XXV: de bonorum possessionibus	Iust. 6, 11, 1. 2. 6, 12, 1. 2. 6, 13, 1	1 de cretione vel bonorum possessione	6, 11 de bonorum possessione secundum tabulas 6, 12 de b. p. contra tabulas *cet.* 6, 13 de b. p. contra tabulas liberti *cet.*
25, 156: unde liberi	Iust. 6, 14, 1. 2	2 unde liberi	6, 14 =
25, 148: edictum Carbonianum	Iust. 6, 17, 1	3 de Carboniano edicto	6, 17 =
XXVI: de testamentis	Iust. 6, 23, 1—14. 6, 36, 1—6	4 de testamentis et codicillis	6, 23 de testamentis *cet.* 6, 36 de codicillis
cf. Lenel p. 406	Iust. 8, 36, 1	5 de litigiosis	8, 36 =
		6 de naturalibus filiis et matribus eorum	5, 27 =
		7 de manumissionibus in ecclesia	1, 13 de his qui in ecclesiis manumittuntur
XXXI: de liberali causa	Iust. 7, 16, 1—39	8 de liberali causa	7, 16 =
	Iust. 7, 10, 1—6	9 de his qui non a domino manumissi sunt	7, 10 =
	Iust. 6, 7, 1	10 de libertis et eorum liberis	6, 7 =
	Iust. 7, 33, 1—10	11 de longi temporis praescriptione	7, 33 de praescriptione longi temporis X vel XX annorum
		12 ad senatus consultum Claudianum	7, 24 de senatus consulto Claudiano tollendo
32, 185: de vectigalibus	Iust. 4, 61, 1—3	13 de vectigalibus et commissis	4, 61 =
		14 de actionibus certo tempore finiendis	
	Iust. 7, 21, 1—8	15 de quinquennii praescriptione	

EDICTVM	GREGORIANVS	THEODOSIAVS	IVSTINIANVS
XLII: de re iudicata	Iust. 7,52,1—5; cf. 7,50,1.2	16 de re iudicata	7,52 =
	Iust. 7,44,1	17 de sententiis ex periculo recitandis	7,44 =
	Iust. 7,51,1	18 de fructibus et litis expensis	7,51 =
	Iust. 7,54,1	19 de usuris rei iudicatae	7,54 =
cf. 38,206: qui ex lege Iulia bonis cesserit	Iust. 7,71,1—5	20 qui bonis ex lege Iulia cedere possunt	7,71 qui bonis cedere possunt
43,227: quorum bonorum	Iust. 8,2,1	21 quorum bonorum	8,2 =
43,245: unde vi	Iust. 8,4,1—4	22 unde vi	8,4 =
43,264: utrubi		23 utrubi	

GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
	THEODOSIANI LIBER QVINTVS	
Iust. 6,58,1—9	1 de legitimis hereditatibus	6,58 de l. heredibus
	2 de decurionum	6,62 de hereditatibus decurionum naviculariorum cohortalium militum et fabricensium
	3 de clericorum et monachorum	
	. . . .	
	6 (?) de bonis militum	6,62 de hereditatibus . . . . militum et fabricensium
Iust. 8,50,1—18	7 (?) de postliminio	8,50 =
	8 (?) de ingenuis qui tempore tyranni servierunt	
Iust. 8,51,1	9 (?) de expositis 10 (?) de his qui sanguinolentos . . . acceperunt	8,51 de infantibus expositis . . . . . et de his qui sanguinolentos . . . . acceperunt
	. . . .	
	12 [de fundis patrimonialibus et saltuensibus et enfyteuticis et eorum conductoribus?]	11,62 =
	13 [de fundis rei privatae et saltibus divinae domus?]	11,66 =
	14 [de diversis praediis urbanis et rusticis et de omni reditu civili?]	11,70 =
	15 [de omni agro deserto et quando steriles fertilibus imponantur?]	11,59 =
	16 [de agricolis et mancipiis dominicis vel fiscalibus sive rei privatae?]	11,68 =
	17 de fugitivis, colonis, inquilinis et servis	11,64 de fugitivis colonis patrimonialibus et emphyteuticis et saltuensibus
	18 de inquilinis et colonis	11,48 de agricolis censitis vel colonis
	19 ne colonus inscio domino suum alienet peculium cet.	
Iust. 8,52,1	20 de longa consuetudine	8,52 quae sit longa consuetudo

GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
	THEODOSIANI LIBER SEXTVS	
Iust. 12, 1, 1	1 [de dignitatibus]	12, 1 =
	2 de senatoria dignitate	
	3 de praediis senatorum	
	4 de praetoribus et quaestoribus	1, 39 de officio praetorum 12, 2 de praetoribus et honore praeturae *cet.*
	5 ut dignitatum ordo servetur	12, 8 =
	6 de consulibus, praefectis, magistris militum et patriciis	12, 3 =
	7 de praefectis praetorio sive urbis et magistris militum	12, 4 =
	8 de praepositis sacri cubiculi	12, 5 de pr. s. c. et de omnibus cubiculariis et privilegiis eorum
	9 de quaestoribus, magistris officiorum, comite sacrarum largitionum et rerum privatarum	12, 6 =
	10 de primicerio et notariis	12, 7 de pr. et secundocerio et not.
	11 de magistris scriniorum	12, 9 =
	12 de comitibus consistorianis	12, 10 =
	13 de comitibus et tribunis scholarum	12, 11 =
	14 de comitibus rei militaris	12, 12 =
	15 de comitibus, qui inlustribus agentibus adsident	
	16 de comitibus et archiatris sacri palatii	12, 13 =
	17 de comitibus, qui provincias regunt	12, 14 =
	18 de comitibus vacantibus	
	19 de consularibus et praesidibus	
	20 de comitibus ordinis primi artium diversarum	
	21 de professoribus, qui in urbe Constantinopolitana docentes ex lege meruerint comitivam	12, 15 =
	22 de honorariis codicillis	
	23 de decurionibus et silentiariis	12, 16 =
	24 de domesticis et protectoribus	12, 17 =
	25 de praepositis labarum	12, 18 =
	26 de proximis, comitibus dispositionum ceterisque qui in sacris scriniis militant	12, 19 de proximis sacrorum scriniorum ceterisque q. in s. s. m.
	27 de agentibus in rebus	12, 20 =
	28 de principibus agentum in rebus	12, 21 =
	29 de curiosis	12, 22 =
	30 de palatinis sacrarum largitionum et rerum privatarum	12, 23 =
	31 de stratoribus	12, 24 =
	32 de castrensianis	12, 25 de castr. et ministerianis
	33 de decanis	12, 26 =
	34 de mensoribus	12, 27 =

GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
	35 de privilegiis eorum, qui in sacris scriniis militarunt	12, 28 de pr. e. qui in sacro palatio militant
	36 de castrensi omnium palatinorum peculio	12, 30 =
	37 de equestri dignitate	12, 31 =
	38 de perfectissimatus dignitate	12, 32 =

THEODOSIANI LIBER SEPTIMVS

Iust. 12, 35, 1—8	1 de re militari	12, 35 =
	2 quid probare debeant ad quamque militiam venientes	
	3 quis in gradu praeferatur	
	4 de erogatione militaris annonae	12, 37 =
	5 de excoctione et translatione annonarum	12, 38 de exc. et tr. militarium annonarum
	6 de militari veste	12, 39 =
	7 de pascuis	11, 61 de pascuis publicis et privatis
	8 de metatis	12, 40 de metatis et epidemeticis
	9 de salgamo hospitibus non praebendo	12, 41 =
	10 ne quis in palatiis maneat	
	11 ne comitibus et tribunis lavacra praestentur	1, 47 =
	12 de commeatu	12, 42 =
	13 de tironibus	12, 43 =
	14 de burgariis	
	15 de terris limitaneis	
	16 de litorum et itinerum custodia	12, 44 =
	17 de lusoriis Danuvii	
	18 de desertoribus et occultatoribus eorum	12, 45 =
	19 de Saturianis et Subafrensibus et occultatoribus eorum	
	20 de veteranis	12, 46 =
	21 de testimoniali ex tribunis et protectoribus	
	22 de filiis militarium apparitorum et veteranorum	12, 47 de filiis officialium militarium qui in bello moriuntur
	23 de oblatione equorum	
	24 de oblatione votorum	12, 48 =

THEODOSIANI LIBER OCTAVVS

	1 de numerariis, actuariis, scriniariis et exceptoribus	12, 49 de numerariis actuariis et chartulariis et adiutoribus scriniariis et exceptoribus *cet.*
	2 de tabulariis, logografis et censualibus	10, 71 de t. scribis log. et cens.
	3 de privilegiis apparitorum magisteriae potestatis	12, 54 de apparitoribus magistrorum militum et privilegiis eorum

GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
	4 de cohortalibus, principibus, cornicularis et primipilaribus	12, 57 =
	5 de cursu publico, angariis et parangariis	12, 50 =
	6 de tractoriis et stativis	12, 51 =
	7 de diversis officiis et apparitoribus et probatoriis eorum	12, 59 =
	8 de executoribus et exactionibus	12, 60 de executoribus et exactoribus
	9 de lucris officiorum	12, 61 de lucris advocatorum et concussionibus officiorum sive apparitorum
	10 de concussionibus advocatorum sive apparitorum	
	11 ne quid publicae laetitiae nuntii ... accipiant	12, 63 publicae laetitiae vel consulum nuntiatores *cet.*
Iust. 8, 53, 1—24	12 de donationibus	8, 53 =
Iust. 8, 55, 1—6	13 de revocandis donationibus	8, 55 =
	14 de ingratis liberis	8, 49 =
	15 de iis quae administrantibus .... distracta sunt vel donata	
	16 de infirmandis poenis caelibatus et orbitatis	8, 57 =
	17 de iure liberorum	8, 58 =
	18 de maternis bonis et materni generis et cretione sublata	6, 60 =
	19 de bonis quae filiisfamilias ex matrimonio adquiruntur	6, 61 de bonis quae liberis in potestate constitutis ex matrimonio vel aliter adquiruntur *cet.*

THEODOSIANI LIBER NONVS

Iust. 9, 2, 1—12	1 de accusationibus et inscriptionibus	9, 2 =
	2 de exhibendis vel transmittendis reis	9, 3 =
	3 de custodia reorum	9, 4 =
	4 si quis imperatori maledixerit	9, 7 =
Iust. 9, 8, 1. 2	5 ad legem Iuliam maiestatis	9, 8 =
	6 ne praeter crimen maiestatis servus dominum ... accuset	
Iust. 9, 9, 1—27	7 ad legem Iuliam de adulteriis	9, 9 ad l. I. de ad. et de stupro
	8 si quis eam, cuius tutor fuerit, corruperit	9, 10 =
	9 de mulieribus, quae se servis propriis iunxerunt	9, 11 =
Iust. 9, 12, 1—5	10 ad legem Iuliam de vi publica et privata	9, 12 =
	11 de privati carceris custodia	9, 5 de privatis carceribus inhibendis
	12 de emendatione servorum	9, 14 =
	13 de emendatione propinquorum	9, 15 =
Iust. 9, 16, 1—8	14 ad legem Corneliam de sicariis	9, 16 =
	15 de parricidio	9, 17 de his qui parentes vel liberos occiderunt
Iust. 9, 18, 1. 2	16 de maleficis et mathematicis et ceteris similibus	9, 18 =
Iust. 9, 19, 1	17 de sepulcris violatis	9, 19 =

GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
Iust. 9, 20, 1—15	18 ad legem Fabiam	9, 20 =
Iust. 9, 22, 1—20	19 ad legem Corneliam de falso	9, 22 =
	20 victum civiliter agere criminaliter posse	9, 31 quando civilis actio criminali praeiudicet et an utraque ab eodem exerceri potest
	21 de falsa moneta	9, 24 =
	22 si quis solidi circulum *cet.*	
	23 si quis pecunias conflaverit *cet.*	
	24 de raptu virginum vel viduarum	9, 13 de raptu virginum seu viduarum nec non sanctimonialium
	25 de raptu vel matrimonio sanctimonialium virginum vel viduarum	
	26 ad legem Iuliam de ambitu	9, 26 =
	27 ad legem Iuliam repetundarum	9, 27 =
	28 de crimine peculatus	9, 28 =
	29 de his qui latrones ... occultaverint	9, 39 =
	30 quibus equorum usus concessus sit *cet.*	
	31 ne pastoribus dentur filii nutriendi	
	32 de Nili aggeribus non corrumpendis	9, 38 =
	33 de his qui plebem audent contra publicam colligere disciplinam	9, 30 de seditiosis et his qui plebem audent contra publicam quietem colligere
	34 de famosis libellis	9, 36 =
Iust. 9, 41, 1—15	35 de quaestionibus	9, 41 =
	36 ut intra annum criminalis quaestio terminetur	9, 44 ut intra certum tempus criminalis quaestio terminetur
Iust. 9, 42, 1	37 de abolitionibus	9, 42 =
	38 de indulgentiis criminum	
Iust. 9, 46, 1—6	39 de calumniatoribus	9, 46 =
Iust. 9, 47, 1—15	40 de poenis	9, 47 =
	41 ne sine iussu principis certis iudicibus liceat confiscare	9, 48 =
Iust. 9, 49, 1—6	42 de bonis proscribtorum seu damnatorum	9, 49 =
Iust. 9, 51, 1—12	43 de sententiam passis et restitutis et liberis eorum	9, 51 =
	44 de his qui ad statuas confugiunt	1, 25 =
	45 de his qui ad ecclesias confugiunt	1, 12 =

THEODOSIANI LIBER DECIMVS

Iust. 10, 1, 1—5	1 de iure fisci	10, 1 =
	2 de domibus ad rem privatam pertinentibus *cet.*	
	3 de locatione fundorum iuris emfyteutici et rei publicae et templorum	11, 71 de locatione praediorum civilium vel fiscalium sive templorum sive rei privatae vel dominicae
	4 de actoribus et procuratoribus et conductoribus rei privatae	11, 72 de conductoribus et procuratoribus sive actoribus praediorum fiscalium et domus Augustae

GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
	5 qui conductores rei privatae fideiussores exigi non debent	
	6 de grege dominico	11, 76 =
	7 de Caesarianis	
Iust. 10, 10, 1	8 de bonis vacantibus 9 de incorporatione	10, 10 de bonis vacantibus et de incorporatione
Iust. 10, 11, 1—4	10 de petitionibus et ultro datis et delatoribus	10, 11 de delatoribus 10, 12 de petitionibus bonorum sublatis
	11 de his qui se deferunt	10, 13 =
	12 si vagum petatur mancipium	
	13 de petitoribus et desistentibus	
	14 si petitionis socius sine herede defecerit	10, 14 si liberalitatis imperialis socius s. h. d.
	15 de advocato fisci	2, 8 =
	16 de fisci debitoribus	10, 2 de conueniendis fisci debitoribus
	17 de fide et iure hastae	10, 3 de fide et iure hastae fiscalis et de adiectionibus
	18 de thesauris	10, 15 =
	19 de metallis et metallariis	11, 7 de metallariis et metallis et procuratoribus metallorum
	20 de murilegulis et gynaeceariis et monetariis et bastagariis	11, 8 =
	21 de vestibus holoveris et auratis	11, 9 =
	22 de fabricensibus	11, 10 =
	23 de classicis	11, 13 =
	24 de his qui cum dispensatore contraxerunt	10, 6 de his qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt
	25 de privilegiis domus Augustae	11, 75 =
	26 de conductoribus et hominibus domus Augustae	11, 72 de c. et procuratoribus sive actoribus praediorum fiscalium et d. A.

THEODOSIANI LIBER VNDECIMVS

Iust. 10, 16, 1—3	1 de annona et tributis	10, 16 =
	2 tributa in ipsis speciebus inferri	
Iust. 4, 47, 1	3 sine censu vel reliquis fundum comparari non posse	4, 47 =
	4 ne conlatio per logografos celebretur	
	5 de indictionibus	10, 17 =
	6 de superindicto	10, 18 =
	7 de exactionibus	10, 19 de exactionibus tributorum
	8 de superexactionibus	10, 20 =
	9 de distrahendis pignoribus, quae tributorum causa tenentur	10, 21 de capiendis et distrahendis pignoribus tributorum causa
	10 ne operae a conlatoribus exigantur	10, 24 =
	11 ne damna provincialibus infligantur	
	12 de immunitate concessa	10, 25 de immunitate nemini concedenda

GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
	13 si per obreptionem fuerit inpetrata	
	14 de conditis in publicis horreis	10, 26 =
	15 de publica comparatione	10, 27 ut nemini liceat in coemptione specierum se excusare *cet.*
	16 de extraordinariis sive sordidis muneribus	10, 48 de excusationibus munerum
	17 de equorum conlatione	
	18 qui a praebitione tironum et equorum excusentur	
	19 de conlatione fundorum patrimonialium vel enfyteuticorum et rei privatae	11, 65 =
	20 de conlatione donatarum vel relevatarum possessionum	10, 28 de collatione donatorum vel relevatorum *cet.*
	21 de conlatione aeris	10, 29 =
	22 ne conlationis translatio postuletur	
	23 de protostasia	
	24 de patrociniis vicorum	11, 54 ut nemo ad suum patrocinium suscipiat vicos vel rusticanos eorum
	25 de quadrimenstruis brevibus	1, 42 =
	26 de discussoribus	10, 30 =
	27 de alimentis quae inopes parentes de publico petere debent	
	28 de indulgentiis debitorum	
	29 de relationibus	7, 61 =
Iust. 7, 62, 1—11	30 de appellationibus et poenis earum et consultationibus	7, 62 de appellationibus et consultationibus
	31 de reparationibus appellationum	7, 63 de temporibus et reparationibus appellationum seu consultationum
	32 de secundo labsu	
	33 de dilationibus ex consensu	
Iust. 7, 67, 1	34 de his qui per metum iudicis non appellaverunt	7, 67 =
Iust. 7, 66, 1—5	35 si pendente appellatione mors intervenerit	7, 66 =
Iust. 7, 65, 1	36 quorum appellationes non recipiantur	7, 65 =
	37 si de momento fuerit appellatum	7, 69 si de momentaria possessione fuerit appellatum
	38 de possessione ab eo, qui bis provocaverit, transferenda	
Iust. 4, 20, 1—8. 4, 21, 1—14	39 de fide testium et instrumentorum	4, 20 de testibus 4, 21 de fide instrumentorum *cet.*

THEODOSIANI LIBER DVODECIMVS

GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
Iust. 10, 32, 1—13	1 de decurionibus	10, 32 de decurionibus et filiis eorum *cet.*
	2 de praebendo salario	10, 37 =
	3 de praediis et mancipiis curialium sine decreto non alienandis	10, 34 =

GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
	4 de inponenda lucrativis describtione	10, 36 =
Iust. 10, 43, 1—4	5 quemadmodum munera civilia indicantur	10, 43 =
	6 de susceptoribus, praepositis et arcariis	10, 72 =
	7 de ponderatoribus et auri inlatione	10, 73 =
	8 de auri publici prosecutoribus	10, 74 =
	9 de his, quae ex publica conlatione inlata sunt, non usurpandis	10, 75 =
	10 ne praefectianus exactoris ... fungatur officio	
	11 de curatoribus kalendarii et fideiussoribus eorum	
Iust. 10, 65, 1—3	12 de legatis et decretis legationum	10, 65 de legationibus
	13 de auro coronario	10, 76 =
	14 de irenarchis	10, 77 =
	15 de centurionibus	
	16 de mancipibus	
Iust. 10, 52, 1—5	17 de his qui numero liberorum vel paupertate excusationem meruerint	10, 52 =
	18 si curialis relicta civitate rus habitare maluerit	10, 38 =
	19 de his qui condicionem propriam reliquerunt	

THEODOSIANI LIBER DECIMVS TERTIVS

GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
	1 de lustrali conlatione	11, 1 de tollenda lustralis auri conlatione
	2 de argenti pretio quod thensauris infertur	10, 78 =
Iust. 10, 53, 1—5	3 de medicis et professoribus	10, 53 de professoribus et medicis
	4 de excusationibus artificum	10, 66 =
	5 de naviculariis	11, 2 de naviculariis seu naucleris publicas species transportantibus
	6 de praediis naviculariorum	11, 3 =
	7 de navibus non excusandis	11, 4 =
	8 ne quid oneri publico inponatur	11, 5 =
	9 de naufragiis	11, 6 =
	10 de censu sive adscriptione	11, 58 de censibus et censitoribus et peraequatoribus et inspectoribus
	11 de censitoribus, peraequatoribus et inspectoribus	

THEODOSIANI LIBER DECIMVS QVARTVS

GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
	1 de decuriis urbis Romae	11, 14 =
	2 de privilegiis corporatorum urbis Romae	11, 15 =
	3 de pistoribus et catabolensibus	11, 16 de pistoribus
	4 de suariis, pecuariis et susceptoribus vini ceterisque corporatis	11, 17 de suariis et susceptoribus *cet.*
	5 de mancipibus thermarum urbis et subvectione lignorum	

GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
	6 de calcis coctoribus urbis Romae et Constantinopolitanae	
	7 de collegiatis	11, 18 de collegiatis et chartopratis et nummulariis
	8 de centonariis et dendroforis	
	9 de studiis liberalibus urbis Romae et Constantinopolitanae	11, 19 =
	10 de habitu, quo uti oportet intra urbem	
	11 quibus militaribus ad urbem non liceat accedere	
	12 de honoratorum vehiculis	11, 20 =
	13 de iure Italico urbis Constantinopolitanae	11, 21 de privilegiis urbis Constantinopolitanae
	14 de campo Martio urbis Romae	
	15 de canone frumentario urbis Romae	11, 23 =
	16 de frumento urbis Constantinopolitanae	11, 24 =
	17 de annonis civicis et pane gradili	11, 25 de annonis civilibus
	18 de mendicantibus non invalidis	11, 26 =
	19 de pretio panis Ostiensis	
	20 de pretio piscis	
	21 de nautis Tiberinis	11, 27 =
	22 de saccariis Portus Romae	
	23 de patronis horreorum Portuensium	
	24 de mensis oleariis	
	25 de frumento Karthaginiensi	
	26 de frumento Alexandrino	11, 28 =
	27 de Alexandrinae plebis primatibus	11, 29 de Alexandriae primatibus

THEODOSIANI LIBER DECIMVS QVINTVS

GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
	1 de operibus publicis	8, 11 =
	2 de aquaeductu	11, 43 =
	3 de itinere muniendo	
	4 de imaginibus imperialibus	1, 24 de statuis et imaginibus
	5 de spectaculis 6 de maiuma 7 de scaenicis 8 de lenonibus	11, 41 de spectaculis et scaenicis et lenonibus 11, 46 de maiuma
	9 de expensis ludorum	11, 42 de expensis publicorum ludorum
	10 de equis curulibus	
	11 de venatione ferarum	11, 45 =
	12 de gladiatoribus	11, 44 de gladiatoribus penitus tollendis
	13 de usu sellarum	
	14 dę infirmandis his, quae sub tyrannis aut barbaris gesta sunt	
	15 quibus armorum usus interdictus est	11, 47 ut armorum usus inscio principe interdictus sit

GREGORIANVS	THEODOSIANVS	IVSTINIANVS
	THEODOSIANI LIBER DECIMVS SEXTVS	
	1 de fide catholica	1, 1 de summa trinitate et de fide catholica et ut nemo de ea contendere audeat
	2 de episcopis, ecclesiis et clericis 3 de monachis	1, 2 de sacrosanctis ecclesiis et de rebus et privilegiis earum 1, 3 de episcopis et clericis .... et monachis *cet.*
	4 de his qui super religione contendunt	1, 4 ... ut nemo de (religione) contendere audeat
	5 de haereticis	1, 5 de haereticis et Manichaeis et Samaritis
	6 ne sanctum baptisma iteretur	1, 6 =
	7 de apostatis	1, 7 =
Iust. 1, 9, 1. 2	8 de Iudaeis, caelicolis et Samaritanis	1, 9 de Iudaeis et caelicolis
	9 ne Christianum mancipium Iudaeus habeat	1, 10 ne Christianum mancipium haereticus vel paganus vel Iudaeus habeat *cet.*
	10 de paganis, sacrificiis et templis	1, 11 =
	11 de religione	

In hac tabula quamquam per primos quinque libros rubricae multae desiderantur, quae fuerunt in Theodosiano integro (ita tertius liber titulos habuit triginta duos, quorum supersunt unus et viginti), item in libro octavo extremo aliquot videntur periisse, nihilominus apparet Theodosianum per libros II. III. IIII dispositum esse ad ordinem edicti praetoris urbani aliquoties tamen amplificatum, ut in secundo locus de iurisdictione auctus est, in tertio non de re uxoria sola agitur, sed de universo iure nuptiarum. Sed ad hanc partem edictalem accesserunt ea quae continentur tam in libro primo quam in duodecim posterioribus. In iis quae praecipue agnoscitur ordinatio (nam non paucae rubricae vix ad aliquam legem certam exigi poterunt) haec est.

I, 1—4 de iure et legibus
5—34 de magistratibus administrantibus (similia etiam edictum in principio habuit)
V, 1—4 de hereditatibus iuris civilis
12—19 de fundis colonisque patrimonialibus
VI totus de dignitatibus
VII totus de re militari
VIII, 1—11 de apparitoribus
12—15 de donationibus
16—19 de caelibatu et orbitate et de liberis
VIIII totus de delictis
X totus de iure fisci
XI, 1—28 de tributis
29—39 de appellationibus
XII totus de re municipali
XIII totus de mercatoribus navicularіis agricolis
XIIII totus de iure Romae Constantinopolis Karthaginis Alexandriae
XV, 1—4 de operibus publicis
5—12 de voluptatibus populi
XVI totus de rebus ecclesiasticis

Haec rerum compositio, quae in scriptis hodie servatis non comparet ante Theodosianum, si quaerimus unde venerit, respondet quodammodo ipse imperator corpus confectum esse *ad similitudinem Gregoriani atque Hermogeniani codicis.* Hunc ut mittamus (nam ex Hermogeniano cum libri nusquam citentur, sed solae rubricae, probabile est eum proprio destitutum Gregorianum ordinem retinuisse), Gregoriani excerpta in breviarium recepta (p. 224 seq. Krueger), quorum locus certus est, ostendunt libros eius decem primos et ipsos dispositos fuisse ad edictum praetoris et ita eorum ordinem convenire cum Theodosiano; nisi quod titulum unum (C. Th. 2, 31. 32 = Iust. 4, 26) 'quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicetur' Gregorianus ad edicti formam collocat ante titulum 'si certum petatur', Theodosianus cum Iustiniano eos titulos invertit. Liber decimus Gregoriani habens secundum excerpta illa titulum 'quibus res iudicata non noceat' (= Iust. 7, 56) tractavit partem edicti extremam 'de re iudicata'. At post librum decimum quos titulos quo ordine habuerit Gregorianus, parum intellegitur; quae inde citantur cum numero libri et rubrica haec tantum sunt:

lib. XII	tit. De sponsoribus et fideiussoribus	(lex Rom. Burg. 14, 7)	
lib. XIII	[tit. De donationibus?]	(Vat. fr. 266^{a}. 272. 285. 286. 288; cf. 270: 'Hermogenianus titulo de donationibus')	
lib. XIII	tit. De patria potestate	(epit. Visigoth.)	
lib. XVIIII	tit. De accusationibus	(Coll. 3, 4)	
lib. *IIII	tit. Ad legem Corneliam de sicariis et veneficis	(Coll. 1, 8)	librorum numeri corrupti sint necesse est, cum Gregorianus in l. I—X edictum sequatur
lib. *VII	tit. De maleficis et Manichaeis	(Coll. 15, 3)	

Addi potest ex Hermogeniano, qui libros non habet, titulus 'de iure fisci'. Titulus de sponsoribus et fideiussoribus quomodo Gregoriani libro XII inseri potuerit, non perspicio. At de donationibus titulus evidenter respondet Theodosiano 8, 12, item titulus 'de patria potestate' similibus Th. 8, 17—19; item titulus de accusationibus redit in Theodosiano 9, 1 ibidemque adsunt tituli de sicariis 9, 14, de maleficis 9, 16. Respondebat igitur Gregoriani liber XIII aliquatenus certe Theodosiani libro octavo, item Gregoriani liber XVIIII Theodosiani libro nono, titulus 'de iure fisci' Theodosiani decimo poteritque non sine aliqua specie veri conici iuris Romani ampliationem eam, quae ad rubricas edictales adiunxit complures derivatas alias ex iure civili, alias ex partibus iuris publici privatique neque in praetorio iure neque in civili repraesentatis, in summa re redire ad Gregorii opus magnum et passim usitatum. Confirmat coniecturam Iustinianus codex, quem supra composui cum Theodosiano. Nam quamquam multa transposuerunt prudentes Iustiniani non raro contra ordinationem vetustam (ita titulum 'de vectigalibus et commissis' Th. 4, 13 collocatum loco antiquo edictali inde motum cum monopoliis similibusque 4, 61 composuerunt) adeoque imperite (ut praetorem recte Th. 6, 4 collocatum inter dignitates et ab ipsis 12, 2 ibidem relictum praeterea posuerunt perperam 1, 39 inter administratores), duo codices in ordinatione simili fundamento innituntur, modo retineas Theodosiani librum XVI a Iustinianis factum esse primi partem priorem, illius libros VI et VII et VIII partem priorem respondere Iustiniano XII, illius libri VIII partem posteriorem et totos VIIII—XV redire in Iustiniana sylloge in libri VIII parte posteriore et libris VIIII. X. XI. Secutos autem esse compilatores Iustinianos non solum Theodosianum, sed simul Gregorianum propterea probabile est, quod cum ex hoc constitutiones permultas receperint, magna ex parte eas rettulisse videntur eodem ordine et sub titulis iisdem, ut legebantur in Gregoriano. Quatenus adsunt in Iustiniano sub rubricis in Theodosiano redeuntibus, supra ad laterculum nostrum eas adnotavi; quod deficiunt fere ibi, ubi agitur de rebus publicis administrandis, inde explicandum est, quod eiusmodi constitutiones vitam brevem habere solent. — Poterit igitur ordo, quem in amplissimo opere Gregorius secutus est, aliquatenus reconcinnari adhibitis codicibus duobus Theodosiano teste longe fideliore et pleniore et Iustiniano. Sed eiusmodi temptamina abhorrent ab editione Theodosiani.

Constitutiones imperatorias prudentes aetatis Diocletianae Gregorius et Hermogenianus quatenus ad fori usum spectabant collegerunt tam ad magistratus directas quam ad privatos corporave, etiam sub edicti forma palam propositas (ut Collat. 6, 4; Iust. 10, 32, 2 cet.).

Iam constitutiones Theodosius colligi iubet *edictorum viribus aut sacra generalitate subnixas* (1, 1, 5) sive *edictales generalesque constitutiones in certis provinciis aut locis valere et proponi iussas* (1, 1, 6) sive breviter *generales* (1, 1, 5). Propter eam causam cum abrogarentur leges imperatoriae omnes ante hunc codicem emissae neque in eum receptae, excipiuntur in promulgando codice *quae habentur apud militum sancta principia vel de titulis publicis expensarum aliarumque rerum gratia quae in regestis diversorum officiorum relata sunt* (Theodosius nov. 1). Significantur omnino licet imperfecte constitutiones non generales. Constitutio generalis quid significet, infra capite decimo in praemissis ad constitutionum conspectum explicabitur; hoc loco sufficiet breviter monere praeteritas esse cum constitutiones imperatorum non legitimorum, sicuti recte observat auctor chronicorum Gallicorum (p. XI), nam Licinii, Magnentii, Maximi reliquorumque 'tyrannorum' constitutiones nullae in hoc corpore reperiuntur, tum eorum omnium, qui fuerunt ante Constantinum primum. Hoc mandatum eo videtur spectare, quod anteriores collectae extarent in voluminibus Gregoriano et Hermogeniano; attamen diligentius quaerenti apparebit eam causam non esse primariam. Nam Gregorii sylloge cum videatur edita esse a. 295 et in eo finivisse, Hermogeniani corporis editio ea, quam adhibuerunt prudentes Iustiniani quamque item Theodosius videtur respexisse, publicata est regentibus imperium Constantino et Licinio pervenitque certe ad a. 314 (Iust. 3, 1, 8 + 7, 22, 3); contra constitutionum in Theodosianum receptarum antiquissima est 10, 10, 1 + 13, 10, 1 data a. 312/3; tria igitur haec corpora non recte continua creduntur. — Vere mihi videntur corpora duo antiquiora ipsa sua natura differre a Theodosiano, illa profecta esse ex imperii ordinatione Augusta, secundum quam princeps ius respondendi sive legum interpretandarum habuit, non habuit ius legis generalis dandae (*Staatsrecht* 2³, 881 seq.), Theodosianum pendere ex iure imperatorio pleniore, eo scilicet quod explicat sub Ulpiani nomine prudens aliquis posterior Dig. 1, 4, 1 (cf. *Staatsrecht* 2³, 876 not. 3). Adsumpsit id omnino non re (id enim longe ante factum est), sed nomine et expressim Constantinus primus, quem ob eam causam ni fallor imperator Iulianus reprehendit utpote *novatorem turbatoremque priscarum legum et moris antiquitus recepti* (Ammianus 21, 10, 8). Propterea constitutiones directae ad privatos, quales etiam imperatorum post Constantinum aliquot ex corporis Hermogeniani editione postrema adfert auctor Consultationis veteris iurisconsulti, nullae sunt in Theodosiano habendaeque sunt, quae in eo leguntur, omnes pro legibus, aut directae ad populum senatumque aut per magistratus publice propositae. Quamquam hac lege posita fines inter constitutiones recipiendas et omittendas non absolute Theodosius determinavit; constitutiones enim ad corpora directae, quae passim inveniuntur in Theodosiano, ad sacram generalitatem vix recte adspirant et omnino ex rescriptis ad magistratus datis quaenam essent generalia, necessario pendebat a compositorum arbitrio. Sed hoc religiose videntur observasse, ut excluderent constitutiones omnes emissas ad homines privatos. Ceterum tabula infra cap. decimo proposita continentur nomina eorum, ad quos directae sunt constitutiones in Theodosianum receptae, per genera composita.

Earum virium eorumque temporum, quae modo indicavimus, cunctas constitutiones colligi iussit Theodosius etiam mutatas postea vel sublatas. Corporis formati Constantinopoli constitutionum Orientalium postrema data est a. 437 Mart. 16 (6, 23, 4), scilicet anno fere ante publicatum codicem a. 438 Febr. 15, Occidentalium postrema Ravennae a. 432 (6, 23, 3). Mandato quatenus compilatores satisfacere potuerint, pendet a quaestione, unde sumpserint imperiales constitutiones eo magis perplexa, quod tota in coniectura posita est, neque proprie Theodosiano editori de ea re tractandum est. Equidem quid sentiam, cum alibi (*Zeitschrift der Savigny-Stiftung, röm. Abth.*, vol. 21 [1900] p. 164—175) exposuerim, hoc loco breviter repetam plenum constitutionum illarum apparatum compilatoribus nequaquam praesto fuisse itaque multas horum temporum in Theodosiano desiderari cum alibi tum in ipso eo memoratas; ad Orientem spectantes constitutiones plerasque sumptas esse non tam ex scriniis imperatoriis quam ex tabulariis magistratuum Constantinopoli residentium, praeterea quasdam proficisci ex propositis Beryti et ita delatis ad eius scholae antecessores; constitutiones spectantes ad Occidentem pendere fere ex propositione earum publica, subesse videri syllogen aliquam privato labore compositam a iuris perito Karthaginiensi. Eas quaestiones ut missas facimus, ita enumerabuntur hoc loco constitutiones

quae cum mutilae receptae sint in Theodosianum, aliunde integrae ad nos pervenerunt numero paucae, sed ad iudicium de Theodosiano ferendo utilissimae:

1, 16, 8 Iuliani: in lapidibus duobus repertis Amorgi et Lesbi C. I. L. III, 459 et 14198
3, 30, 2 + 8, 12, 1 Constantini: Vaticana fragmenta 249
5, 7, 2 Honorii et Theodosii II: *sylloge Sirmondiana n. 16*
8, 12, 1 vide 3, 30, 2
9, 5, 1 Constantini: in lapidibus repertis Patavii C. I. L. V, 2781 et Lytti in Creta C. I. L. III, 12043 et in oppido Tlo in Lycia (C. I. L. III, 12133). Cf. Bruns fontes iuris Romani antiqui ed. 6 p. 249
9, 7, 6 Valentiniani II, Theodosii I et Arcadii: Collatio leg. Mos. et Rom. 5, 3
9, 17, 5, 1 Iuliani: Graece inter opera eius epist. 77 (vol. 2 p. 601 Hertlein)
9, 25, 3 + 16, 2, 44 Honorii et Theodosii II: *Sirmondiana 10*
9, 45, 4 Theodosii II et Valentiniani III: inter acta concilii Ephesini (Mansi coll. concil. 5, 437) Graece; quamquam lex publicata est lingua utraque, Latinus textus inter acta illa editus versus esse videtur ex Graeco
13, 3, 4 Iuliani: Graece inter opera eius epist. 25 *b*
16, 2, 31 + 16, 5, 46 Honorii et Theodosii II: *Sirmondiana 14*
16, 2, 35 Arcadii, Honorii, Theodosii II: *Sirmondiana 2*
16, 2, 39 Arcadii et Honorii: *Sirmondiana 9*
16, 2, 40 Honorii et Theodosii II: *Sirmondiana 11*
16, 2, 41 Honorii et Theodosii II: *Sirmondiana 15*
16, 2, 44 vide 9, 25, 3
16, 2, 47 + 16, 5, 62 = 16, 5, 64 Theodosii II et Valentiniani III: *Sirmondiana 6*
16, 5, 43 + 16, 10, 11 Honorii et Theodosii II: *Sirmondiana 12*
16, 5, 46 vide 16, 2, 31
16, 5, 62 vide 16, 2, 47
16, 5, 64 vide 16, 2, 47
16, 5, 66 Theodosii II et Valentiniani III: inter acta concilii Ephesini Latine et Graece (Mansi 5, 413)
16, 8, 5 + 16, 9, 1 Constantini: *Sirmondiana 4*
16, 9, 1 vide 16, 8, 5
16, 10, 11 vide 16, 5, 43
16, 11, 3 Honorii et Theodosii II: inter gesta Karthaginiensia (Mansi vol. 4 p. 53. 186).

Corpus disponendum esse ad titulos 'rerum indices' et ubi res requireret constitutionem soluto tenore per partes pluribus eorum inserendam ordinavit imperator, itaque fecerunt sedecimviri. In titulo unoquoque constitutiones ita iubentur collocari, ut *non solum consulum dierumque supputatione, sed etiam* ex ipsa *compositione* vel *ordine lectionis* temporum ordo compareat (1, 1, 5); id quod cum leges quoque antiquatae vel inmutatae recipiendae essent, necessario requirebatur, ut intellegerent in re forensi libro utentes *validiora esse quae sunt posteriora.* Huic quoque mandato compilatores obtemperarunt oboedientia suspiciosa; nam sine die et consule vix ulla constitutio remansit et admodum raro inveniuntur contra fastos transpositae.[1]) Sed de constitutionum diebus itemque de locis adscriptis quae dicenda sunt, locum invenient capite decimo in praemissis ad conspectum earum per ordinem temporum digestum.

[1]) Transpositae sunt 2, 16, 1. 2 [recte 2. 1; traditum ordinem cum factis non congruentem libri plerique ita retinuerunt, ut propter eum subscriptionem interpolarent] — 6, 4, 12 .... 16 [recte 14. 15. 16. 12. 13] — 7, 8, 2. 1 [recte 1. 2, sicut restituimus, cum librarius errasse videatur] — 7, 8, 7. 8 [recte 8. 7, nisi scr. est in l. 7 *ian.* pro *iun.*] — 7, 8, 16. 17 [recte 17. 16; compilatores non attenderunt ad formulam postconsulatus in l. 16] — 8, 5, 37. 38 [recte 38. 37, nisi in subscriptionibus erratum est] — 10, 1, 14. 15 [recte 15. 14] — 10, 26, 1. 2 [recte 2. 1] — 11, 28, 5. 6 [recte 6. 5 secundum dies subscriptos, sed ordo ipse 5. 6 videtur esse genuinus] — 12, 1, 69. 70 [recte 70. 69] — 12, 1, 89. 90 [recte 90. 89; hic quoque compilatores non attenderunt ad postconsulatum] — 12, 1, 147 .... 182 [recte 148 .... 182. 147] — 13, 5, 20. 21 [recte 21. 20] — 16, 8, 2. 3 [recte 3. 2 secundum consules subscriptos; in l. 3 pro *Gallicano et Symmacho* codex *E* scripsit *Gallicano et Basso,* ut subscriptiones conveniant cum ordine tradito]. Itaque quibusdam locis fieri potest ut ordo qui traditur verus sit subscriptionibus corruptis.

Ipsas constitutiones imperator poni iussit reiectis inutilibus, ut sola verba dispositiva remanerent; ambigua et obscura si qua reperirentur, ea elucidarentur et mutarentur. Syllogae ordinatores significare solent formula *post alia*, praeterea uno loco (2, 10, 6) altera *inter cetera et ad locum* omissa esse alia ante verba relata, omissa in fine addita formula *et cetera*. Praeterea quomodo in ea re versati sint, parum liquet, cum paucas tantum constitutiones habeamus aut praeter Theodosianum alibi traditas aut in ipso geminatas; quae de his observanda sunt, infra explicabuntur in capite octavo de textus crisi.

Theodosianus secundum propositum imperatoris enuntiatum in prima illa iussione a. 429 tolli debuit una cum Gregoriano et Hermogeniano substituto novo solas leges in usu retentas complexuro. Sed id propositum Theodosius ipse non videtur retinuisse, cum in constitutionibus a. 435 et 438 eius mentio nulla fiat. Publicatus, ut diximus, Theodosianus in partibus tam Orientis quam Occidentis a. 438 locum suum retinuit in Oriente usque ad a. 529, quo Iustinianus alterum illud inceptum executus abrogatis tribus constitutionum syllogis antiquis suam substituit. Ita Orientis prudentes Theodosianum per breve tantum tempus usurpaverunt, et ibi corpora iuris a longo inde tempore tractata Ulpiani et Papiniani et Gregorianum Theodosianus neque in usu forensi aequavit neque in scholis. Nam in operibus prudentium Byzantiorum Iustiniano antiquioribus cum subinde inveniantur explanationes legum ab iis adhibitarum, Theodosianus nominatim quod sciam non citatur nisi in scholiis Sinaiticis (c. 1. 2) et fortasse apud Laurentium Lydum de mag. 2, 10 = 3, 23 = 3, 40, nam constitutio Arcadii quam citat relatam ἐν τῷ πάλαι Θεοδοσιανῷ, omissam autem ἐν τῷ νεαρῷ, videtur esse Th. 8, 5, 35 vere Gratiani, nisi tota a Lydo allegata constitutio ficticia est ut alia multa apud eum auctorem et fortasse ibi maxime, ubi auctor provocat ad leges quae fuerunt. Item perraro prudentes Constantinopolitani antiquiores mentionem faciunt constitutionum ex Theodosiano sumptarum, ut Patricius (schol. Bas. 23, 1, 60) meminit constitutionis a. 408 (Iust. 2, 42, 16). Codices denique scripti corporis huius nulli innotuerunt originem trahentes ex Oriente.

Ut breve in Oriente fuit regnum Theodosiani, ita diuturnum in Occidente. In Italiae sane parte maiore per Iustinianum ius antiquum pariter atque in Oriente sublatum est. At reges Germani, qui post sublatum a. 476 Occidentis imperium in his partibus regnabant, ut populares suos suo quemque iure, ita homines Romanos sibi subditos Romano vivere voluerunt. Sane Theodericus († 526) in Italia, Recessuindus (649—672) in Hispania, legum codicibus Gothis et Romanis communibus editis, Romanum ius sustulerunt; sed remansit id aliquamdiu in Hispania et per longa saecula cum in Italia Langobardorum tum praesertim in Gallia, et inter iuris Romani libros usurpatos in Gallia longe primum locum obtinuit, per Breviarium scilicet, Theodosianus; vere de eo quae habemus, redeunt omnia fere ad eius per Gallias usurpationem per saecula continuatam. Sed quaestiones hae late diffusae et implicatae cum meam provinciam excedant, quod ipse praestare nequeo, suppeditarunt amici. Scilicet intercedente Mitteisio Alfredus Wretschko professor Oenipontanus testimonia de Breviarii Alariciani usu per medium aevum et forensi et scholastico mea causa post Savignium et Haenelium diligenter composuit, ut in Appendice praefationis huius leguntur.

At lex Romana Visigothorum sive, ut post Tilianam (a. 1550) Theodosiani editionem hodie dicere consuevimus, Breviarium Alarici ne hic quidem potest praeteriri; nam non solum magnam Theodosiani partem aut cum paucis aut sola servavit, sed etiam codicum Theodosiani enarratio tam necessario redit ad Breviarii libros, ut de origine eius quae comperimus, hic locum sibi postulent. De ea re cum rerum scriptores taceant, omnia ea veniunt ex praescriptis et subscriptis inventis in exemplaribus, quae sunt haec.

BREVIARII ALARICIANI PRAESCRIPTIO. AVCTORITAS. SVBSCRIPTIO.[1]

In Alaricianis quoniam codices adhibui magna ex parte diversos ab usurpatis ad recensendum Theodosianum, indicem praemittere visum est librorum in hoc capite nomi-

[1]) Sub hoc titulo quae leguntur, communicata cum collega meo Karolo Zeumer item prodierunt breviata in editione eius legum Visigothorum p. 465—467.

natorum. Notae eorum, qui redeunt in apparatu meo Theodosiano, eaedem sunt atque editionis; in reliquis retinui fere numeros Haenelianos. In quibusdam et plenis et decurtatis et in Aegidianis plerisque notis abstinui (ut ostendit laterculus subiectos) ipsos indices ponens. De singulis infra suis locis breviter exponetur.

N =	Parisinus 4404	Breviarii pleni (plerique libri cum a capite mutili sint, ut *HOECPML*, utrum habuerint Alariciana necne, ignoratur)
S =	Parisinus 4405	
11 =	Parisinus 4406 f. 57—59	
17 =	Vaticanus Ottobon. 2225	
24 =	Montispessulanus 136	Breviarii decurtati
27 =	Parisinus 4408	
29 =	Parisinus 4410	
37 =	Ambrosianus C. 276 inf.	
38 =	Leidensis Voss. q. 47	
39 =	Varsoviensis antea Kelleri	
43 =	Berolinensis q. 150	
44 =	Parisinus 9652 (= suppl. Lat. 779)	
	Vaticanus reginae 1050	
64 =	Berol. Phillipps. 1735	Epitomae Monachi
	Leidensis publ. q. 119	Epitomae Aegidianae
	Leidensis univ. 114	
A[1] =	Parisinus 4409 f. 144	
	Parisinus 4416	
	Parisinus 4417	
	Parisinus 4626	
	Parisinus 4633	
	Parisinus 4696	
	Parisinus *nouv. acq. Lat.* 204	
	Vaticanus reg. 991	
	Sanpaulianus	

I. *[PRAESCRIPTIO BREVIARII].*

Praescriptionem non habent ex libris plenis a capite integris NA; habent suo loco ante Commonitorium libri scripti duo, codex Parisinus 4405 (= S cum inde descripto Parisino 16001) ex plenis et epitomae Monachi liber Berolinensis Phillippsianus n. 1735 (= 64; in hoc libro plura evanuerunt). Decurtatus Montispessulanus 136 (= 24) Commonitorio praemittit verba hinc sumpta: in hoc corpore continetur tota lex Romana. *Post Commonitorium eandem exhibent decurtati quattuor Parisini 4408 (= 27) et 9652 (= 44), Berolinensis q. 150 (= 43), Varsoviensis Kellerianus (= 39; non vidi, dedi v. l. ad Haenelium). Habet eam ex cod. S Cuiaciana editio a. 1566.*

In hoc corpore continentur
leges sive species iuris
de Theodosiano vel de diversis libris
electae vel, sicut praeceptum est, explanatae
anno XXII regnante domno Alarico rege *p. Chr. 506*
ordinante viro inlustre Goiarico comite.

2 species] mores speties *27* 3 teodosiano *S* uel de] de *27. 39. 43. 44*, et *Cui.* 4 electae] edictae *27. 44* uel] et *Cui.* explanatae] exemplatae *64*, explanari *27. 39. 43. 44* 5 xxii] *S*, xxi *27. 39. 43. 44*, *evanuit 64* regnante domno alarico rege] *S*, ... riosissimi regis alarici *64*, regnante alarici regi (regi *om. 27*[a]) *27*, regnante alarici *43*, regni alarici *39. 44* 6 uiro inlustre (-tri *Cui.*)] uir inluster *27. 39. 43. 44*, *evanuit 64* goiarico] *S*, gotharico *27. 39. 43. 44*, *evanuit 64* *in fine add.* filiciter *64*, faliciter *27. 44*, feliciter explicit *43*

II. EXEMPLAR AVCTORITATIS.

exemplar auctoritatis] *S. 64 Cui.*, auctoritas (auctori *27*) alaric regis (rege *N*) *N. 11. 27. 29 A*[1] *et Aegidiani reliqui*

Commonitorium habent loco antiquo, scilicet post breviarii praescriptionem (breviatam in Montispess.) tres libri modo laudati, Parisinus 4405 (= S) integri operis et decurtatus Montispess. 136 (= 24) et epitomae Monachi quae dicitur codex Berolinensis (= 64), qui solus ex tot codicibus Alaricianis praescriptionem auctoritatem subscriptionem omnes tres et suis quidem locis exhibet. Eundem auctoritatis textum exhibent, ut monstrat varia lectio, breviarii libri quattuor, Parisinus 4406 f. 57—59 (= 11) fortasse olim plenus et decurtati tres Parisinus 4410 (= 29), Ambrosianus C 276 inf. (= 37, sed parte folii inferiore deperdita), Lugdunensis Voss. q. 47 (= 38). Omissa praescriptione habet Commonitorium ex libris plenis Parisinus 4404 (= N); praescriptione transposita, ut supra dictum est, decurtati quattuor, Parisinus 4408 (= 27), Parisinus 9652 (= 44), Varsoviensis Kellerianus (= 39), Berolinensis Lat. q. 150 (= 43). Praescripta sunt verba incipit liber legum *in Parisinis 4408. 9652 et Berolinensi q. 150; tractatus de gradibus in Parisino 4406. Sequitur textus Theodosiani in Parisinis 4405. 4408. 9652, Ambrosiano C 276 inf., Berolinensi q. 150; rubricae in Montispessulano 136; formulae de trina concentione et de litis expensis in Parisinis 4406. 4410 et in Leidensi Voss. q. 47, quae adnotavi, quoniam faciunt ad codicum parentelas determinandas. Denique auctoritas est in epitomae Aegidianae libris compluribus Paris. 4409 f. 144 = A*[1]*. 4416. 4417. 4626. 4633. 4696.* nouv. acq. Lat. *204; Vaticano reg. 991; Leidensibus duobus publ. q. 119 et univ. 114; Sanpauliano. — Adfuit Commonitorium in breviario pleno tam in prototypo classis prioris, cuius est codex N, quam in prototypo posterioris, cuius est codex S; sed tamen diversitas prototyporum eorum hic quoque apparet maxime inde quod v. 15 vocabulum* pertinere *omittunt et N plenus et reliqui omnes. — Horum codicum, quos praeter Varsoviensem omnes ipse tractavi vel descriptos habui, dedi lectionem plenam, nisi quod in Aegidianis solius A*[1] *lectionem plenam rettuli, praeter eum attendi potissimum ad Parisinum 4496 a reliquis passim discedentem. Ad archetypum ab S diversum, scilicet datum non Timotheo, sed fortasse Nepotiano, redit codex 24 ab S alibi passim recedens, sed habens, pariter atque S, v. 15 verbum* pertinere. *Commonitorium quod abest a codice A, inde explicatur, quod is integrum Theodosianum magis refert quam breviarium. — Editores antiquiores, etiam Tilius pendent ab epitome Aegidiana; Cuiacius a. 1566 emendatiorem, non emendatam dedit ad codicem Ranconeti = S adiecta Karolingica subscriptione ex codice ignoto; in altera editione a. 1586 per Pithoeum adsumpsit codicem Parisinum 4406 = 11.*

Commonitorium Timotheo v. spectabili comiti.

Utilitates populi nostri propitia divinitate tractantes hoc quoque, quod in legibus videbatur iniquum, meliore deliberatione corrigimus, ut omnis legum Romanarum et antiqui iuris obscuritas adhibitis sacerdotibus ac nobilibus viris in lucem intellegentiae melioris deducta resplendeat et nihil habeatur ambiguum, unde se diuturna aut diversa iurgantium inpugnet obiectio. Quibus omnibus enucleatis atque in unum librum pruden-

1 commonitorium timotheo u. spectabili comite (-ti *S*[b] *Cui.*)] *S Cui.*, cum *(sequentis evanuerunt) 64*, incipit prologus ex corpore theodosiani commonitori(?)u(?)m(?) **** pot(?)i(?) | anum *(sequitur spatium vacuum)* men is *(sic) in codice 24 legi, esse potuisse* commonitorium ad Nepotianum amen *scripsit ad me loco diligenter examinato Max. Bonnet, om. reliqui, sed in fine* explicit commoneturium *38* 2 utilitatis *11. 24. 27. 29. 37. 43,* utilitatatis *N,* utilitas *38,* utilitate *64* tractantis *11. 29. 38* legibus] iure *N. 11. 29. 37. 38. 64 Pith. (ex 2) Cuiac. (1586)* 3 uidebatur] habebatur *11. 64 Pith. (ex 2) Cuiac. (1586),* habebantur *N,* habeatur *29. 37. 38* iniquum] esse iniquum *24* meliore] meliori *S. 27. 43. 44 A*[1], meliora *24*

corrigimus] corregimus *S. 11. 24. 27. 37. 43,* corregimur *29. 38. 64* omnes *N. 27. 37. 43. 44. 64 A*[1] *Tilius,* omne *11. 29. 38* romanarum] romanorum *24. 27. 29. 38. 44 A*[1] 4 iuris] iuri *38* adhibitis] adebitis *11. 29,* adeditis *38,* adhibitur *27* ac] hac *S. 24 A*[1] uiris] iuris *Pith.* lucem] legem *24* 5 meliores *24* et] quod *11*[2] nihil] nuper *11. 29. 37. 38. 64* habeatur] habebatur *11. 29. 37. 38. 43*[a]*. 64,* habetur *44*[a] se *om. 24*[a] 6 iurgantium] gurgantia *38,* iurgantia *A*[1] *aliaque, non omnia exemplaria Aegidiana* inpugnat *43. 44* omnibus] homnibus *64,* hominibus *38,* annibus *24* enucleatis] *S. 27. 43. 44 A*[1], enudeatis *24,* enuatis *64*[1], inoblegatis *11. 29. 38,* inobligatis *37,* innolutis *N*

tium electione collectis haec quae excerpta sunt vel clariori interpretatione conposita venerabilium episcoporum vel electorum provincialium nostrorum roboravit adsensus. Et ideo, secundum subscriptum librum qui in thesauris nostris habetur oblatus, librum tibi pro discingendis negotiis nostra iussit clementia destinari, ut iuxta eius seriem universa causarum sopiatur intentio nec aliud cuicumque aut de legibus aut de iure liceat in disceptatione proponere, nisi quod directi libri et subscripti viri spectabilis Aniani manu sic ut iussimus ordo conplectitur. Providere ergo te convenit, ut in foro tuo nulla alia lex neque iuris formula proferri vel recipi praesumatur. Quod si factum fortasse constiterit, aut ad periculum capitis tui aut ad dispendium tuarum pertinere noveris facultatum. Hanc vero praeceptionem directis libris iussimus adhaerere, ut universos ordinationis nostrae et disciplina teneat et poena constringat.

Recognovimus.

Dat. IIII non. Feb. anno XXII Alarici regis Tolosae.

---

7 electionem *24* excerpta] excerta *27. 43*, excepta *24. 44. 64* A^1, scripta *11. 29. 37. 38* uel *om. 11. 38* clariore *11. 24. 29. 37. 38*, clariorem *64* interpretationem *64* 8 absensus *38* et *om. 64* 9 secundum *om. 27. 43. 44 et libri Aegidiani praeter Par. 4696* subscriptum] scriptum *N* librum *om. 38* qui] quae *24* thesauris] tabulis *Tilius Cuiac. (text.)* nostris] nostros *N*, *om. 27. 43. 44* A^1 *Tilius Cuiacius (text.)* habetur] habeatur 24^2 oblatus] *NS. 11. 24. 27. 38. 43. 44* A^1, ablatos (?) *37*, oblatum *Cuiacius (marg.)*, collectus *Tilius Cuiacius (text.)* librum] librus *24*, *om. 27. 43.* 44^b *et Aegidiani quidam et Tilius et Cuiacius* tibi] *reliqui et ex Aegidianis Par. 4696*, goiarici comitis *(al.* comite *vel* comiti*) Aegidiani plerique*, goiarico comiti *Tilius Cuiacius (text.) interpolantes* 10 discingendis] *N*, distinguendis *S. 24*, discutiendis (-tis *38*) *11. 29. 37. 38. 64 Pith. (ex 2) et ex Aegidianis Paris. 4696 et Cuiacius (1586)*, distringendis *27. 43. 44 et Aegidiani plerique et Til. Cui. (1566)* ut] et *24* uniuersa] uniuersarum *Aegidiani plures* 11 sopiatur] supiatur 11^1, subiatur *24*, suscipiatur 11^2 nec] ne *38. 64 et ex Aeg. Paris. 4696* aliud] alium *11. 29. 38* cuiuscumquae *24* aut de leg.] aut leg. *N. 37*, audient leg. *38* aut de iure] audire *38* 12 proponere *om. 38* directi] relicti *11. 38* subscripti] supra scripti *Aegidiani plerique*, subscriptionem *24* spectabilis] expectabilis *11. 29. 38* A^1, inlustris *24* aniani (anniani *11. 27. 43.* 44^a) manu (manus *24. 38. 64*)] anianus *29* 13 complectitur] complectetur *N*, complecti 44^a ut *om. 38* 14 proferre *24. 29. 38* uel] uel aut 11^1*. 29. 38. 64* recipi] recipe *24*, reci *38* si factum] factum si *S*, si facti *11* fortasse] forte *11. 29* 15 aut ad per.] at ad per. *43*, tam ad per. *N* ad disp.] disp. *11* pertinere] *S. 24 soli, om. N. 11. 28 et reliqui, etiam Aeg. Til. Cui.* 16 hanc] hunc *38* praeceptione *27. 38. 43* directis] derictis *29*, disrectis *44*, directi *24* libris] libri secuti *24* adhereri *11. 29. 38. 64* uniuersus *N. 24. 64*, uniuersis *11. 29* 16/17 ordinationes *24* 18 recognovimus *S solus et inde Cuiacius subscr. habent NS. 11. 29. 38 soli* 19 dat.] *S*, dat. sub die *reliqui et Cui.* iiii] iii *N* anno] annos *38* xxii] xxi *legit qui in codice Lugdunensi 303 scripsit praefationem novellarum (Haenel p. 255):* corpus (Theodosianum) postea Visigothorum rex Alaricus XXI regni sui anno una cum pontificibus et sacerdotibus nobilibusque viris subtractis illis, quae minus utilia populis videbantur, in CLXXVIII titulis compendiavit alarici regis tolosae] *S Cui.*, regnante alarici regis (alaricis *38*) tolosa (-se *11*) *11. 29. 38*, tholosa regnante alarico rege *N* *add.* et iterum anno XX regnante Karolo rege Francorum et Langobardorum et patricio Romanorum *Cuiacius (1566)*

III. *SVBSCRIPTIO ANIANI.*

Subscriptio Aniani tradita est formis duabus diversis, quarum prior videtur genuina, altera interpolata adsumptis praescriptione et Commonitorio. Illam habent libri Aegidiani soli et loco quidem antiquo post Commonitorium; hanc loco antiquo post breviarium unus codex epitomae Monachi Berolinensis, praeterea loco motam post catalogum aliquem regum Francorum liber unus Breviarii plenus Vaticanus Ottobonianus 2225 et decurtati duo Parisinus 4409 et Vaticanus reginae 1050. — Ediderunt posteriorem Sirmondus opp. vol. 4 ed. Ven. p. 266 repertam post breviarium in duobus codicibus 'nostro' et regio 1097 et Gothofredus proteg. p. CCXXII ex codice regio n. XCVII (scr. MXCVII). Sirmondi 'noster' est Berolinensis eo tempore Claromontanus Iesuiitarum, alter tum 'regius 1097' est Parisinus 4409 eo tempore ita notatus.

FORMA A

Anianus vir spectabilis
ex praeceptione gloriosi Alarici regis
hunc codicem
de Theodosiani legibus atque species iuris
vel diversis libris electum
Aduris
anno XXII eo regnante
edidi atque subscripsi

Sic legitur post Commonitorium in libris epitomae Aegidianae Parisinis 4409 f. 144. 4416. 4417. 4626. 4633. nouv. acq. 204

1 an. u. sp. (expectabilis *4416*) *om. 4409* 2 perceptione *4416*, ceptione *4626* gloriosi *om. 4416* 4 theodosianis *4416* spetie *4417*, sententiis *4416 et sic Aeg.(ed.) Til. Cui.* 6 aduris *4626* 7 ego *4633*

FORMA B

Anianus vir spectabilis
ex praeceptione domni nostri gloriosissimi regis Alarici
ordinante viro magnifico et inl. Goiarico com̄
hunc codicem legum iuris
secundum authenticum subscriptum vel in thesauris editum
subscripsi et edidi
sub die III non. Feb.
anno XXII domni nostri Alarici regis

Sic legitur et in epitoma Monachi quae dicitur cod. Berol. Phillippsiano 1735 post breviarium et loco suo mota post catalogum regum Francorum finientem in Pippino, quem dabimus infra in enumeratione codicum decurtatorum, in libris duobus decurtatis Parisino 4409 f. 120 et Vaticano reginae 1050 et uno pleno Vaticano Ottoboniano 2225

1 annianus *libri* expectabilis *Ber.*, scolasticus *Par. Ott.* 3 uero magnifico *Ber. (ante corr.)* et *om. Ber.* gaiarico *Ber.* 4 hunc *om. Ber.* legum iuris *Ber. Ott.*, legum *Par.* 5 scriptum *Ott.* editum *Ber. Par.*, traditum *Ott.* 6 edidi] dedi *Ott.* 7 iii] iiii *Ott.* 8 domno nostro *libri* alarici regis] *Ber.*, alarico rege *Ott.*

Quae in his continentur, ita ordinanda videntur esse.

1. Formata est sylloge *ex praeceptione Alarici regis* (III, 2). Quae ea continentur cum dicantur *sicut praeceptum est explanata* (I, 4), item *clariori interpretatione composita* (II, 7), inde colligemus praeceptionem regis etiam ad interpretationem pervenisse, quam cave credas adsumptam esse ex commentariis anterioribus (cf. quae infra adnotabuntur de cod. Vaticano reginae 520). Immo corpus non vere absolutum esse, sed ex manibus conditorum imperfectum adhuc exemptum et publicatum non solum declarant capita extrema, quae ab homine non imbecillo ita in vulgus edi non potuerunt, sed etiam observationes aliquot temporariae in uno codice antiquissimo *P* aliquoties distinctae charactere diverso, in multis autem omissae, quas auctor tollere voluit nec potuit, exempli causa[1]): *hoc de iure addendum est* (ad *2, 4, 6); item *hic de iure addendum, quid sit fiducia* (*5, 1, 3): *hic de iure addendum, quae sit poena sacrilegii* (*6, 5, 2); *hic de iure requiendum de revocandis donationibus* (8, 13, 2), item *hic de iure addendum, qui calumniatores esse possunt* (9, 39, 3); etiam explicatius *de retentionibus, quia hoc lex ista non evidenter ostendit, in iure, hoc est in Pauli sententiis sub titulo de dotibus requirendum aut certe in Pauli responsis sub titulo de re uxoria* (3, 13, 2; similiter 3, 16, 2). Ad novellam Valentiniani 34 cum adnotet interpres quae ibi caventur de iudicio episcopali abrogata esse *lege posteriore Maioriani*, is locus non reperitur in Breviario, quamquam fuit sine dubio in novella Maioriani undecima. Iuris prudens, qui iussu regis Alarici leges explanabat, his locis iuris libros non tam inspexit quam adnotavit inspiciendos esse; sed id eventum non habuit. Ceterum prudentes Alariciani etsi constitutiones multas omiserunt et earum quas receperunt capita quaedam non

---

[1]) Praeter locos in textu laudatos eiusmodi notae reperiuntur *2, 4, 1 (ubi legitur *hoc de iure adiectum est* errore opinor) — *2, 21, 2 — *4, 6, 8 — 4, 22, 2 (in solo cod. *E*) — 4, 23, 1 (in solo cod. *E*) — 5, 1, 1 — 5, 1, 7 — 5, 3, 1 (in solo cod. *E*) — *16, 7, 3. Codices in his magnopere variant. — Asteriscus designat locos in *P* scriptos charactere diverso.

raro in explanatione praeterierunt utpote per se manifesta vel per certas causas inutilia, admissas nusquam mutilarunt (nam Th. 2, 10, 6 sine dubio acceperunt imperfectam a Theodosianis novellaeque Maioriani 11 de episcopali iudicio epitome non venit a prudentibus illis, sed adiecta est postea) et inscriptiones quoque subscriptionesque religiose rettulerunt.

2. Iussu regis sylloge ut fieret ordinavit *Goiaricus comes vir inlustris* (I, 6 et fortasse ex interpolatione III[b], 3). Ex dignitate intellegitur hunc apud regem eo fere loco fuisse, quo fuit apud imperatorem praefectus praetorio.
3. Titulus corporis est *Leges atque* (al. *sive*) *species iuris de Theodosiano vel* (= et) *de diversis libris electae* (I, 2. III[a], 4).
4. Corpus per *prudentes* (II, 7) absolutum vel potius pro absoluto traditum est regi et comprobatum a *sacerdotibus ac nobilibus* (II, 4) vel, ut postea dicitur, ab *episcopis et electis provincialibus* (II, 9). Legum Romanarum iurisque Romani in id corpus non recepti usus in futurum interdicitur.
5. *Authenticum* a rege *subscriptum* (II, 10. III, 5) inlatum est regiis scriniis vel, ut hic dicuntur, *thesauris* (II, 10. III, 5).
6. Authentici exemplaria rex cum *praeceptione* (II, 16) sive *auctoritate* (II tit.) sive *commonitorio* (II, 1) dato Tolosae a. 506 Febr. 2 (II, 19) vel Febr. 3 (III[b], 7) ad singulos comites, provinciarum opinor, iubet transmitti. Eius auctoritatis *exemplar* directum ad Timotheum v. sp. comitem aetatem tulit (II); alterum num extet directum ad Nepotianum, dubium est (adn. ad II, 1).
7. Anianus v. sp., eum fere obtinens locum quem obtinent apud imperatorem magistri scriniorum, iussu regis exemplaria commonitorio illo praeposito ex authentico descripta ad comites illos directa (II, 12) et sua manu subscripta (II, 12. III[a. b]) edidit, ex his Timotheanum Aduris (III[a], 6; rectius Aturis, hodie *Aire-sur-Adour;* cf. C. I. L. vol. XIII p. 55).
8. Ita promulgatum corpus Alaricianum inde ab a. 506 pro lege fuit civibus Romanis degentibus sub regibus Wisigothorum tam in Hispania quam in partibus Galliarum quae regibus illis parebant. Gothi ipsi teste Isidoro (hist. Goth. c. 35 chron. min. vol. 2 p. 281) sub rege Eurico (a. 466—485) 'legum instituta scriptis habere coeperunt'; ex hoc corpore Euriciano viri docti credunt superesse legum Visigothorum fragmenta Parisina. Rex Theudis (531—548) constitutionem de litis impensis a se emissam teste codice breviarii Legionensi ei inseruit adiecta hac clausula: 'hanc quoque constitutionem in Theodosiani corporis libro quarto sub titulo XVI adiectam iubemus, ut omnibus scire liceat quae pro omnium salute decreta sunt'. Eam legem datam esse tam Romanis quam Gothis ut dubium non est, ita nequaquam inde colligitur breviarium ipsum apud iudices Gothos in usu fuisse; potuit enim lex illa item inseri corpori Euriciano et, ut non sit inserta, Gothos tenere sub forma edicti regis. Corpus Euricianum deinde idem Isidorus (l. c. c. 51 p. 288) ait emendatum esse et auctum a rege Leovigildo (567—586) revocanturque ad corpus Leovigildianum capita quae inveniuntur inserta legi Visigothorum recognitae a Recessuindo (649—672) non sub nomine regis certi, sed sub praescripto *antiqua*. Tam Euricianum corpus quam Leovigildianum solis Gothis destinatum fuisse non ambigitur itaque in usu ea fuisse simul cum breviario Alariciano; contra Recessuindus (2, 1, 8): 'alienae gentis', inquit, 'legibus ad exercitium utilitatis inbui et permittimus et optamus, ad negotiorum vero discussionem et resultamus et prohibemus; quamvis enim eloquiis polleant, tamen difficultatibus haerent. Adeo cum sufficiat ad iustitiae plenitudinem et perscrutatio rationum et conpetentium ordo verborum, quae codicis huius series agnoscitur continere, nolumus sive Romanis legibus seu alienis institutionibus amodo amplius convexari', non Gothos solos, sed etiam cives Romanos in regno suo degentes suo corpore solo uti iubens. Res eo confirmatur, quod nullus breviarii codex neque pleni neque epitomatorum ex Hispania iunctuit excepto Legionensi illo sine dubio scripto ante Recessuindum.
9. Usus forensis Breviarii Alariciani sive, ut plerumque appellatur, *legis Romanae* potissimum et viguit et duravit in partibus Galliarum iis quae aut nullo tempore aut

brevi sub Gothis fuerunt, et pependisse videtur non tam a Commonitorio Alariciano (quamquam id quoque aliquem locum in ea re habuisse videtur utpote receptum in epitomas plerasque) quam a iuris Romani legitima agnitione civibus Romanis omnibus et clericis potissimum per diversa regna Gallica degentibus communi; quo item recte trahes, quod passim reperitur breviarium auctum ex Pauli sententiis plenis et Theodosiano novellisque eius item plenis reperiturque item coniunctum cum Ulpiani regulis et lege Romana Burgundionum, posthabito iussu Alarici regis, quo usum librorum iuris Romani aliorum in suo regno interdixerat.

10. Praeterea quaestio oritur, annon breviarii usum forensem Karolus magnus non stabiliverit quidem, sed confirmarit. Nam ut mittamus quod ad exemplar quoddam epitomae Aegidianae denuo breviatae (cod. Ambros. A 46 inf. saec. X) inscriptum 'tituli legum ex 'corpore Theodosiani breviter succincti' in margine adscriptum est: 'haec capitula a 'Karolo primo et Pipino filio eius inter leges Francorum receptae sunt'[1]) — ea enim verba, cum in eodem volumine inter alia multa etiam excerpta contineantur ex capitulariis Karoli, ad librarii opinationem recte referemus —, adest in editione Commonitorii Cuiaciana a. 1566 ad finem adnotatio haec: 'et iterum 'recognita' anno XX regnante 'Karolo rege Francorum et Langobardorum et patricio Romanorum'. Haec adnotatio quamquam non reperitur in ullo codice hodie noto, nihilo minus vix dubium est eam a Cuiacio sumptam esse ex aliquo libro deperdito sive breviarii ipsius sive epitomae Aegidianae; et constat Cuiacium usum esse praeter exemplaria hodie nota uno certe breviarii pleni, Aegidianae autem epitomae sine dubio pluribus hodie deperditis. Accedit quod anno quem subscriptio significat 788 tituli egregie respondent[2]) neque quicquam videtur obstare, quominus haec excerpta credantur ex capitulario eius aliquo deperdito. Karolus cum dicat in exordio capitularii Aquigranenis a. 809/13 (ed. Boretius vol. 1 p. 170) capitula ea constituisse se ex lege Salica, Romana atque Gombata, probabiliter ut in Salica atque Burgundica ita etiam in Romana cogitavit de certa lege scripta, quae vix alia esse potuit atque Alariciana, et ut extant additamenta ipsius ad legem Ribuariorum (l. c. p. 117) et Baiuvariorum (l. c. p. 157), et res Italicas ordinans ait causas plerasque 'ex Romana seu Langobardorum lege' diiudicari potuisse, quaedam tamen repperisse se iis addenda (l. c. p. 204), potuit similiter ad exemplum Alarici legem Romanam in Gallia receptam emissa constitutione confirmare. Favet ei coniecturae codicum breviarii copia ab aetate Karolingica crescens et, si rationem habemus decurtatorum et epitomatorum, vere ingens. Itaque adnotationi ei fidem cur denegemus, causa nulla est.

De interpretatione sive, ut appellatur in libro *O*, explanatione, quam singulis legibus prudentes Gothi addiderunt, hoc loco non agetur; nam non est aetatis Romanae et expendenda iis, qui rerum medii aevi curam agunt. Ego satis habui textum recensere addito apparatu quoad codices plenos pleno; decurtatos enim sprevi. Libri nostri Breviarii antiquissimi cum aetate ad ipsam prope accedant, nihilominus neque additamenta desunt Alarico posteriora Breviarii libris omnibus communia, sicut demonstrabitur in editione Novellarum, et inveniuntur, quamquam raro, corruptelae quoque similiter omnibus libris communes, ut 3, 12, 3, *7 *certi* vel *certe* pro *terti* — 5, 9, 2, 10 *quem* pro *quoniam* — 12, 1, 47 *praeter* pro *praeterea* — Theod. nov. 22, 2 *praesidio* pro *de residuo*.

---

1) Egerunt de sylloge hac Max Conrat, *Geschichte der Quellen und Literatur des röm. Rechts im früheren Mittelalter* 1 (1891) p. 44. 226 et F. Patetta *archivio giuridico* vol. 47 (1891) p. 13 seq. et P. Fournier *annales de l'Université de Grenoble* vol. 11 (1899) p. 393 seq.

2) Karolus magnus ab a. 774 ad a. 800 ipsis titulis supra relatis usus est annos numerans a die 9 Oct. 768 (Boehmer regesta imperii vol. 1 a. 1889 p. LXXIV).

CAPVT SECVNDVM.

THEODOSIANI INTEGRI CODICES.

Theodosianus non integer ad nos pervenit. Librorum quinque primorum epitome Alariciana quamquam saeculo XVIIII aucta est praeter minora quaedam maxime ope codicum duorum Taurinensis rescripti *(T)* et Ambrosiani *(A)*, adhuc admodum imperfecti sunt. Quanta pars perierit, duplici computatione aliquatenus potest determinari. Codicem laudatum Taurinensem cum infra demonstretur ea quae in Theodosiano legebantur ante 6, 4, 34 habuisse in foliis 171 sive in paginis 342 versuum 39, litterarum in versibus singulis c. 50, efficiuntur ita litterae c. 666900. Codicem Parisinum *R* cum item infra demonstretur ea quae in Theodosiano legebantur ante 6, 2, 1 habuisse in foliis 256 sive in paginis 512 versuum 30, litterarum in singulis versibus c. 40, efficiuntur ita litterae c. 614440 et addita parte quae extat 6, 2, 1—6, 4, 34 litterarum c. 22640 litterae c. 637000. Consentiunt igitur computationes duae eatenus, quatenus in tanta elementorum ambiguitate expectari potest. Ex hac parte Theodosiani, scilicet ad 6, 4, 34, quae hodie supersunt, secundum computationem rudi opera factam (accuratiorem in talibus nemo requiret) perveniunt ad litteras c. 252720. Itaque ex quinque libris duae fere partes desiderantur. — Libri undecim posteriores integri fere sunt; hiant enim quinque locis solis, scilicet ex sexto libro exciderunt primus titulus *de dignitatibus* ut videtur, totus et secundi *de senatoria dignitate* constitutiones primae undecim; item tituli quarti de praetoribus *et quaestoribus* constitutiones quae interpositae fuerunt inter 33 et extremam; item extremi tricesimi octavi pars extrema; ex octavo libro tituli decimi quinti *de his quae administrantibus* constitutiones priores; denique in fine eiusdem libri tituli plures, qui accuratius determinari non possunt.

Servavit nobis Theodosianum Gallia. Codices partes particulasve eius habentes Gallicae originis fere omnes sunt et potissimum Lugdunenses, quaeque de iis dicenda sunt, recte ordiemur a loco (cuius admonuit Ludovicus Traube) Heirici Autissiodorensis monachi saec. IX exeuntis [1]: 'ea tempestate' (loquitur de Germano episcopo mortuo a. 448) 'Lugdunensium civitas prima ac praecipua Galliarum professione quoque scientiae artium'que disciplina inter omnes extulerat caput. Offensa namque sapientia .... praeceptorum 'inopia intercedente priorumque studiis paene collapsis huius nostrae exitialiter perosa 'regionis Lugduni sibi aliquamdiu familiare consistorium collocavit. Ibi quas dicunt 'disciplinarum liberalium peritia quasque ordine currere hoc tempore fabula tantum est, 'eo usque convaluit, ut quantum ad scholas publicum appellaretur citramarini orbis gym'nasium'. Scilicet ut infra explanabitur, ex duobus Theodosiani integri libris primariis alter (hodie Parisinus 9643), qui solus servavit l. VI. VII. VIII, primum innotuit c. a. 1559 apud Stephanum Charpinum sacerdotem Lugdunensem, alter (Vaticanus reg. 886), cui debentur ex parte maiore l. IX—XVI, quamquam eius proprium domicilium vetustum ignoratur, certe originis est Gallicae. Codicem tertium (hodie Berol. Phillipps. 1745) qui solus servavit plenam syllogen quam dicimus Sirmondianam cum Theodosiano conexam auctamque excerptis ex Theodosiano integro, saec. VIII usurpavit Florus diaconus Lugdu-

---

[1]) MG. epistul. vol. 6 p. 125. Conferri iubet Traubius epistulam Lupi abbatis Ferrariensis (l. c. p. 102) scriptam a. 860: 'noveritis monachum et discipulum meum Ad[onem] .... quorun'dam invidiosorum vitasse insidias et .... discendi studio et quietis amore in urbe Lugdunen'sium constitisse'.

nensis fuitque is liber ecclesiae Lugdunensis antequam factus est Claromontanus. Etiam breviarii Alariciani codices duo non virtute, sed aetate primarii, alter hodie Berolinensis Phillippsianus 1761, alter olim Wirceburgensis, iam Monacensis 22501 ad eandem originem iure revocabuntur; priori enim inscriptum est *e(cclesiae) Lugd(unensis)*, posterior eius gemellus ex eadem schola proficiscatur necesse est.

Quinque exemplarium Theodosiani integri partes plus minus amplae ad nos pervenerunt; ea sunt haec: Taurinense *(T)* habens fragmenta et ex praemissis et ex libris omnibus exceptis tribus (VII. XII. XV); Parisinum 9643 *(R)* habens libros tres VI. VII. VIII fere integros; Vaticanum reginae 886 *(V)* habens integros fere libros VIIII—XVI; Halberstadiense habens lacinias pertinentes ad l. XII. XIIII; Vaticanum 5766 adiunctis foliis tribus Taurinensibus *(W)* partes habens librorum trium postremorum. Hoc ordine iam enarrabuntur; sed quae inter ea conexio obtineat quamque fidem singula mereantur, de ea re si qua dici possunt, ea in capite octavo de crisi librorum scriptorum collocabuntur. De orthographicis, item de compendiis quae dicenda sunt, infra capite nono composuimus.

Taurinensis bibliothecae publicae codex, signatus a II, 2 (= Haenel 1), quin fuerit olim Bobiensis monasterii, dubium non est, quamquam coniectura sola id enuntiavit Peyron (Ciceronis orat. 1824 p. XXVIII) nec reperitur in catalogo codicum a. 1461.[1]) Scriptura posterior saeculi VII vel VIII continuit Iulii Valerii Polemii rerum gestarum Alexandri Macedonis libros tres, quorum editor postremus (Lipsiae 1888) Bernardus Kuebler hoc codice, quatenus Valeriana adhuc legi possunt (venena enim adhibita ad textum priorem resuscitandum delerunt magna ex parte posteriorem) diligentissime usus est. Quaterniones Valeriani I. II. III. IIII. V. VI. VIII (septimus periit totus) non integri formae octonariae effecti sunt ex foliis formae quaternariae quadraginta tribus, quorum quaedam adhibita sunt dimidiata, reliqua resectis marginibus mutilata. Eorum undetriginta[2]) repperit Amadeus Peyron ediditque modo (scilicet in foliis infra enumeratis 1. 2. 5. 7—16. 17[a]) codicem exemplatus, modo varia lectione ad editionem Gothofredi enotata a. 1823 in actis academiae Taurinensis *(memorie dell'Accademia di Torino, classe di scienze* vol. 23 p. 137—330*)*. Quattuordecim reliqua (scilicet ea, quibus infra in elencho litteram *V* praescripsimus) casu quodam seposita a Peyrono anno 1836 repperit Carolus Baudi a Vesme et tam haec quam antea nota diligentissime et peritissime recognovit. Apographis his et ipse usus est in editione inchoata, quae pervenit ad Th. 4, 22, 4, et qua erat liberalitate omnia descripta communicavit primum cum Haenelio, deinde cum Paulo Kruegero operis nostri socio. Hic deinde folia tria et quadraginta, quae paucis locis exceptis, exceptis item rubricis plerisque utpote minio scriptis, recte et plene leguntur, Krueger recognita a. 1868 et denuo a. 1878 ad ipsum codicem egregie expressit a. 1879 in actis maioribus academiae Berolinensis *(philologische und historische Abhandlungen der K. Akademie der Wissenschaften zu Berlin* a. 1879: 'codicis Theodosiani fragmenta Taurinensia'*)*. Scripturae specimen et Vesmius addidit (fol. 6 et 7) et dederunt (fol. 2[v]) photographice factum Zangemeister et Wattenbach exemplorum codicum Latinorum tabula 25. — Paginae pleraeque sunt versuum 39 (f. 37. 38 sunt versuum 40, f. 1 versuum 42; minerem numerum quaedam habent propterea quod in iis libri finiunt vel incipiunt tituli), litterarum in singulis ad quinquagenas, quem numerum raro excedunt. — Scriptum esse a librariis duobus, ab altero folia 1—28. 39—43, reliqua 29—38 ab altero ex minutis quibusdam scripturae diversitatibus Kruegerus effecit; exempli causa *comes rei privatae* notatur a priore C̄ R̄ P̄, a posteriore C̄R̄P̄. — Emendavit librum praeter ipsum librarium corrector diversus, nec desunt loci, ut dicetur capite octavo, ubi prior lectio praeferenda est posteriori. T

Corpori Theodosiani praemissus fuit index titulorum, cuius in unius ex servatis hodie foliis (Kruegeri 43) pagina recta superest pars extrema cum subscriptione: *[expl.] tituli divi* (sic; vide supra p. XV) *Theodosiani: utere felix;* sequitur in eadem pagina et a manu eadem index imperatorum eorum, quorum constitutiones in corpus hoc receptae sunt, edi-

[1]) Originem voluminis Bobiensem confirmavit Patetta (in actis acad. Taur. minoribus vol. 36 a. 1901 p. 618 seq.) demonstrans scripturae posterioris, cuius ibi specimen dedit, proprietates redire in codicibus aliis certo Bobiensibus.

[2]) Folium a Peyrono visum, quo continentur 14, 3, 5 — 14, 3, 13, deinde frustra indagatum postquam rursus repperit Patetta, apparuit non ad hunc codicem pertinere, sed ad alterum *W*.

tus a nobis in chronicorum minorum vol. III p. 412 et hic quoque (p. 26) repetitus. In versa pagina legitur a manu simili ei, quae ad constitutiones hic illic scholia adscripsit, *ordo principum Romanorum* ab Augusto ad Carum in fine mutilus, editus in chronicis modo citatis p. 413, alienus omnino a Theodosii corpore, sed qui ad tempora eius pervenire potuerit itaque utilitatem aliquam habere ad nuda eorum nomina quae praecedunt explicanda. Probabile est ordinem hunc imperatorum a voluminis correctore inter indicem titulorum et corpus ipsum interpositum esse neque adsentior Kruegero folium illud olim extremum codicis fuisse censenti itaque rubricarum indicem in hoc codice ad finem reiectum esse. Gesta senatus non adfuisse probabile est. — Subscriptiones inscriptionesque librorum servatae sunt locis duobus:


l. III/IIII (f. 7): Theod lib III exp inc | lib III feliciter

l. XVI (f. 42): [T]heod constitutionum lib XVI | utere felix: feliciter.

Paginis singulis versis rectisque per totum volumen superscriptum est fuitve:

(in versa) ψ Theod ψ | *(in recta)* ψ lib I ψ *(et sic deinceps).*

In rectae angulo superiore, intuenti a dextra, perscripti sunt numeri titulorum rubricarumve praemissa nota t vel (semel in f. 29) ī. pertinentes et ad versam quae praecedit et ad hanc rectam, id quod optime apparet in f. 18 sic inscripto: t VI t VII t VIII t VIIII; nos inscriptiones eas in foliorum elencho ad singula adscripsimus. — Praeterea numeri tam titulis praescripti fuerunt quam constitutionibus. — Quaternionum notae in foliis pertinentibus ad libros octo priores (in altera parte nullae adsunt) comparent in foliis extremis 10: X — 14: X — 19: XXII — 28: XXV Ex hisce notis secundum ea quae in praefatione a Kruegero exposita sunt, missis foliis tam primis (quippe quae propter priorum librorum hiatus ad quaterniones suos redigi nequeant) quam postremis (quorum quaternionum restitutio utilitatem non haberet), cum singula folia huiusce codicis contineant litteras ad milia quaterna, media laterculi nostri 17—28 superesse apparet ex quaternionibus XXII—XXVIIII sic:



His positionibus hiatuum ambitus, quatenus determinari potest, in universum respondet; exempli gratia inter f. 18 et 19 quae exiderunt 6, 10, 3 ad 6, 22, 3 exaequant fere folia Taurinensia duo. — Inde a 6, 4, 34, a quo codicis folium hodie 17 incipit, cum corpus integrum fere supersit, id autem folium codicis integri fuerit 172, librorum quinque primorum hodie lacerorum ambitum qui fuit supra (p. XXXVIII) aliquatenus determinavimus.

Foliorum laterculus hic est retentis numeris Kruegerianis:

43 (V) index rubr. (inde a 16, 1) et imperatorum (p. 26).

1. 1, 1, 5 *rei non* (p. 28) .... 1, 2, 3 *iusque* (p. 30).

2. 1, 5, 4 *mp. constantinus* (p. 36) .... 1, 5, 14 *anthemio conss.* (p. 38).

3. (V) 1, 28, 1 *mp. constantinus* (p. 63) .... 1, 29, 5 *dat. iiii* (p. 65).

4. (V) 1, 31, 1 *tuis adnitentibus* (p. 66) .... 1, 32, 7 *quynegio v. c. conss.* (p. 68). — In recta: t. ••
t. ••

5. 2, 8, 18 *uel iudiciis* (p. 87) .... 2, 10, 3 *honorarior* (p. 92). — In recta: t. VIII.

6. (V) 3, 5, 3 *ntibus subueniri* (p. 134) .... 3, 5, 6 *donatis* (p. 135); [deest folii pars inferior]; item 3, 5, 7 *dumtaxat* (p. 136) .... 3, 5, 10 *et T[heod.] A. ad* (p. 136); [deest folii pars inferior].
7. 3, 30, 3 *uel curatore* (p. 163) .... 4 in. *inc. lib. iiii feliciter* (p. 166).
8. 4, 6, 2 *ri fecit* (p. 175) .... 4, 6, 7 *tamen cor* (p. 178).
9. 4, 8, 4 *uxisset eorum* (p. 179) .... 4, 8, 6 *apud se es* (p. 183). — In recta: t. V}
10. 4, 12, 3 *ii hal. sept.* (p. 190) .... 4, 13, 9 *licentiae sublmo* (p. 194). — In recta: t. XIIII}, in versa extrema X}
11. 5, 6, 2 *arbarorum* (p. 221) .... 5, 8, 1 *seruit* (p. 225). — In recta: t.}
12. [deest folii pars superior] 5, 11, 7 *eritis ueteranis* (p. 227) .... 5, 11, 9 *ea enim* (p. 227); item [deest folii pars superior] 5, 11, 11 *ua ... babuntur* (p. 228) .... 5, 11, 12 *eadem ad s* (p. 228).
13. 5, 12, 1 *nentibus* (p. 228) .... 5, 13, 4 *postea minus* (p. 231). — In recta: t. XII.
14. 5, 14, 30 *um patrimonialem* (p. 231) .... 5, 14, 36 *iure fundo* (p. 233). — In recta: t. XIII}; in versa extrema: X}
15. 5, 15, 14 *orum obligatione* (p. 233) .... 5, 15, 21 *dat. pr* (p. 235).
16. [deest folii pars superior] 5, 16, 29 *m officium* (p. 236) .... 5, 16, 32 *sacratissimum* (p. 236); item [deest folii pars superior] 5, 16, 33 *us propositis* (p. 237) .... 5, 16, 35 *possessionib* (p. 237).
17. 6, 4, 34 *it praeiudicium* (p. 259) .... 6, 8, 1 p. 262, 1 *praetorianam* (p. 262, 1).
18. 6, 8, 1 *rint praefecturam* (p. 262, 1) .... 6, 10, 3 *cum consu* (p. 264). — In recta:
t. VI
t. VII
t. VIII
t. VIIII
19. 6, 22, 3 *protinus* (p. 269) .... 6, 22, 8 *postferendum* (p. 271). — In recta: t. X}, in versa extrema: XXII.
20. (V) 6, 24, 8 *iti senatoria* (p. 275) .... 6, 26, 4 *ut int* (p. 277). — In recta: t. XXIIII.
21. 8, 4, 12 *dat. xui k.* (p. 370) .... 8, 4, 22 *suis reddat* (p. 372).
22. 8, 5, 7 *illi qui dederit* (p. 377) .... 8, 5, 16 *quem maxim* (p. 379). — In recta: t. V}
23. (V) 8, 5, 33 *tarditas nulla* (p. 384) .... 8, 5, 39 *(S)yagrio conss.* (p. 386). — In recta: t. V}
24. (V) 8, 5, 49 *itum ternos* (p. 389) .... 8, 5, 58 *publica fact* (p. 391).
25. [deest folii pars superior] 8, 5, 62 *nos* (p. 392) .... 8, 5, 65 *praesumptionibus* (p. 393); item [deest folii pars superior] 8, 6, 1 *ex ho* (p. 394, 5) ... 8, 7, 1 *ut pr* (p. 394, 2).
26. 8, 7, 1 *fficio sit* (p. 394, 2) .... 8, 7, 12 *censea* (p. 397, 3). — In recta: t. VI
t. VII
27. (V) 8, 7, 12 *nec quicquam* (p. 397, 4) .... 8, 7, 21 *pari diligent* (p. 400).
28. (V) 8, 8, 5 *decernimus* (p. 402) .... 8, 10, 2 *dat. iii k.* (p. 405). — In recta: t.}, in versa extrema: XXV}
29. 9, 1, 11 *nisi subeat* (p. 433) .... 9, 1, 19 *mariniano conss.* (p. 438). — In recta: R}
30. 9, 10, 3 *olentiae* (p. 453) .... 9, 14, 3 *militibus uel* (p. 458).
31. (V) 9, 19, 4 *quo iudicis* (p. 469) .... 9, 21, 6 *fraturarios mai* (p. 473).
32. (V) [deest folii pars superior] 9, 21, 10 *solum fructum* (p. 474) .... 23, 1 *quo facilior* (p. 475); item [deest folii pars superior] 9, 23, 2 *ii impp. arc.* (p. 475) .... 9, 24, 1 *coniunctionis d* (p. 476).
33. 9, 34, 6 *t inimicus* (p. 487) .... 9, 36, 1 *quisquis a* (p. 491).
34. 9, 42, 9 *tus qui eos* (p. 511) .... 9, 42, 15 *mixta su* (p. 514).
35. (V) 9, 43, 1 *ulla prauitate* (p. 517) .... 9, 45, 4 *intra temp* (p. 522). — In recta: t.}
36. (V) 10, 8, 1 *siue domum* (p. 536) .... 10, 9, 2 *habita hor* (p. 539).
37. 11, 7, 4 *is pe* (p. 586) .... 11, 7, 16 *religione* (p. 589, 11). Folium lacerum est et ex parte evanidum.
38. 11, 7, 16 *debitoribus* (p. 589, 11) .... 11, 8, 3 *intellexerim* (p. 592).
39. 13, 11, 2 *nis uiris* (p. 766) .... 13, 11, 4 *suspendere lice* (p. 766) [deest folii pars inferior]; item 13, 11, 5 *peraequatoris* (p. 767) .... 13, 11, 7 *cuius a* (p. 767) [deest folii pars inferior].

40. 14, 3, 18 *np et euodio* (p. 767) .... 14, 4, 2 *locorum et tam* (p. 779, 7).
41. 14, 4, 2 *aetia danda* (p. 779, 7) .... 14, 4, 5 *rom tim* (p. 781). In recta: t. IIII, quamquam debuit esse: T III
T IIII

42. (V) 16, 10, 24 *es cognoscant* (p. 905) .... *utere felix feliciter* (subscriptio). Versa vacat.

Compendia in codice usitata orthographicaque ei propria enarrabuntur in capite nono.

In codice quae emendata sunt, pleraque certe veniunt ab ipso librario nec nisi uno loco (3, 30, 6, 3 *officii* pro *officiis*) primitivam lectionem corruperunt.

Scholia in margine adscripta manu diversa, sed ni fallor aequali, et rara sunt et propter vocabula passim compendiata et marginis mutilationem a Kruegero ex parte relata tantummodo. Hoc apparet in aliis argumentum breviter significari, in aliis remitti ad constitutiones (compendium ʒ passim apparet) similes alias Theodosiani ipsius, alias Gregoriani. Sunt autem haec:

ad 1, 2 rubr. *de diversis rescriptis:*

uni p̄u īdultum
secun? d(?)um exemplum
n graeg l̄īb u

ad 2, 8, 26 (sequitur rubrica *de pactis et transactionibus*)

a i(?) ē ɔ ī ɔnes fi
llo s p oro
þnes sup
t ʒni
f ap sac ɔni
iii t ɔ ultima
pando a ur
iīb IIII enan
de pacto
ā

ad 3, 5, 10
ocʒ ia q̄ ē et posterior
n (*vel* u) t i ʒ v

ad 4, 6, 5
gr? aeca cɔ infra qu(?)ad(?)r(?)a(?)
o (*vel* m *vel* ɔ) petit leg(?)it(?)u(?)r(?) in(?) l(?)i(?)b xu
e qua m(?)
ii

ad 9, 1, 15
accusari p(?)a(?)r(?) q. p

ad 9, 1, 19 fere ad verba *super conscientiam:*

ɔon l r sei xreb an...
lem

ad 9, 20 rubr. *victum civiliter agere et criminaliter posse*

victus civiliter crim|

ad 9, 24, 1 ad verba *quam ... a postulationibus et testimoniis ... antiqui penitus arcuerunt*

n̄ mulieres testimonium
dicere n̄ posse

Folia Taurinensia non examinavi ipse, sed quidquid de hoc codice affertur, sumpsi ex editione Kruegeri facta peritissime et diligentissime. In codice recisa vel evanida facta apparatus noster, ubi alii libri textum integrum servarunt, iis locis tantummodo indicat, ubi id aliquam utilitatem habere videbatur.

R Parisinus 9643 (= Lugd. Haenelii) innotuit per Cuiacium, qui in ipso eo adscripsit 'hic legum codex vetustissimus nondum publicatus anno 1557'. Mentionem eius fecit publice in observationum libro quarto, cuius praefatio data est Valentiae Cavarum XV

k. Iul. a. 1559 (prodiit Luguduni, Destournes a. eodem), scribens librum eum 'hoc anno' sibi perlegendum dedisse Ludovicum Miraeum habentem eum Lugduni et editionem eius parantem. Ipse quoque Miraeus in praefatione ad Iulianum a. 1560[1]) ait propediem proditurum esse codicem Theodosianum integrum, quo promisso non stetit paulo post defunctus. Denique 'Myrei' appellari librum a Francisco Pithoeo circa a. 1584 infra videbimus. Prodierunt quae in eo libro servata sunt primum a. 1566 in corporis Theodosiani editione Cuiaciana, in cuius praefatione editor ait libros VI. VII. VIII 'inventos et proditos esse a Stephano Charpino'. Hunc virum *prestre de la ville de Lyon* Ludovicus Iacob in recensu bibliothecarum[2]) scribit bibliothecae suae catalogum edidisse Lugduni a. 1555 inscriptum 'studiosis tantum Lugdunensis ecclesiae fratribus' quem catalogum Parisini amici frustra quaesiverunt. Codicem num in eo recensuerit, ignoro; inventum esse in bibliotheca aliqua Lugdunensi vix dubium est.[3]) Post Charpinum pervenit codex ad Franciscum Pithoeum et eius dono ad fratris filium Petrum Pithoeum, teste inscriptione libri hac: *hoc vetustissimum exemplar librorum VI. VII et VIII codicis Theodosiani, quo v. c. Iacobus Cuiacius in edendo eo libro usus est, dono mihi dedit v. c. Franciscus Pithoeus patruus anno 1620.* Apud Petrum Pithoeum codicem usurpavit Iacobus Gothofredus († 1653) cum passim memorans in editione post eius obitum publicata a. 1665. Hereditatis iure a Pithoeis delatus ad marchiones Rosny de Rosanbo postquam apud eos diu latuit, auctione ab his partis codicum instituta, ut ducissam de Berry adiuvarent, in eo catalogo sub n. 2383 adiecta pictura indicatus emptus est a. 1837 a bibliotheca publica Parisina. — Cuius aetatis codex sit, ut in eius generis libris certis argumentis raro definiri potest, ita propter ea quae infra dicentur de proprietatibus litteraturae et orthographiae nihil obstat quominus adsignetur si non ipsi saeculo quinto, certe sequenti. Specimen scripturae dederunt praeter catalogum supra allegatum I. B. Silvestre *paléographie universelle* (Parisiis 1839) tab. 109; Augustus de Bastard *peintures et ornaments des manuscrits* (tab. 4, quae tabula prodiit a. 1846; cf. de Bastardi opere *Neues Archiv* vol. 8 p. 452); Zangemeister et Wattenbach in exemplis supra p. XXXIX citatis (1876) tab. 25; Delisle *le cabinet des manuscrits de la Bibl. nationale* (Parisiis 1881) tab. 7; [Berthaud] *facsimiles de manuscrits .... exposés dans la galerie Mazarine* (Parisiis 1901) tab. 11. — Codex, qui utrum gesta habuerit necne, non magis liquet quam utrum habuerit Theodosianum integrum an solos libros octo priores, hodie constat quaternionibus (cum ternione uno XLVI) XXXIII—XLVIII numeris extremo loco signatis. Incipit 6, 2, 12 in verbo *legata*. Perierunt folia quattuor, quat. XXXIV folium tertium (interciderunt 6, 4, 33 post verba *in prioribus praetoribus* quae sequebantur ad finem tituli); quat. XXXVIII folium sextum (perierunt in l. VI extremo quae sequebantur post tit. 38 l. 1 *non in aliquo* et libri septimi index); quat. XLVIII f. 1 (interciderunt 8, 15 rubrica et constitutiones post rubricam quae sequebantur aliquot) et f. 8; itaque abrumpitur codex in eiusdem quaternionis f. 7 lacero. In eo enim non supersunt nisi fragmenta constitutionum 8, 18, 5. 6 ex antica et 8, 18, 7. 8 ex postica, verbum extremum hodie est 8, 18, 8, *12 *[ampl]ecten[da]*. Priores plura folia non habuerunt quam extant hodie; tam Cuiacius quam Gothofredus testantur codicem incepisse ab ipso verbo hodie primo et Gothofredus praeterea scribit codicem finire in vocabulo hodie postremo *amplectenda;* ita enim adnotationem eius accipiendam esse dubitari non potest. Lacera quoque hodie folia pleniora quam nunc sunt neque Pithoeus habuit (nam adnotationes adscriptae ad exemplum ed. Cuiacianae a. 1566 quamquam non pauca habent sumpta ex hoc codice, ea, ut ostendit apparatus noster, quatenus certo intelleguntur omnes spectant

1) Praefatio ita finit: 'valete, Lugduni 1560 kal. Augusti ex officina Tornaesiana, e qua prodibit propediem deo favente codex Theodosianus integer una cum corpore iuris civilis pari integritate et diligentia restituto'. Editione Ausonii Vinetiana (1558) insertum est Miraei carmen datum *ad Stephanum Charpinum Ausonii poetae adsertorem.* Paullo post Miraeum obiisse colligitur, sicut admonuit Girardus, ex praefatione Tornaesiana ad Theophili versionem Institutionum repetita in editione Reitzii p. 1159.

2) *Traicté des plus belles bibliotheques publiques et particulieres qui ont esté et qui sont a present dans le monde* Parisiis 1644 p. 666. Notitiam libri debeo Girardo. Conferri poterit de Charpino Niepce *les bibliothèques de Lyon* (Lyon 1876) p. 571 seq.

3) Codicem Ausonii hodie Lugdunensem Vossianum Lat. fol. 111 teste praefatione Eliae Vineti Charpinus habuit inventum a. 1558 Lugduni in insulae Barbarae coenobii bibliotheca.

ad ea quae adhuc supersunt) neque Gothofredus. At Cuiacius tam prima duo folia q. XXXIII f. 1. 2 quam ultimum q. XLVIII f. 7 minus lacera vidit quam sunt hodie. Scilicet folii 1 cum recta continuerit constitutiones hodie numeratas 6, 2, 12. 13, versa constitutiones 6, 2, 13 fin. — 16, in margine superiore illic l. 12. l. 13 princ., hic l. 13 fin. l. 14 iidem hiatus apud Cuiacium cernuntur qui nunc sunt, sed l. 13 med. 15. 16 apud eum integrae fere decurrunt. Item in recta f. 2 imminutae fuerunt Cuiacii tempore l. 17. 18, integrae l. 19. 20; in versa mutilae l. 21. 22, integrae l. 23. 24. Denique in folio extremo constitutiones duae 8, 18, 5 et 8, 18, 8 (duae interpositae cum adsint in breviario, quid ex iis in hoc libro Cuiacius viderit, incertum est), pleniores leguntur apud Cuiacium quam hodie codex eas repraesentat. — Subscriptio libri VI et inscriptio VII cum perierint folio deperdito, acute deprehendit Vesmius in pagina quae praecedit vestigia eius minio umido effecta inverse expressa: *[explicit] liber [ui] incipit [liber uii]*. Praeterea subscriptio et inscriptio supersunt inter l. VII et VIII sic: *explicit liber VII* | *incipit liber VIII*. Superscriptionibus paginae rectae carent omnes, item versae excepta quat. XXXIIII f. 2', ubi est *ſ* LIB *ſ* UI *ſ*; sed fieri potest, ut margines olim latiores fuerint resectae a glutinatore posteriore. — Ad litteras quod attinet, adnotandum est inter maiusculas solitas aliquoties reperiri formas ⅆ et ſ (ut 8, 5, 20, 8 legitur TERNOſSEDERE). — Per totum volumen et maxime in libro sexto adustis marginibus exterioribus perierunt passim in paginis rectis litterae postremae quaeque, primae in paginis versis. Praeterea margines et fuligine obscuratae sunt et supplementis Cuiacii manu adscriptis non raro antiquae scripturae superpositis, denique remedio chemico coloris viridis sine ulla utilitate marginibus inducto. Ad dubitationes hinc ortas solvendas Cuiacii textus (cuius tamen lectiones potiores in apparatum rettuli) parum confert, quamquam is librum tractavit minus corruptum, fluctuat enim inter lectionem et coniecturam. Exempli causa 6, 27, 16, 7 ad id quod remansit *tur* Cuiacius primum adscripsit *dona*, deinde vero supplemento reperto *frua;* item 6, 35, 10, 4 pro lectione *honoris*, quae quamquam litteris evanidis adhuc cernitur, adscripsit primum *muneris*, deinde *laboris*. Elementorum deperditorum numerus ut probabiliter determinetur, retinendum est singularum constitutionum primos versus eminere et una duabusve litteris longiores esse quam reliquos; item iustam diremptionem vocabulorum syllabariam paucis locis exceptis (de quibus videantur orthographica) a librario perito observatam esse. De hiatibus hisce minutis, qui ubi adsint editio declarat, ut certius iudicetur, cum eorum ratio alia in rectis sit, alia in versis, codicis paginas ad oram editionis adnotavi. In paginis versis mutilatis de numero litterarum adustarum vel obscuratarum raro dubitari potest; minus de eo constat in mutilatis rectis, quoniam librarius in versibus extremis passim litteris contignandis aut in marginem excurrens numerum auxit aut e contrario syllaba longiore sequente spatium quoddam vacuum reliquit. — Liber scriptus est eodem fere ductu (non recte ait Haenelius inde a q. 42 succedere librarium minus peritum; vere 7, 8, 16, 3 *uel parentes* scriptura mutatur) splendide omnino litteris pulchris et magnis in textu, maximis in rubricis, ubi tituli finiunt maioribus intervallis vacuis relictis. Pagina plena habet versus 30, versus litteras 40 ad 45. — Numerantur, ut supra (p. XIII) dixi, rubricae; constitutiones non numerantur excepta fortasse una 6, 2, 17. — De orthographia, quae est optima, dixi in capite nono. — Emendationem manus alienae antiquo tempore liber nullam subiit; quae correcta sunt vel adiecta etsi litteris gracilioribus scripta esse solent, proficiscuntur ab ipso codicis scriptore. — Contulerunt librum post Cuiacium et Gothofredum Haenel (a. 1837), Baudi a Vesme (qui adeo apographum eius diligentissime confecit ab ipso exhibitum Kruegero, deinde ab eius filio benigne mihi transmissum), Paulus Krueger (a. 1869), nuperrime (a. 1899) ego. Hac nostra opera, maxime Baudii, antiquiorum errores non pauci sublati sunt.

V Vaticanus reginae liber 886 (= Haenel 4), a quo in libris Theodosiani octo posterioribus praecipue et plerumque adeo solo pendemus, unde veniat, parum certum est. Faciunt si non ad originem, certe ad domicilium eius pristinum declarandum glossae marginales quaedam[1]) adscriptae ad libros duos gemellos saec. X ambo Berolinensem Phillippsianum

---

[1]) Egi de iis in eph. Savignianae partis Rom. vol. 21 p. 385, sed destitutus tum notitia quae sufficeret codicis Parisini.

1741 = *Y* et Parisinum Lat. 12445 (= Sangerm. 366) = *D*, de quibus ipsis infra agetur. Glossae ipsis libris aetate fere pares, adscriptae ad constitutiones aliquot librorum quarti et noni excerptas ex Breviarii codice aliquo, ut luculenter prae se ferunt originem communem, ita invicem se explent. Proponuntur hoc loco plenae et coniunctae anteposita lectione codicis codicumve, ex Parisino libro me rogante exscriptae ab Omontio bonorum studiorum fautore insigni.

D: 4, 18, 1, *1 cessit] in reg 'cessit' *(sic)*
D: 4, 18, 2, 4 communis partibus] in Dy 'communibus partibus', in reg et intr 'comminus partibus'
D: 4, 19, 1, *8 *(interpr. Alaric.)* ordinamus ut non uelint] in reg et in Dy 'ordinauimus quo non uelint'
D: 4, 20, 3, 1 apud acta *om.*] intr et in Dy 'apud acta'
D: 4, 22, 3, 4 erectus] intr 'euictus'
D: 4, 22, 3, 6 liti euentum] in reg 'lite'
YD: 9, 1, 15, 3 euindicatis] in reg et intr 'emendicatis'
YD: 9, 1, 19, 8 custodiat] in rg et (et *om. D*) intr 'custodi..' *(in utroque libro margo excesus est)*, in Dy 'custodiae' *(sic certe Y)*
Y: 9, 1, 19, *2 sponte fingenti] *ad eam lectionem* in Dyonisii *adscriptum est intra versus*, in rg et int 'supplicia fugienti commonitoriis sacreta *(sic)* mandatis fidem plenius abnegamus et cetera' *in margine.*

Adnotatorem duos codices adhibuisse ut a consuetudine philologorum saeculorum eorum nequaquam abhorret, ita paene sine exemplo est, quod eos nominatim appellat alterum 'Dyonisii', alterum 'reg (vel rg) et intr (vel int)'. Illum probabile est pertinuisse ad sancti Dionysii prope Parisios monasterium et prope accessisse ad breviarii librum primarium Oxoniensem; certe 4, 18, 2 lectio *communibus partibus* praeter Dionysianum ex solo Oxoniensi enotata est. Magis memorabile est, quod ex altero codice lectio extremo loco enotata omnino derivata est ex Vaticano nostro; nam cum plena et vera lectio *supplicia fugienti sponte fingenti* non tradita sit nisi in solo palimpsesto Taurinensi, *sponte fingenti* habent Breviarii codices omnes, *supplicia fugienti* Vaticanus, in quo item redit error *secreta* pro *secreto*. Quam ob rem paene certum est compendium alterum accipiendum esse de codice *int(eg)r(o)* et alterum adiectivum accipiendum esse de codice *reg(io)* probabile [1]), quamquam de bibliotheca regum Galliae per ea tempora documenta alia nulla habemus. Quod obstat reperiri in altero libro lectiones quasdam ex eodem codice derivatas et sine dubio ad Breviarium spectantes, inde quod modo observavimus non tollitur, sed statuendum erit extitisse exemplar descriptum partim ex Breviario, partim ex Vaticano. Similis igitur fuit codex deperditus regius (?) et integer, si recte compendia solvimus, codici saeculi X Solmsiani, quem infra p. LVI demonstrabimus descriptum esse ex ipso Vaticano, similis item alterius infra enarrandi Ambrosiani *(A)*, quem qui scripsit contaminavit exemplaria duo, alterum Theodosiani integri mutilum, alterum plenum Breviarii. Inde non sine aliqua specie veri efficiemus Vaticanum librum ipsum saec. X adservatum fuisse alicubi in Gallia.

Innotuit liber per Iohannem Tilium Engolismensem. Is quae codex habet antea inedita primus publici iuris fecit a. 1549/1550, ipsum unde habuerit non indicavit, solummodo enuntians eum ad manus suas perveuisse; de Floriacensi bibliotheca eum prolatum esse, quae coniectura est Haenelii (praef. ad Theod. p. XXVII), nullo argumento defenditur. Post Tilium, ut ostendit adnotatio ei inscripta *(Alexander Pauli filius Petavius senator Parisiensis 1647)*, venit ad Petavium, deinde cum reliquis Petavianis ad Christinam Sueciae reginam, mox cum eius supellectile litteraria in Vaticanam, ubi cum diu latuisset, a. 1817 per Maium et Niebuhrium denuo in lucem protractus est.

Continentur continebanturve in codice quaterniones ternionesve numerati numeris Graecis unus et sexaginta [2]), Theodosiani libri VIII posteriores a VIIII ad XVI. Hiatum

[1]) De *Regensi* sive Reiensi oppido, hodie Riez (vide C. I. L vol. XII p. 19) vix poterit cogitari.

[2]) Codicis f. 440 finiens 16, 8, 22, *7 *temptaverit* extremum est quaternionis signati NΘ; itaque f. 448, in quo codex hodie finit, extremum fuit quaternionis LX.

unum maiorem in eum translatum esse ex archetypo, quaternione opinor eius uno deperdito, ostendit quod deficiunt ipso libro integro quae interposita sunt inter 16, 4, 6, 3 *reverentissimorum* et 16, 5, 15, *2 *habere;* minores quidam (ut 12, 1, 101. 13, 11, 2) utrum ex archetypo veniant an librarii culpae tribuendi sint, non liquet. Exciderunt quaternio sive ternio biniove primus, in quo rubricas perscriptas fuisse verisimile est, cum ipse liber nonus a principio integer sit; item quat. LVII folia duo extrema et quat. LVIII totus et quat. LVIIII folia duo prima, in quibus interciderunt interposita inter 16, 5, 66, *4 *faciat* et 16, 8, 1, 3 *sectam;* denique quaternionis postremi folia continentia quae legebantur post 16, 10, 12, 17 *fisco.* — Transposita sunt folia quattuor quibus continentur 12, 1, 185, 1 *impp.* ad 12, 3, 2, *2 *percipiant* hodie numerata 269. 270. 271. 272, vere sic numeranda 272. 269. 270. 271. — Paginae habent constanter versus 25 litterarum c. 28—29. — Ad titulum et rubricas quod attinet, cum codicis folia et prima et postrema perierint, desiderantur item tam inscriptio operis (nisi quod m. rec. in exordio voluminis legitur non *lex [Theo]dosiana,* ut visum est Haenelio, sed *lex Romana*) quam subscriptio. Inter libros priores quattuor a primo correctore interpositum est *Theodosiani lib. VIIII* (et sic deinceps) *expl* (vel *explic*) *inc* (vel *incip*) *lib.* X (et sic deinceps) *felic* (vel *feliciter*); ad finem tamen libri XII legitur tantummodo *expl Theodosiani XII* sequentis libri mentione praetermissa propter voluminis bipertitionem mox exponendam. In parte posteriore lib. XIII inscriptione caret; inter l. XIII et XIIII legitur: *expl. lib. XIII, inc. lib. XIIII;* inter l. XIIII et XV: *lib. XIIII expl., incip. lib. XV feliciter;* inter l. XV et XVI: *Fl* (sic) *Theod lib. XV expl., incip. lib. XVI.* — Praeterea singulis paginis in margine superiore superscriptus est numerus libri sic: LIB · VIIII et sic deinceps, quamquam haec indicatio non raro desideratur margine resecto.

Rubricae littera R praeposita numerantur in eodem margine superiore dextrorsum: R XXVIII et sic perpetuo. Plures ubi in eadem pagina concurrunt, numeri hi pariter atque in Taurinensi cernuntur alter super alterum collocati. — In textu rubricis numeri sine littera praescribuntur, per l. XIII. XIIII. XV suppleti ab emendatore, per l. XVI omissi non casu opinor, sed per hiatum antiquum numeris rubricarum archetypi a textu recedentibus. — Constitutionibus numeri adscripti sunt (vide supra p. XIII).

Liber exaratus est litteris semiuncialibus formae antiquioris, originis indicia certa nulla prae se ferens, ut tam in Italia scribi potuerit quam in Gallia. Pluribus locis (f. 23. 44. 97 cet.) quaedam in marginibus conscribillata sunt a manu posteriore litteris quas periti referunt ad tempora Merovingorum, id quod favet origini Gallice. Scriptus est a librariis duobus, scilicet libri VIIII—XII sive q. II—XXXVIIII (cuius quattuor folia ultima cum numero ΛΘ excisa sunt utpote vacua) a priore, libri XIII—XVI sive q. XL ad finem a posteriore. Litteratura parum differt, orthographica quoque fere consentiunt, nisi quod librarius prior dat. *Trev.* (sic ad 12, 12, 6), posterior *Triv.* (sic 13, 1, 8 et deinceps), uterque constanter. Librarii quamquam Graecas litteras non minus pulchre exaraverunt quam Latinas, tamen constitutionem certe 9, 45, 4 non scriptam esse ab homine Graece docto evidenter apparet. Scilicet ea aetate eaque regione, ad quas codex pertinet, librarii recte instructi utriusque linguae iustam notitiam habuisse dubium non est, neque eam Gallicae codicis origini impedimento esse vel ex huius codicis constitutione 12, 3, 11 efficitur. — Ceterum ut de patria ita de aetate codicis iudicium ambiguum est, quamquam propter orthographiam adhuc incorruptam infra saec. VI extremum descendi non potest.

V^a V^b Veniamus ad codicis emendationes et additamenta. Praeter librarium ipsum, cuius emendationes solito more ita distinximus, ut scriptura a librario deleta sit V^a, ab eodem reposita V^b eamque solam lectionem adnotatio enuntiet, quae non est in textu, retractaverunt librum librarii duo ipsis scriptoribus aetate suppares et fortasse ad eandem officinam pertinentes, quorum alter, nobis V^{2*}, in textu pauca mutavit, sed plerisque constitutionibus summaria adscripsit, alter, nobis V^2, volumen totum, maxime vero libros
V^{2*} VIIII—XII emendavit et summariis illis quaedam adiecit. — Priori illi V^{2*} Schoellio iudice tribuendae sunt in libro nono emendationes hae, quas litterarum ductus et atramenti diversitas satis certo distinguit ab altero V^2:

9, 1, 5, *1 patia V^1, patientia V^{2*} *(errore)*, spatia V^2 *(recte)*
9, 1, 10, 1 prouincia] prouinciae
9, 3, 2, 2 clautris] claustris
9, 42, 8, 3 semissem] semissis *(errore)*

Saepius et certius manus eadem reperitur in libris posterioribus:

12, 1, 142, 1 uaecillare] uacillare
12, 1, 158, 1 plurima ordines] plurimos o.
12, 1, 191, 3 cogniti] *Iust.*, cogni V^1, cognitum V^{2*}
12, 6, 26, 1 uini] binis *(errore qui redit in scholio)*
12, 10 *rubr.* fugatur] fungatur
12, 12, 1, 2 trebuo] tribuo
13, 1, 10, 6 exerdis argis] exerendis agris
13, 1, 11, 2 mercatore spectat] mercatores sp.
13, 1, 15, 2 fici] fisci
13, 3, 15, 2 libata] inlibata
13, 5, 7, 5 ius] eius
13, 5, 7, 10 stoli] cursus
13, 5, 14, *6 iogorum] iugorum
13, 5, 32, 7 nauachos ex] nauarchos et *(hoc errore)*
13, 5, 34, 1 portibus] pertubus *(errore)*
13, 6, 10, 7 chartarum] chastarum *(errore)*
13, 9, 4, 7 fructibus] fluctibus
13, 9, 6, 5 plenaria] planaria *(errore)*
13, 11, 1, *3 exitiam] exitium
13, 11, 4, 6 squalida] squaliola V^1, squaliora V^{2*} *(errore)*
13, 11, 5, 1 conque] V^1, conquesti sunt V^2 *(errore)*
14, 1, 1, 8 defenda] V^1, defendenda V^2 *(errore)*
abdito] V^2, addito V^1
15, 1, 33, 3 moenium publicorum] V^1, moenium publicarum V^2 *(errore)*

Mutationes in textum ab hoc librario inlatas esse apparet nullo exemplo adhibito, sed ex coniectura sola eaque non raro falsa.

Ab eadem manu exarata sunt summaria pleraque scripta in marginibus libri Vaticani, edita bis, primum ab Haenelio (antiqua summaria codicis Theodosiani. Lipsiae 1834 pp. XVI. 62), deinde a Carolo Manentio in ephemeride *studi Senesi* vol. 3 (1887) p. 259—288, vol. 4 (1887) p. 141—157, vol. 5 (1889) p. 203—311, tractata item ex parte a Paulo Kruegero *Zeitschrift der Savigny-Stiftung, röm. Abth.*, vol. 7 (1886) p. 138. Ad editiones eas recte aestimandas, nam scholia scripta sunt compendiis multis et litteris minutis passim evanidis factis, iussu meo Paulus Meyer accurate descripsit adiecta ad libri noni titulos 1—16 et undecimi titulum 30; priora illa iam sequuntur recognita denuo a bibliothecae Vaticanae scriptore Franchio de' Cavalieri. Scripta sunt a manibus duabus, V^{2*} et V^2, quas Meyerus diligenter distinxit, longe pleraque a manu V^{2*}, non ita multa ab altera V^2. Ubi de manu nihil adnotatur, veniunt a V^{2*}. Versuum divisionem indicavi et retinui compendia, sed soluta intra uncos. Incipiunt summaria 9, 1, 3; duae primae leges nulla habent.

9, 1, 3 [Femin]as d(icit) n(on) in omnib(us) | [causi]s publicis accusa[n]|di ha]b(er)e licentiam, sed tan|[tum] in suam suorumq(ue) iniuriam | [vindi]candam. D(icit) et(iam) scolas|[tic]os admoneri, ut n(on) te|[mer]e mulier(um) causas | suscipiant sexusque simu| . . . as ausilio *[hic finit V^{2*}: sequentia add. V^2]* tunc | [en]im pro inscrip(tio)ne | . . . . calumniam iura | . . . . nuerunt, sicut | . . . . sub cuntis *(deficiunt litterae quaedam margine laeso)*.

9, 1, 4 Promittit cuntis | habendi licentiam | proclamando, si quis ob[?]|pressus in iudicio fuerit, | ut principi denuntiar[e] | ipse de contemptore | sententiam | f(er)at in t(?)a(?)|le dicto. *Addit manus recens:* bona excretatio.

9, 1, 5 id e(st) n(on) sermone . . . . | t(ra)nsitorio accusa[re li]|ceat, sed inscr[ib][tione] | sellemniter *[sic]* cons[crib]|ta.

9, 1, 6 *quae scripsit manus V^{2*}, deleta sunt; ex iis quae supra scripsit manus V^{2}, haec agnoscuntur:* .... cae superiori | [s]imilis sub ius| .... rationum | ... ssem ...|... is accuset.

9, 1, 7 *(haec adnotatio pariter atque adscriptae ad l. 9. 10. 17. 18 Meyero visae sunt scriptae esse a V^{2*} potius quam a V^{2})* [praecip]it reos carcere reclusos int(r)a | [uni]us mensis spatium | [disc]utiendos.

9, 1, 8 *deletis iis quae scripsit manus V^{2*}, haec responsit V^{2}:* precipit | nullum ac|cusatio|ne terreri | sine inscrib¦(tio)ne.

9, 1, 9 *(in litura)* iubet nul|lum p(rae)sens¦tari *[sic]* iudicio | sine inscrib(tio)|nis p(ro)ba(tio)ne.

9, 1, 10 *(in litura)* d(icit) ibi cau|sam crimi|nis perqui|rere, ubi | facinus e(st | com)missum.

9, 1, 12 hac adserit ac|cusatus *[sic]* n(on) posse acto|rem accusare n(isi) se | p(ro)bav(er)it innocentem.

9, 1, 13 *[deleta plura]* | senatorem | [accusa]¦tum ap(ud) iudicem .... | cent.......|iudicis in ani[m]¦adversione inc....¦tus fieri, nisi imp(erator) ... | p(rae)f(ect)is intimari[t].

9, 1, 14 ..... suspectam | es ... serit n(on) | a[ccu]sare n(i)s(i) [N *codex*] | [insc]r(?)ib(tio) f(?)uerit celebrata.

9, 1, 15 quicumque accusa|re temptav(er)it, n(on) p(er) proc(uratorem)¦, sed p(er) se ipsum accuset.

9, 1, 16 *deleta scriptura manus V^{2*} sic V^{2}:* similis de¦cimae.

9, 1, 17 similis tertiae | decimae.

9, 1, 18 hic p(rae)cipit ut rei | n(on) macerentur custodia, | sed celerius a(ut) puniendos | a(ut) absolvendos.

9, 1, 19 iubet n(on) prius | quemquam fieri re¦[um] n(isi) inscrib(tio)ne cur|[re]nte examen p(ro)bauerit.

9, 2, 1 senatorem macula n(on) | foedari n(isi) p(ro)ba(tio)nis viri|b(us) fulciatur.

9, 2, 2 iubet nullum damna¦ri spectabilium accusa|torum p(er) prov(incias), sed p(ri)nci|pi de eo ref(er)re vel claris¦simorum.

9, 2, 3 p(rae)cipit nullum retru|di carceri sine (con)vic(tio)ne | et sine inscrib(tio)ne. Ea|dem actorem, si n(on) docere | valuerit pena mansurum. | Et(iam) p(rae)cipit p(rae)sente iudice spa¦tium XXX dierum accip(er)e | in ordinanda domo sua | advocati defensionem | accipiens. Par utrosq(ue), | id e(st) actorem cum reo, cus¦todia teneat.

9, 2, 4 p(rae)cipit null¦um p(rae)sen¦tari iudicio | accusatum|, n(isi) de quo iu¦dex p(rae)cep(er)it.

9, 2, 5 defensor civitatis v(el) cura¦tor v(el) magistratus reos in | custodiam n(on) mittunt, sed ac¦ta (con)fecta sub p(ro)secu(tio)ne cer¦ta cum accusatore iudi|ci demandare.

9, 2, 6 similis tertiae. | H*(rel s)*ic p(rae)cipit, ut si q(u)i accusa¦tus iuss..one i[uss]ione iudicis ad | iudicium deducitur ausilio | curialium sub *(pro* sub *eadem manus emendavit* s̄*)* (con)fessio|ne p(er)acta XXX dierum | inducias acceptas | sub diligenti custodia | mandari. Adicit et(iam), ut, | si velint, hanc humanita|tem oblatam suscip(er)e | (con)sequantur, minus ut | una cum accusatore | mandentur.

9, 3, 1 *(lectio parum certa)* [In] q(?)u(?)a(?)cumqu[e] .... | sua pulsatu(?)s(?) a(?)...|us accusa(tio)ni(?)b(?)(us) .... | statim a(ut) puniri [de]¦bet a(ut) relaxari. | D(icit) accusatorem [ab]¦sentem non macta(?)|[ri] | reos a(?) c(?)u(?)s(?)todi[bus] ...|, sed laxiorib(us) vinc[u]|lis fidelit(er) custodir[i] | usq(ue) ad tempus ex|pectatum cogni(tio)n[is].

9, 3, 2 .... nullum sine de|[li]cto carceri detruden|[du]m, n(isi) de quo manifes|[ta](tio) facta fuerit et rursus | q(ui?) custoditus fuerit | [i]t(er)um in publico p(rae)sentetur, | ut conmemora(tio) p(er)pet(r)ati | criminis in conspectu om|nium fiat.

9, 3, 3 *evanuit praeter vocabulum* [iu]risdic(tio).

9, 3, 4 iubet accusatum [nemi]|nem custodiae mancip[a]¦ri, nisi actor fuerit *(cod. corr.* fe[c]erit*)* ins¦crib(tio)nem. Similis XVIII tituli primi. *Addit manus V^{2}:* no(ta) ap(ud) vicarium ins|crip(tio)nem agi.

9, 3, 5 d(icit) commen¦tariensem | curam hab(er)e | p(er)sonarum, ut, si | elabsus fuerunt | de carcere, eun|dem reum pe¦na multari. Q(uod) si fugerit (com)|mentariensis, ipsius adiutor | subrogetur. *Addit manus recens:* de co(m)mentari¦ensi.

9, 3, 6 similis XVIII pri|mi tituli. Et(iam) hoc inse|rit, ut commentarien|sis et nomina p(er)sonarum | et crimina int(r)a XXX dies | dinumeret.

9, 3, 7 iubet | iudices, ut do|minicorum | diem reos dis|cutiat, ne eis | humanitas | denegetur. Et(iam) eos sub cus|todia lauare *(ex* lauari*)* | iubet. *Addit manus recens:* omni die do|minica reos car|cere educendos.

9, 6, 2 *manu V²:* (con)traria sup(er)iori t(itulo).

9, 7, 2 iubet nullam accusa|re mulierem n(i)s(i) (con)sangui|neus suus, id e(st) frater vel | pat(er). Et d(icit) n(on) solum (con)iugem ulcisci in ux(ore), sed et(iam) suspici|one damnare.

9, 7, 3 hic de So|domitis | loquitur.

9, 7, 4 commemorat, ut, | dum adulterii causas | perquiruntur, si domi fue|rit, familia omnis q(ue)s|(tio)nari, sive dum unus de | (con)iugibus alio a(ut) pararit | a(ut) dederit venenum.

9, 7, 5 p(ro)ibet Iudeum Cristia|n(am) coniugem accipere.

9, 7, 6 simile t(er)tiae de So|domitis. *Addit m. rec.:* Sodomitae flammis | tradantur.

9, 7, 7 p(rae)cipit in accusa(tio)ne cri|minis excep(tio)nem dotis | abe(ss)e, sed discuti diligen|ter et cognita veritate | momentum mulier do|tis accipiet accusa|(tio)ne viri (con)fusa.

9, 7, 8 si qui verbi g(r)atia a(ut) | ... uxore frat(r)is adul|t(er)io fuerit accusatus | .. erint *(ex* .. erit*)* invicem e(ss)e p(ro)xi|... e defuncto fratre in | nubtias coierint, tamq(uam) | ortensi *(sic; requiritur* confessi*)* severissime puni|endos.

9, 7, 9 quicumque accu|satus adulterio forum | mariti vitav(er)it, n(on) elu|det, sed ibi, ubi e(st) accusa|tus, auditur.

9, 9, 1 p(rae)cipit, ut mulier inge|nua seu nobilis, quae | se servis coniunxerunt, | legibus puniendas, nec | eosdem dici lib(er)os, quos | genuerunt, quibus turpi|tudo mat(er)na vel pat(er)|na dedecoris vulnus in|flixit.

(com)memorat, ut, si uter|q(ue) mortui fuerint, sint | fili a culpa lib(er)i et liceat | eis in successione pa|rentum ad heredita|tem venire. Hoc ante | stius *(= istius)* legis sanc(tio)nem; | p(ost con)stitu(tio)nem iubet oc|cidi.

9, 10, 1 quicumq(ue) docetur | in iudicio violentiam | fecisse, n(on) p(ro)voca(tio)ne | aliqua se lib(er)ari confi|dat, sed capitali sententia | puniatur.

9, 10, 2 si qui fines alie|nos ing(r)edi *(corr. ex* ingressi*)* cupiens | vim fecerit d(omi)no possidenti, | capitali sententia percella|tur.

9, 10, 3 iubet nullam *(ex* nullum*)* posidenti vio|lentiam inrogari, sed (con)|ventione iudiciaria ut(?)i(?)|, ita tamen, ut, si p(ro)bave|rit suam e(ss)e rem, unus | ex ipsis possideat, sin au|tem, actor poen(am) q(uam) reo | opponebat excipiat; | q(uod) si posessorem vi deiec|tus e(ss)e cognita, repara(tio)|nis ausilium accipiat.

9, 10, 4 *(cod.* V*)* admonet, ut si qui | servorum violentiam | possidenti fecerint, | poena e(ss)e multandos, | si inscio d(omi)no; q(uod) si p(rae)sente | d(omi)no vi metuq(ue) (com)pulsi, | d(omi)n(u)s infamiae macu|la | polluatur, servis in | metalla damnatis. | Ipsum vero iudicem | pari f(er)iri sententia, qui | p(ro)batum ap(ud) se facinus | conibi(tio)ne i(nter)posita ulcis|ci desierit.

9, 12, 2 *ad verba* nam requirere in huiusmodi facto volumus *manu V²:* alibi nec et e(st) (con)t(ra)ria su|p(er)iori.

9, 14, 1 hic de mulierib(us) lo|quitur, quae parvu|los infantes occi|dunt vel de viris.

9, 14, 2 hic ordinat, ut q(u)ic(um)|q(ue) rep(er)tus fuerit p(er) noc|tem lat(r)o in ag(r)o alieno, | ab ag(r)i d(omi)no i(nter)ficiatur, si|ve obsidionem faciens | anteq(uam) p(er) lat(r)onem p(er)imatur.

9, 14, 3 *m. rec. (eadem atque de qua diximus ad 9, 7, 6):* eadem censura voluntate(m) et effectu(m) sceleris puniri debere.

p(rae)cipit, ut hi, sive inlus|t(r)es sive sp(ectabiles) seu clarissimi | qui cum barbaris *(ex* qui barbaros*)* vel mili|tibus communicant | in innocentum p(er)di(tio)|ne (con)silium, capitali f(er)i|ri sententia, filios ab he|reditate mares ex|pelli, filiabus de bonis | mat(er)nis falcidiam tantum accip(er)e et q(u)i | nuntiau(er)it (con)silium in | ante p(er)fec(tio)ne(m) sceleris | et honore donari et | munere, qui vero tar|dius,

tantum merea¦tur absolvi. Simili m(od)o | de eorum (com)plicibus | placet. *Addit V*[2]*:* sim(ilis) infra t(itulo) XXVI ad legem Iuliam | de anbitu ʒ (= *constitutio*) I.

9, 15, 1 *a manu rec.:* parricidas insui | culleo mandat.

9, 16, 1 ordinat i(n) aruspices | p(ro)ib(er)i et si q(u)i c(um) eis societa|tem faciunt, p(ro)scribtis | in insulam deportari.

9, 16, 2 similis sup(er)iori, sed | hic addit dicens vel q(u)i eis | ministrauerit, sed hoc in|risive d(icit), ut templa (con)ducta | publica secundum ritum | p(r)istinum sacrificare.

9, 16, 3 duo hic capita p(ro)posuit, | ne a(ut) ḥ (= contra) hominum salutem | aliquid moliantur a(ut) cas¦tas religione ingenua homi¦num mentes ad adulterii | p(?)o(?)l(?)-l(?)u(tio)nem invitas adducant.

9, 16, 4 similis sup(er)iori, sed | hic addidit *(corr. ex* additit*)* omnem pa¦ganorum sacerdotii ritum.

9, 16, 5 similis sup(er)iori. hoc ad¦dit de his qui necromanti|am faciunt.

9, 16, 6 hic ad senatum vel his | qui honore potiti s(unt) loqui|tur, ut si q(u)i eorum n(on) tantum|m(od)o magus, sed mago amicus | de re pub(lica) negans sibimet | ipsi p(er)di(tio)nis artem securus | abscedat. Q(uod) si cognitus fue¦rit, p(ro)scribtis omnib(us) bonis | suis cruciamentis ap¦tatus aeculeo suspensus | pena m(?)ulcetur.

9, 16, 7 in hac p(rae)¦cipit nocturna | sacrificia p(ro)hib(er)i. Simi|lis super|iori.

9, 16, 8 hic de m[alefi]cis [ni . . . cis *codex deficientibus inter* m *et* c *litteris tribus*] p(rae)-cipit | a quo(?)gmin . . . *[fortasse* a quoque minime*]* | (con)suleri.

9, 16, 9 hoc iubet aruspi|cin(am) in p(er)di(tio)ne humana n(on) | fieri. Similis e(st) tertiae.

9, 16, 10 admonet, ut, si qui male|ficus repertus sive infra *(sic)* | urbem sive ext(r)a urbem or|dini senatorio infensus urba|nae p(rae)fecturae p(rae)sentatus *(corr. vid.* praesentat(ur)us *vel* praesentatur*)* | severum de eo fiat examen.

9, 16, 11 ordinavit, ut q(ui)cum|q(ue) audierit viderit ma¦leficum, publicet plane. | Iterum admonetur, si quis | et(?) . . . licorum visum a(ut) au|ditum celaverit, ulti¦mum vitae suplicium non evadat.

9, 16, 12 hoc addidit, ut ante cecum | geniu(m) *(sic)* repertos mate|maticos *(ex* -cus*)* a(ut) suos incendant | p(er)di(tio)¦nis codices a(ut) episc(opo) t(r)a|dant, si cupiunt vivere. Q(uod) si | (con)tempserint, pulsati n(on) solum de urbe, verum de | omnibus civitatibus . .|p . . deporta(tio)nis man|cipentur exilio.

Scholiorum ad l. 11 tit. 30 adscriptorum, quae item descripta accepi a Meyero, sequitur varia lectio exemplaris eius collati cum Manentiano. Apparet inde editorem Italum non solum longe diligentius operam difficilem perfecisse quam fecit Haenelius, sed etiam in summa re editione eius recte uti posse qui in studia haec inquirunt; errores enim ab eo commissi non multi sunt et raro graves.

11, 30, 3, 3 *ed. Manentianae* debeat] debere *Meyer.*
11, 30, 6, 2 ei *om. Meyer.*
4 appellatio] appellationem *(sic) Meyer cum Haenelio.*
11, 30, 8, 2 intra] infra (t *supra*) *Meyer.*
11, 30, 10, 2 mensium] menses *Meyer.*
2 concedi] con . . . *Meyer.*
5 statim] *non adest: Meyer.*
11, 30, 11 possunt] ꝑ *Meyer.*
certa] causarum *Meyer.*
11, 30, 13, 2 eas *om. Meyer.*
11, 30, 14 debitorem] debitores *Meyer.*
11, 30, 15, 4 unocuique extremitati *corr. ex* unicuique pro extremitati *Meyer.*
11, 30, 18 privato] priuatis *ex* privatos *Meyer.*
11, 30, 19, 1 duos] duo *Meyer.*
11, 30, 24, 1 sed . . . .] sed hoc interest *Meyer.*
11, 30, 34, 1 idem] idē (= id est *puto*) *Meyer.*
11, 30, 41 adpellandum ad pf urb *corr. ex* adpellatum *Meyer.*

11, 30, 47, 3 eos *om. Meyer.*
11, 30, 49, 1 praecepit quam] praecipit quod *Meyer.*
2 quam] quod *Meyer.*
11, 30, 50, 1 mulctari] multari *Meyer.*
11, 30, 51, 1 necessaria causa] *corr. ex* necessariam causam *Meyer.*
11, 30, 52, 1 non] n̄ṽ *Meyer.*
11, 30, 62, 3 appellatio *om. Meyer.*
11, 30, 63, 5 intra *om. (sic) Meyer.*
11, 30, 64, 1 ab infirmitate] a(ut) infirmitate *Meyer.*
11, 30, 65, 3 intra menses duos] in menses duo *Meyer.*
11, 30, 66, 2 transationem] transactionem *Meyer.*
3 annum] *ex* binnum *Meyer.*
11, 30, 67, 2 ut praefecti] ū (= uel) praefecti *Meyer.*
11, 30, 68, 1 praecepit] praecipit *Meyer.*

Scholia haec (demptis iis quae proficiscuntur a V^2 infra seorsum tractata) in forma litterarum non magnopere recedunt ab iis quibus textus exaratus est. Notae cum alienae sint a constitutionum textu, in his abundant (composuit ea Manentius in fine editionis tabula II), sunt autem praeter legitimas, ut *p̄ū, c̄r̄p̄* hic quoque usitatas vulgares aetatis labentis, ut p = *per*, ꝓ = *pro*, p̄ = *prae*, ā = *aut*, ū modo = *vel* modo = *ut*, ɔ = *com*, *tio* una contignatione repraesentatum, ēē = *esse*, s̄s̄ = *supra scriptus* et sic deinceps. — Orthographia eadem est quam exhibet codicis textus, nisi quod uno loco 9, 2, 6 in scholiis male legitur *induciae*, cum praeterea librarii hi *c* et *t* recte distinguant. — Omnino ad eandem officinam redire videntur tam liber ipse quam scholia haec, scilicet ut litteratura in illo sit legitima librorum legum, in his eius aetatis vulgaris. — Ipsorum scholiorum quae sit sermonis infantia et rerum ignorantia, ex specimine supra proposito abunde intellegetur. Casus et numeri et modi et genera vocabulorum scriptori quodammodo pro nihilo sunt, soloecismi tot fere quot sunt verba. Subieci exempla pauca ex multis

infra *pro* intra 11, 30, 1 *et passim*
infurcari = *strangulari* 10, 10, 2
extediare 10, 10, 15
delare = *deferre* 10, 10, 4: iubet nullum occulte res innocentum nec publice nec absconse delare.

Sententiae omnes sunt perturbatae et confusae, adeoque passim non perscriptae, ut supra 9, 16, 2 et 9, 16, 4 et 10, 1, 4: *similis primae, ut neque privatus fiscum neque fiscus a privato vexari* et haec 10, 3, 6: *compescit rei p(ublicae) palatinos hisdem prediis esse conductores, id est ut neque per se neque per interpositam personam.* Vitiosa quamquam ex parte ad librarium redeunt (monstra vocabulorum, qualia adsunt 9, 7, 8 et 9, 16, 12, erroresque, qualis est 12, 1, 46 *ẹacerdotio* [sic; punctum addidit manus eadem] pro *sacerdotio* de autographo auctoris quominus cogitemus vetant), pleraque certe sic dedit ipse auctor. — Ad argumentum scholiorum quod attinet, tamquam fundamentum habent comparationem constitutionum diversarum et adnotationem similium et contrariarum, talem fere, ut in scholiis V^2 infra tractatis cernitur ad principium libri undecimi. Exempli causa ad 11, 30, 46 adscriptum est: *XLV* [sic] *similis IIII et X, sed hic iubet int(r)a p(ro)v(inciam) int(r)a XX die c(ausa)m cognoscere;* ad 11, 30, 47: *XLVII similis IIII et XXX* [sic, non *XX*]. *In s(upra)s(cripta) iusserat nullum litigatorum venire, hic addidit, u(t), si int(r)a annum r(es)ponsum litigator(es) non accep(er)int, deb(er)e int(r)a annum collectis gestis vel omnib(us) documentis ad com(itatum) venire.* Ad eius generis indicationes accedunt legum summaria inscite facta neque aliena hic illic ab interpolatione; certe 11, 30, 14 (vide adn.) numerum dierum mala fide librarius inseruit. Quomodo constitutiones male mulcarit, demonstrabo adscripto exemplo uno 16, 5, 40.

Summarium:	*Textus 16, 5, 40:*
	. . . .
Haec adversus Frygas Manicheos Priscyllianistas proposita est	Manichaeos vel Frygas sive Priscillianistas ... persequimur
	. . . .

Summarium:	*Textus 16, 5, 40:*
ut eos repertos tamquam sacrilegos iudicet, id est publici criminis reos	volumus esse publicum crimen
	. . . .
bonis eorum proscribtis	quos bonorum etiam publicatione prosequimur
sic tamen, ut illorum parentes successionis habeant facultatem, patribus fratribus filiis	quae tamen cedere iubemus proximis quibusque personis, ita ut ascendentium vel descendentium vel venientium ex latere cognatorum usque ad secundum gradum velut in successionibus ordo servetur
	. . . .
sane si cum ipsis et ipsi non commisceantur	si non et ipsi pari conscientia polluuntur
illis nec donare nec donari nec succedere licere neque contrahendi habere licentiam	ipsos quoque volumus amoveri ab omni liberalitate et successione . . . non donandi . . . non postremo contrahendi cuique . . . relinquimus facultatem
	. . . .
testamentumque inritum sit	suprema illius scribtura irrita sit sive testamento
	. . . .
gradus iuris dinumeratos *(corr. ex* den-*)*	hoc quoque casu eadem illa circa gradus superius conprehendos condicione servata
	. . . .
sic tamen filios succedere, si penitentiam egerint	nec filios heredes exsistere . . . permittimus, nisi a paterna pravitate discesserint; delicti enim veniam paenitentibus damus
Servos, si conscii non sunt, extra culpam esse, si poenituerint *[sic]*	Servos etiam extra noxam esse volumus, si . . . . ad ecclesiam catholicam . . . . transierint
hos dominis praeferendos. Quod si servus sciente domino et non proibente contraxit, fisco sociandum	Praeferri *(sic Vat. corrupte)* huiusmodi hominum coetus domino sciente . . . . nec prohibente contraxit, patrimonio nostro societur
	. . . .
actorem vero vel procuratorem plumbum *(corr. ex* plumbo*)* debere contundere	actor vel procurator possessionis cohercitus plumbo
	. . . .
idoneum actorem deportatio suscipiat	conductor, si idoneus est, deportabitur
Iudicem despicientem vel differentem XX librarum auri feriendum	rector provinciae si haec crimina . . . distrelerit aut . . . . neglexerit, sciat se multa XX librarum auri feriendum
Defensores singulas *(sic)* officia decem librae constringant	Defensores . . et principales urbium singularum nec non et officia provincialia decem librarum auri poena constringat
	. . . .

Nihilo minus probabile est scholia haec scripta esse stante aliquatenus re publica Romana. Imperator, qui ita raro appellatur (10, 10, 12. 14), plerumque *princeps* dictus sine dubio Augustus est; dominationis regum Germanorum nusquam vestigium repperi, nam ex eo quod *domus nostra* constitutionum passim appellatur *domus regia* (9, 30, 2 — 12, 1, 114 — 12, 6, 14 — 13, 1, 5. 8. 24 — 16, 5, 52. 54; similiter 12, 6, 16 — 16, 5, 21) nequaquam id recte efficietur. Multis locis videmus auctorem rei publicae Romanae aetatis labentis terminis uti ibi quoque, ubi discedit a constitutionum verbis. Ita nominantur 9, 14, 3 *inlustres, spectabiles, clarissimi,* 9, 2, 2 *spectabiles* et *clarissimi;* 9, 1, 3, et alibi *scholastici,* item 11, 31, 9, ubi additur *id est patronus causae; reiprivatiani* 10, 1, 2, *privatiani* 10, 1, 8; *magistriani*

16, 8, 10 qui in textu sunt *agentes in rebus*. Contra 10, 3, 6 *rei p(ublicae) palatini* et 10, 10, 7 *palatini rei p(ublicae)* corruptelae sunt derivatae sine dubio ex compendio *com. r. p.* a librario inlatae exemplari parum intellecto. — Utrum in urbe Roma adnotationes factae sint an alicubi in provincia, definiri non potest. Illud Haenelius sibi visus est efficere ex scholiis 12, 1, 4 — 13, 3, 4 — 13, 5, 4, quae propterea suis locis adscripsimus; mihi e contrario probabilius videtur auctorem fuisse provincialem. Nam 'haec urbs' in tertio loco vix Roma est et in primo secundoque explicantur diversae condiciones urbanorum Romanorum et provincialium.

Sed nobis Theodosianum edentibus quae prima quaestio est, num ex scholiis huius ordinis aliquid proficiat ipsarum legum textus, eam negamus. Scilicet scholia haec qui dictavit, non habuit nisi textum eum quem tenemus, non dico ipsum, nam, ut supra dixi, eum scholiastae autographum esse vel eo dictante conscriptum corruptelarum indicia non admittunt, sed textum archetypi proximi similiter mendosum. Argumenta haec sunt.

1. In libro XVI, qui in Vaticano descriptus est ex archetypo mutilo omissis constitutionibus 16, 4, 7 ad 16, 5, 16 (p. XLVI), summariorum auctor titulos et constitutiones numeravit ad numeros per hiatum eum effectos, exempli causa constitutio vere 16, 5, 17 ipsi est tituli quarti constitutio octava et sic deinceps.
2. Constitutio 12, 1, 54 errore librarii Vaticani in transitu a pagina ad paginam cum bis scripta sit, inde adlegationes in summariis ita affectae sunt, ut ea plerumque bis numeretur.
3. Corruptelae codicis Vaticani quatenus perveniunt ad scholia nostra, in iis redeunt omnes. Ita 10, 1, 6 vocabula quaedam male adscripta ex 10, 1, 7 et recte deleta a V^2 similiter adsunt in scholio. Ita 14, 3, 3 ex lectione Vaticani *contrastu* pro *contractu* in scholiis effectum est monstrum vocabuli *stupariis*. Denique ut supra vidimus mutationes paucas, quas manus V^{2*} in textum intulit, iusta auctoritate carere, ita nullum locum inveni, qui per scholia ab eadem manu scripta probabiliter expleretur vel emendaretur. Habuit omnino is qui scholia scripsit, exemplar a Vaticano diversum, sed ni fallor ipsum Vaticani archetypum propositum librariis iis qui textum scripserunt itaque a scholiorum scriptore adhibitum ad ea conscribenda, non adhibitum ad textum emendandum.

Ob eam causam, quod ad Theodosiani textum utilia nulla suppeditant, abstinui a recipiendis scholiis his integris in hanc editionem. Octo priores eius libros nusquam in iis adlegantur neque alia habent propria (nam vix numeranda sunt commata quaedam a constitutionibus aliena, ut 12, 1, 1: *hic etiam, qualiter gesta debeant confici apud municipes* et 12, 1, 4: *peractos spectabiles fieri* et 12, 1, 181: *item curiales et collegiatum revocandos et ut apparitorem iudex profugum persequatur*) exceptis locis duobus 9, 23, 1 et 9, 35, 2. Prior ita legitur in codice ab Huelseno examinato diligenter:

Summarium:		*Textus 9, 23, 1:*
Duas res praecipit		
ut neque poecunias vendendi c(ausa) in alienis ab aliquo conflentur prouoe *[sic]*		quicumque vel conflare pecunias vel ad diversa vendendi causa transferre detegitur . . . .
et ut sit custodia itinerum vel litorum		litoraque . . . . et itineris transitus statuimus custodiri . . . .
ut nulli viatori liceat amplius a mille follibus portare		nec vero aliquis negotiatorum plus mille follibus . . . . portare debebit . . . .
neque centenales nummos vel maiorinas	II	cuncta . . . mercabuntur praeter pecunias . . . maiorinas vel centenionales communes . . .
quod si qui inventus fuerit confiscatis rebus eius capite puniatur	I	si quis forsitan nummus praeter eum qui in usu publico perseverat apud aliquem mercatorem fuerit inventus, fisci dominio

cum omnibus delinquentis facultatibus vindicetur
. . . .

Altero capite naves iubet pro commercio tantum entecae portare pecunias, aliae vero, quae plus ab entecis hebeant (= evehant), proibeantur. Haec lex a Papiani res(ponsis) descendit.

Veram lectionem *res(ponsis)* primus recte intellexit Fittingius (*Zeitschrift für Rechtsgeschichte* 10 [1872] p. 330; nota ꝶ = *res* passim ab hoc librario usurpatur). Ad extrema respicit glossa adscripta ad 9, 42, 7: *enthicis] pecunia ad commercium data* (redit id in scholiis ad 9, 23, 1, item inter glossas Aynardi cod. Mettensis saec. XI apud Goetzium gloss. vol. 5 p. 619, 31). Ipsa ordinatio naves eas, scilicet quae ad praedia maritima pertinerent, aliquando prohibitas esse ab evehendis pecuniis eatenus, ut ad praediorum enthecam solam comparandam id iis liceret, non videtur abhorrere ab institutis Romanorum, quamquam aliunde eam testatam non habemus. Enthecae meminit Papinianus in libro responsorum septimo (Dig. 33, 7, 2, 1): *dotes praediorum, quae Graeco vocabulo ἐνθῆκαι appellantur, cum non instructa legantur, legatario non praestantur.*

Alter locus hic est adscriptus 9, 35, 2 ad verba *debitores vero et quos allectos aut susceptores memorant* et ipse descriptus mihi ab Huelseno:

debitores allectos: allecti legonte (= λέγονται?) senatores ex populis electi. Antiquis in temporibus duo fuerunt genera senatorum, unum quod ex patriciis descendit et alterum quod ex populis eligebatur.

V^2 V^2 qui nobis appellatur librarius utitur litteris, quae Schoellio visae sunt esse hominis Graeci, diversis a litteratura codicis ipsius scholiorumque marginalium eorum, de quibus modo diximus, sic:

V^1 et V^{2*}: d F ꞇ m N r ſ
V^2: ꝺ F ꞇ m N vel ꝴ R S (raro ſ)

Huelsenus Schoellii iudicium confirmat addens in litteris praesertim *g* et *n* duas scripturas evidenter differre et speciem prae se ferre V^2 litteraturae antiquioris, vere duas manus esse hominum aequalium. Solmsensis liber, quem infra videbimus ex Vaticano descriptum esse saec. IX/X, uno certe loco 9, 1, 5, *1 cum V^2 consentit, quamquam alibi eas emendationes neglexit. Veniunt ab emendatore hoc ea quae sequuntur.

1. Per libros quattuor IX. X. XI. XII duobus locis 9, 12, 2, *1 et 11, 29, 1, 2 ipsa scholia adlegant lectionem diversam, scilicet illo loco cum sit in Vaticano *nam*, in Taurinensi et breviario *nec*, hic adnotatur a V^2: *alibi nec*, hoc cum in *V* sit *debes*, adscribunt *alibi non debes.* Praeterea passim reperiuntur emendationes ab hac manu profectae sine dubio sumptae ex exemplari pleniore et meliore (9, 1, 5, *1 — 9, 38, 4, 3/4 — 9, 42, 2, 2 — 9, 42, 9, *8 — 9, 42, 20, 2 — 10, 3, 2, 3 — 10, 8, 4, 1/2 — 10, 9, 1, 2/3 — 10, 10, 28, 5 — 10, 10, 30, 16/7 — 10, 19, 11, 3 — 11, 5, 4, 1/2 — 11, 14, 1, 11 — 11, 26, 1, 3 — 11, 29, 6, 4/5 — 12, 1, 5, 4 — 12, 1, 10, 4 — 12, 1, 38, 7 — 12, 1, 38, *2 — 12, 1, 116, 3 [?] — 12, 1, 155, 2 — 12, 1, 183, 3 [?]). Non desunt tamen in iisdem libris loci ab hac manu male mutati:

9, 38, 6, *2 gemere] temere V^1, timere V^2
11, 36, 1, 8 qui] V^1 *N al.*, quae V^2 *O al.*
11, 36, 19, 2 sancimus] V^1 *Iust.*, sancimus ut V^2
12, 1, 19, 6/7 curialibus uinculis] V^1 *brev.*, curialibus ut uinculis V^2
12, 1, 36, 3 cum ... pactione] V^1 *Iust.*, sub ... pactione V^2
12, 1, 133, 2 singularum] V^1, singulorum V^2
12, 1, 147, 4 homines] hemines V^1, eminens V^2.

2. In libri XII parte posteriore itemque in libris XIII. XIIII. XV. XVI quamquam eadem manus item comparet (13, 1, 6, 6 — 13, 1, 12, 2 — 13, 3, 1, 2 — 13, 4, 2, 3/4 — 13, 4, 3, 7 — 13, 4, 4, 11 — 13, 5, 2, 4 errans — 13, 5, 6, *1 — 13, 11, 4, 2 — 14, 1, 2, 2 — 16, 2, 40, 5), mutationes hae omnes cum etiam sine exemplo fieri potuerint, probabile est exemplum, quo emendator usus est, in libro XII defecisse.

3. Ab eodem emendatore videntur proficisci tam numeratio quaternionum Graecis litteris per octo libros omnes pergens quam numeri rubricis adiecti cum per totum codicem in margine superiore tum in textu per l. XIII. XIIII. XV; quod deficit in XVI, ostendit, ut supra (p. XLVI) adnotavimus, scriptori copiam non fuisse libri XVI integri. Item quod adscribitur 9, 45, 4 p. 521 ubi incipiunt Graeca το προσταγμα et notae adiectae ad 10, 10, 12 — 10, 12, 2 ⲱ̂ (= *ὡραῖον*) et 10, 8, 5 fin. ⲱ̂N ⲱ̂N (= *ὡραῖον notabile?*) ab hac manu crediderim profecta esse.

4. Scholia emendator *V*[2] adiecit ad libri XI titulos XXVIIII priores, qui nulla habent a primo scriptore adscripta; praeterea hic illic scholiis prioribus quaedam interposuit. Ea tempore posteriora esse scholiis iis, de quibus antea diximus, inde intellegitur, quod quibusdam locis (9, 1, 3 — 10, 10, 34 — 11, 30, 14) quae *V*[2] scripsit continuant scripta a *V*[2*]. Idem inde confirmatur, quod 9, 1, 5 lectio *V*[1] *patia* male correcta a *V*[2*] in *patientia* deinde recte emendatur in *spatia* a *V*[2]. Haec ex parte certe proficisci ex eodem exemplari, a quo veniunt emendationes verae ad libros priores adscriptae, inde intellegitur, quod auctor eorum certe adhibuit Theodosianum integrum, nam duobus locis (ad 11, 14, 1 et 11, 29, 1) laudavit eius librum primum, tertio (ad 12, 16, 1) librum quartum; item copia ei fuit novellarum Theodosianarum (ad 11, 30, 42). Quam ob rem utile visum est componere hoc loco si non omnia, certe pleraque ab hac manu profecta; collectis a Manentio vol. 5 p. 346 nos alia addidimus nobiscum communicata ab Huelseno et Meyero, praetermissis iis quae supra (p. XLVII seq.) edidimus cum specimine scholiorum anteriorum.

9, 19, 1 N̊ de tabellione
9, 42, 8 N̊ bensem [= *bessem*] octo uncias esse
10, 10, 34 ut omnis pars a competitore vindicet (*quae praecedunt* cubicularios .... generaliter iussit *scripta sunt a manu V*[2*])
11, 1, 29 ñ | sim̄ eodem lib̄ t̊ V § I
11, 1, 37 ñ de speciali bene|ficio, utrum genera|litati derogetur
11, 5, 1 si aliquid amplius fuerit | exactum, futurae in|dic(tio)ni prodesse: habet hoc | lib̄ sim̄ t̊ I § XXVIIII
11, 7, 1 sim̄ lib. XII t̊ I § CXVII | sim̄ hoc corpore et | t̊ § XXI, t̊ VII sequen|ti § I
11, 7, 2 sim̄ lib. XII § CLXXXI (*sic; intellegitur* 12, 1, 186)
11, 7, 3 ñ de debitore n(on) mit|tendo in custodiam: | sim̄ § VII
11, 7, 4 sim̄ t̊ VIIII § II
11, 7, 7 ñ de debitore pig|nerando
11, 7, 19 ñ de poena | plus exigen|tium
11, 12, 3 sim̄ hoc lib̄ t̊ XIII
11, 14, 1 sim̄ lib̄ I t̄ /////
11, 16, 14 ñ de excusa(tio)ne | eorum, q(u)i in pala(tio) | militant
11, 16, 15 ñ quae̅ sint sor|dida munera u(el) | qui excusent(ur)
11, 26, 2 sim̄ lib̄ XII t̊ VI § XXVI
11, 29, 1 sim̄ lib I t̊ XXIIII § I
ad verba nostram debes consulere maiestatem] alibi | n(on) debes
11, 29, 2 ñ sim̄ t̊ [se]quenti § V
11, 30, 5 superiori t̊ sim̄ | § II
11, 30, 13 *ad verba* cui nostram vicem commisimus] ñ de vice sacra
11, 30, 14 *ad verba* intra dies complendis sollemnitatibus praestitutos] id est int(r)a XX dies
11, 30, 40 *ad verba* vel vocem ... provocationis] ñ sola vo|ce appel|lari
11, 30, 42 *ad adnotationem m. 2*:* superfluam app(ellationem) iudicum suscip(er)e *addit haec:* no(ta) quod dicit 'ne reliqum ne|gotium audiret' quasi dat | intellegi p(ost) iam coeptum | negotium p(os)se appella|ri, quod novella Valentiniani | dicit .... t(i)(tulo) de fori p(rae)scrip|(tio)ne a(ut) i(nter)locu(tio)ne appellari |

potest. *Intellegi vidit Haenelius novellam Theodosii titulo 7* de amota militantibus fori praescriptione *const. 4, 8.*

11, 30, 66 ñ *(plura non sunt scripta)*
11, 34, 2 *ad verba* vicariorum sententiae] ñ de sententia | vicarii
12, 1, 10 *ad verba* curiae suae] ñ | de curiali | militante
12, 1, 26 *ad verba* ex perfectissimis honorariis] ñ de filiis | doctor'
12, 1, 31 *ad verba* necdum inpleto quinquennio] ñ | (con)t(r)a supra | § XXII
12, 16, 1 multae lec(tio)nes ad hunc | titulum p(er)tinentes ia|cent lib IIII tit. de vecti|galibus et commissis
13, 1, 18 ñ de fenera|toribus
13, 5, 12 fin. nota ubi debeat muli|er (con)veniri.

Vrec. Manu saec. IX vel X scripta litteris subrubris in libris VIIII et X solis obvia reicienda sunt omnia utpote profecta ex coniectura plerumque male facta:

9, 1, 8, 2 criminali] criminalis *Vrec.*
9, 17, 6, 6 tibi] sibi *Vrec.*
9, 40, 16, 4 synoditas] cynobitas *Vrec.*
9, 40, 18, 1 noxa] *V*[1] *brev.*, noxia *Vrec.*
9, 43, 1, 2 papiniani] papiriani *Vrec.*
9, 45, 4 p. 524, 2 episcoporum] episcopum *Vrec.*
10, 1, 10, 2 esse] sese *Vrec. Iust.*
10, 1, 14, 5 pecuniae] *Vrec.*, percuriae *V*[1], percuniae *V*[2].

Argumenta quoque aliaque hic illic adscripsit eadem manus:

9, 3, 5 de commentariensi
9, 18, 1 de plagiariis
9, 19, 6 extra civitatem sepeliantur corpora *(repetuntur in margine)*
9, 21, 4 paracaractas falsos monetarios
9, 24, 1 gravissimum iudicium de raptu
9, 40, 13 damnatorum poenam in dies XXX differri praecipitur *(similia ibidem habent scholia)*

Plura eius generis composuit Manentius l. c. p. 366 ad locos 9, 3, 7 — 9, 7, 6 — 9, 15, 1 — 9, 17, 2 — 9, 35, 3 — 9, 45, 3 — 10, 1, 11 — 10, 1, 17, quae repetere supervacaneum visum est. — Denique eadem manus vocabula quaedam rariora in margine repetit, ut 10, 1, 17 *hyrenarcho* et *optione.*

Corrector postremus saec. XVI Tilius est opinor, usus plerumque minio, raro (ut 12, 1, 164) atramento. Is quae correxit, redeunt fere in editione neque a nobis nisi per exceptionem afferuntur ex codice.

Contulerunt codicem post primum editorem Tilium, qui eum accurate expressit, et ipse Haenelius et iussu eius Theodorus Heysius, deinde iussu academiae nostrae Rudolfus Schoell (l. VIIII—XV) et Paulus Krueger (l. XVI). Ego libri IX adhibui exemplum photographicum; praeterea huius editionis plagulas ad ipsum codicem recognovit supra laudatus Franchius de' Cavalieri. Editio huius codicis etiam orthographiam et compendia accurate repraesentat aut in textu aut in apparatu. In difficilibus quaestionibus, quas scholiorum lectio et iudicatio proponebat, sagaci consilio adiuvit me amicus Huelsen.

De codice Vaticano quae exposuimus ut comprehendamus, scripserunt eum librarii duo, emendarunt et scholia adscripserunt duo sive iidem sive alii *V*[2*] et *V*[2] aetate omnes ni fallor eadem. Emendator *V*[2*] ut tempore alterum antecedit, ita re inferior est, nam eius emendationes aut facillimae sunt aut falsae et factae omnino sine exemplo; scholia autem ab eo profecta quamquam uno loco adlegant Papiniani responsa, praeterea tota sumpta sunt ex ipsis constitutionibus pessime mulcatis. Contra emendator secundus *V*[2] ad libros priores usus exemplo diverso aliquoties textum recte emendat. Scholia quoque ea certe, quae adscripsit et alibi et praesertim ad libri undecimi titulos triginta primos, quorum margines adnotator prior nescio quam ob causam vacuos reliquit, meliora sunt et talia fere, qualia in archetypo (fortasse utrique adnotatori communi) videntur adfuisse.

In scholiis his melioribus, etsi et ipsa nihil habent nisi brevia argumenta et remissiones ad alias constitutiones sive similes sive contrarias, aliquoties laudantur Theodosiani libri primus et quartus et novellae ad Theodosianum adiunctae, cum adnotator prior non laudet nisi libros eos, quos continet volumen ipsum. Quam ob rem a posteriore emendatore profecta scholia supra exhibui, eorum quae prior dedit specimen tantummodo.

Solmsianus

Solmsianus liber saec. IX/X, custoditus hodie apud comites Solms-Baruth in castello Klitschdorf prope oppidum Bunzlau (videtur in bibliothecam eam venisse cum libris parochi vici Gross-Walditz prope Loewenberg Davidis Gabrielis Seidel emptis a. 1794 a comite Iohanne Christiano Solms) continet f. 3—20 excerptas ex Theodosiani libris octo posterioribus constitutiones has:

9, 1, 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10 — 2, 3 — 3, 3. 4 — 5, 1 — 6, 1 — 7, 2 — 10, 1 — 11, 1 — 12, 1 — 13, 1 — 14, 1 — 15, 1 (exsecta ex parte) — 16, 1 (item) — 19, 1 (? item) (deficiunt folia aliquot)
10, 14, 1 (*inde a* 2 ne donatum) — 18, 1 — 21, 1
11, 11, 1 — 26, 1 — 27, 1 — 30, 10. 17. 33. 34 — 36, 1 — 38, 1 — 39, 1
12, 3, 1 — 16, 1
13, 3, 1 — 11, 1
15, 8, 1. 2 — 9, 1 — 11, 1 — 12, 1
16, 2, 31. 34. 38. 47.
14 (post librum 16), 4, 1 — 5, 1 — 12, 1 — 15, 1. 5 — 17, 1. 2 — 20, 1

Inscriptione et subscriptione liber caret; rubricae solent adesse. — Singulis constitutionibus inscriptiones praemittuntur passim breviatae; subscriptiones absunt. — Orthographia paucissimis mutatis (ut permutantur *c t* litterae ante *i*) ad optimae aetatis archetypum fideliter expressa est. Praeterea quae volumen contineat (praecedit Isidori l. V, sequuntur leges Salica aliaeque Germanicae) exposuerunt Max Conrat (*Zeitschrift der Savigny-Stiftung, röm. Abth.* vol. 9 a. 1888 p. 389—392) et Carolus Lehmann (MG. leg. tom. V, 1 a. 1888 p. 13). Contulimus Zeumer et ego. — Excerpta haec mihi constat proficisci ex ipso codice Vaticano. Eum enim ita sequuntur, ut ubi ab eo discedunt, id quod raro evenit, errent repetantque quae in illo inveniuntur corrupta (15, 8, 2, 14 *poena pancipentur* pro *poenae mancipentur* cet.) adeoque omissa 15, 8, 1 *habent fa[cultatem nisi aut hii qui ecclesias]tici* inde explicentur, quod quae desunt in Vaticano versum unum implent a descriptore praetermissum. Hoc unum adnotatione dignum est aliquoties, sicut supra (p. LIV) vidimus, Solmsianum consentire cum lectione codicis emendata (*V*[2]), quamquam plerumque sequitur primitivam:

9, 1, 1, 7 causa et] *V*[2], causae *V*[1] *S*
9, 1, 3, 1 cum ius] *V*[2], cum (*om.* ius) *V*[1] *S*
9, 1, 8, 2 criminalis] *V m. saec. IX*, criminali *V*[1] *S*
11, 38 rubr. qui bis] *V*[2], quibus *V*[1] *S*
13, 11, 1 exitium] *V*[2*], exitiam *V*[1], exiuam *S*

Quapropter codicis lectiones paucis exceptis, quae facerent ad archetypi emendationem diiudicandam, omnes suppressi.

Halberstadiensis

Halberstadiensis gymnasii bibliotheca quae servat Theodosiani folia duo ter scripta (egit de iis diligentissime Schum *Zeitschrift der Savigny-Stiftung, röm. Abth.* vol. 9 a. 1888 p. 365—375 adiecto scripturae specimine) inventa sunt a glutinatore adhibita ad formandum codicem n. 22 saec. XIV. — Continet prius locum 12, 1, 179, *3 *societate* usque ad 182, 2 *[uni]versis functionibus [per ordinem propriae,* posterius 14, 3, 22, 3 *victus perpetuis* ad 14, 4, 2, 13 *in specie distra.* — Pagina habet versus 28 litterarum c. 32—40. — Erasae scripturae prioris passim hiantis apographum plenum perficere non potuit Schumius et in locis indicatis ea tantum fida sunt, quae adiecto vocabulo ex Halberstadiensi adferuntur admodum pauca. — De rubrica 14, 4 non constat. — Constitutionibus numeri adscripti fuerunt, in his ante nostram 12, 1, 181 CLXXXII, ut ante eam aliquo loco constitutio una in Vaticano excidisse videatur. — Notabile est Theodosiani scripturam locum cessisse alteri et ipsi antiquissimae pertinenti ad librum aliquem ignotum, cuius in margine lau-

dantur Institutiones Iustiniani sic: . . . . *di de duobus noceat ex duobus reis promettendi alius in diem* . . . . *obligari potest. Inst. lib. III t. XVI kap. CCCLXXXIII* (= Inst. 3, 16, 2). Capita haec Max. Conrat ad Iulianum pertinere existimat *(Quellen* I p. 58 not. 6*)* propterea quod alibi institutiones ad capita non adlegentur; sed ea coniectura mihi non probatur. Ipsa res significare videtur codicem scriptum esse in regione aliqua, quae antea usa Theodosiano deinde ius Iustinianum adoptarit. Similiter corpus Romae formatum gromaticum in recensione antiquiore Theodosiana excerpta sola exhibet, in recentiore praeterea Iustiniana.

W Taurinensis bibliothecae publicae folia tria et codicis Vaticani 5766 folia undecim (= Haenel I) partem faciunt codicis collationum Cassiani (opp. 1 p. XXX Petschenig) scripti saec. VIII[1]) origine Bobiensis (recensetur in inventario a. 1461 sub n. 44 sic: 'collationum patrum prima pars videlicet collatio VIII: deficiunt prime VI' [immo, ut observat Patetta, 'collationes VIII: deficiunt prime II']). Is magna ex parte exaratus est in membranis deleticiis, fragmentorum iuris civilis Vaticanorum, legis Romanae Burgundionum, denique, ut diximus, Theodosiani. Vaticanorum foliorum variam lectionem diligenter enotatam publici iuris fecit Maius (iuris civ. anteiust. reliquiae. Romae 1823 pp. 23—104), Taurinensium brevem notitiam dedit Peyron una cum notitia codicis Bobiensis alterius, de quo supra p. XXXIX rettulimus. Nos illis utimur diligentissime descriptis a Kruegero; Taurinensia, quae post Peyronum diu latuerunt adeoque credebantur deperdita, nuper accurate edidit Fridericus Patetta *(frammenti Torinesi del Codice Teodosiano* in actis maioribus acad. Taurinensis ser. II tom. 45 a. 1896 p. 128—146 cum epitoma *Bullettino dell' Instituto di diritto Romano* vol. 8 a. 1895 p. 302—304*)*. — Litteratura non est admodum antiqua; *a* saepe aperta est superne, linea quae *m* repraesentat, item *nt* ligatae adsunt etiam in versibus mediis; *u* post *q* passim cernitur supra versum. — In subscriptionibus consules non raro desunt, etiam frequentius numeri omissi sunt spatiis vacuis relictis. — Paginae, quae non sunt resectae et integrae fere, habent plerumque versus 34 (sed inveniuntur quaedam vv. 32. 33. 35. 36) litterarum c. 54. — Rubricis et constitutionibus numeri passim, sed non constanter adscribuntur. — Supersunt in foliis quattuordecim haec ex libris XIV. XV. XVI.

1 (T[1]) 14, 3, 5 *idem eas* (p. 774) — 14, 3, 13 *corpori [r]es* . . . (p 776). In fine rectae Patetta sibi visus est videre notam *ιε*.
2 (V[1]) 14, 4, 3 *pania per singulos* (p. 780) — 14, 4, 6 *praeceptorum* (p. 781). In fine versae Patetta vidit notam III, sed eam negat Franchius haberi posse pro nota quaternionis, cum sit in medio margine inferiore, non in angulo.
3 (V[2]) 14, 6, 5 *impp. Honorius* (p. 784) — 14, 9, 2 *conpetentes* (p. 787).
4 (V[3]) 14, 15, 4 *que intra* (p. 791) — 14, 17, 2 *praefecti* (p. 793).
5 (V[4]) 15, 1, 50 *paulisper* (p. 813) — 15, 2, 3 *summas* (p. 815).
{6 (V[5]) 15, 5, 3 *fatigent* (p. 819) — 15, 7, 3 *uoluptas* (p. 822, *2).
{7 (V[6]) 15, 7, 3 *quae uolentium* (p. 822, *2) — 15, 7, 12 *tymelici* (p. 824).
8 (T[2]) 16, 2, 23 *ecclesiasticis* (p. 842) — 16, 2, 29 *nihil* (p. 844).
9 (T[3]) 16, 3, 1 *sequi* (p. 853) — 16, 5, 3 fin. (p. 855).
{10 (V[7]) 16, 5, 11 *apotactitae* (p. 859) — 16, 5, 16 *sacrario* (p. 861, 3).
{11 (V[8]) 16, 5, 16 *profluxisse* (p. 861, 3) — 16, 5, 25 *his est* (p. 863).
{12 (V[9]) 16, 5, 52 *auri pondo quinque* (p. 872) — 16, 5, 54, 51 *custodiant* (p. 874, *13).
{13 (V[10]) 16, 5, 54 *quod si* (p. 874, *13) — 16, 5, 58 *imaginariae* (p. 876).
14 (V[11]) 16, 6, 4 *praestitisse* (p. 882) — 16, 6, 7 *eos uero* (p. 884).

---

[1]) In codice Vaticano Patetta ait adnotationes complures reperiri scriptas litteris Merovingicis saec. VIII, in his f. 122 prima verba instrumenti Caroli maioris domus, nimirum Martelli.

CAPVT TERTIVM.

EX THEODOSIANO INTEGRO EXCERPTA PRAETER ALARICIANA.

Composuimus hoc capite quae habemus excerpta ex Theodosiano integro praeter ea quae servavit Epitome Alariciana cum auctariis suis, de quibus capite quinto seorsum agetur.

Novellae posttheod.

I. Theodosius II nov. 11 quam tollit constitutionem de tutore a matre pupillo petendo, quam interpretatio addit fuisse in Theodosiani corpore, in eo hodie desideratur, nam ficticiam esse quam ad 3, 18, 2 inserit codex *L* ibidem ostendi. Nos adlegationem illam eodem loco posuimus. — Valentiniani III novellae nominatim ex Theodosiano constitutiones duas adlegant, tit. 31 praef. legem Honorii ad Palladium missam, quae cum in nostris libris desideretur, coniectura locum ei 3, 1, 10 adsignavimus, et tit. 34 praef. legem Arcadii et Honorii, nimirum 16, 11, 1. — Anthemius denique nov. 3 laudat constitutionem Th. 10, 8, 3. — Interpretatio Alariciana citans constitutionem ad nov. Theod. 14 'ex libro octavo' aut intellegit legem 8, 18, 4 non receptam in Breviarium aut deperditam aliam. Eadem ad nov. Theod. 22 adlegat constitutionem 4, 6, 7 et ipsam a Breviario alienam. Praeterea ad Maioriani nov. 7 laudat legem Theodosiano corpori insertam 'de collegiatis', sed in eo titulo 14, 7 ei laudationi constitutio nulla recte respondet. — Praetermitto constitutiones sub solo imperatoris nomine adlegatas in Novellis, ut Theodosianam 4, 14, 1 in Valentiniani Nov. 26, 3 et 34, 13.

Gromatici

II. Corporis scriptorum gromaticorum (de cuius origine et ordinatione egi in editionis Lachmannianae vol. 2 p. 143 seq. et in annalibus Rhenanis vol. 96 p. 272 seq.) pars antiquissima, quae videtur composita esse in urbe Roma saec. V per officiales vicarii urbis, repraesentatur autem libris *AB* Lachmanni, excerpta nulla habet ex Theodosiano et fortasse eum tempore praecedit. Comparent ea apud gromaticos primum in libris E(rfurtensi) P(alatino) G(udiano), cuius formae archetypum ascendere potest item ad saeculum quintum; compositum esse ante Iustinianum inde videtur effici, quod recentiores demum eiusdem formae libri *PG* exhibent excerpta ex Iustiniani digestis. Theodosiana servata in libris *EPG* inscripta 'ex corpore Theodosiani secundo libro titulo de finium regundorum' (ed. Lachm. p. 267—270), quatenus perveniunt plena sunt et emendata neque inferiora iis quae servarunt libri Theodosiani integri.

Byzantia

III. Byzantios auctores Iustiniano antiquiores vel aequales excerpta ex Theodosiano vix ulla servavisse supra p. XXXI adnotavi.

Iustiniana

IV. Iustinianus codex quas habet constitutiones imperatorias emissas per temporis spatia Theodosiano comprehensa, id est inde a Constantino a. 312/3 ad Theodosium II a. 437, Tribonianus cum suis praeter quattuor Constantinianas derivatas ex Hermogeniano[1]) omnes sumpsit ex Theodosiano; certe ullam a Iustinianis adsumptam esse aliunde nullo

[1]) Eae sunt Constantini et Licinii constitutiones quattuor cod. Iust. 3, 1, 8 — 6, 1, 3 — 7, 16, 41 — 7, 22, 3, quas ex Hermogeniano sumptas esse alibi (in eph. Herma vol. 17 p. 532) ostendi. Contra prudentes Iustiniani neque ea sylloge usi sunt, ex qua qui Vaticana fragmenta composuit Constantinianas leges aliquot traxit, neque Hermogeniani editione aucta, unde Consultationis auctor rescripta quaedam Valentiniani et Valentis attulit.

indicio proditur. Ex his eas, quae non repertae in Theodosiano nostro fuerunt in pleno in libris hodie mutilis quinque prioribus et extremo octavo, in hac editione repetere noluimus, sed admisimus eas in laterculos nostros tam dignitatum quam chronologicum. Constitutiones servatas in utroque corpore passim invicem sese emendant et ut ubi libri in Iustiniano variant Theodosianum testimonium litem dirimere solet, ita, licet rarius, Theodosiani corruptelis Iustiniana lectio aliquoties subvenit. Quapropter ad Theodosianas constitutiones Iustinianae et adlegatae sunt et variae lectionis in apparatu ratio habita, cum delectu tamen. Nam in corpore Iustiniano cum multi loci consulto mutati sint — composuit mutationes eas diligenter E. Grupe (*Zeitschrift der Savigny-Stiftung, röm. Abth.* vol. 14 [1893] p. 224 seq.; vol. 15 [1894] p. 327 seq.) — eas mutationes ex apparatu remotas iuxta textum adscripsimus; sunt enim omnino notabiles et commodum erit utrumque textum plenius quam adhuc factum est simul sub oculis habere. Reliquae autem Iustiniani corporis lectiones variae ibi, ubi Iustiniani libri ita variant, ut pars eorum cum Theodosiano faciat et per hunc ipsum plerumque constet de lectione archetypi Iustiniani, in hanc corporis vetustioris recensionem non admissae sunt nisi ex certis causis per exceptionem. Contra ubi Iustiniana lectio primitiva ita differt a Theodosiana, ut de mutatione consulto facta cogitari nequeat, illam ibi, ubi Theodosiana lectio certo mendosa visa est, in textum recepi; praeterea eam aut in margine posui, id quod ibi fere praetuli, ubi parem cum Theodosiana auctoritatem habere videretur, aut apparatui nostro inserui, id quod in minoribus fere factum est. Subscriptiones in Iustiniano praeter Veronensem librum aut servatae sunt corruptae et mutilae (id quod cadit potissimum in epitomatorum *PL* et in Haliandrinas) aut plane deficiunt itaque Theodosianas in universum melius traditas raro explent vel emendant; quapropter eas Theodosianis apposui delectu habito. Apparatum Iustinianum desumpsi ex egregia editione Kruegeriana vocabulo ***Iust.*** praeposito, retentis notis iisdem, quarum laterculum propterea tabula nostra subministrat praefationi praemissa.

Leges Germ. V. Leges pleraeque nationum Germanicarum ad Theodosiani recensionem non perveniunt. Quaestiones implicatae et controversae, unde adsciverint antiquiores earum Salica Ribuariorum Alamannorum capita quaedam cum religione Christiana coniuncta, praesertim de manumissione in ecclesia (cf. lex Ribuariorum c. 58) et de nuptiis incestis (cf. lex Alamannorum c. 39), ad ius Romanum pertinent, non ad Theodosii codicem. Lex Baiuvariorum ut uno certe loco (1, 1, 12) constitutionem a. 420 ad verbum reddit, ea est et in Theodosiano tam integro (16, 2, 44) quam breviato et in Iustiniano (1, 3, 19) et ex hoc potius quam ex illo in legem eam translata est (cf. Merkel in praef. MG. LL. III p. 214). Praeterea, ut quae de legibus his his dicenda sunt uno loco complectamur, recentiores earum breviarium Alaricianum adhibuerunt, fortasse Langobardicae [1]), certo additamenta ad legem Salicam c. 13, ubi quae leguntur de matrimoniis vetitis, veniunt ex interpretatione Alariciana (Loening *Geschichte des Kirchenrechts* 2, 552). Sed haec similiaque per se memorabilia non faciunt ad constituendum textum ne interpretationis quidem Alaricianae aliunde satis stabilitum. — Idem dicemus de formulis chartisque praesertim Gallicis; habent quaedam sumpta ex constitutionibus in breviarium receptis et magis etiam ex earum interpretationibus (id quod de formulis Turonensibus demonstravit Zeumer MG. formulae 1 p. 130), sed nusquam inde adlata vidi, quae adscendant ad Theodosianum integrum. — Itaque reliquis huius generis documentis praetermissis attendemus ad solas leges Visigothicas antiquiores et Burgundionum et Theodericianam.

Lex Visig. VI. Leges regum Visigothorum Gothis solis destinatae, quae recte ut videtur hodie tribuuntur regi Eurico (466—485: vide supra p. XXXVI), quatenus supersunt habent capita quaedam derivata ex iure Romano, etiam ex Theodosiano (Zeumer *neues Archiv* 23 p. 431 seq.). Ad interpretationem Alaricianam Th. 2, 33, 2 etsi c. 285 prope accedit, tamen non inde videntur proficisci quae ibi leguntur, sed tralaticia esse et eius aevi iuris peritis communia (cf. Zeumer l. c. p. 444). E contrario corpus legum editum a Recessuindo (649—672) destinatum tam Gothis quam Romanis aliqua capita habet aperte profecta ex compendio Theodosiani Alariciano, inter quae eminet caput 5, 5, 9 ad verbum descriptum ex Th. 2, 33, 1

[1]) Quaestionem nuper docte tractavit Patetta *archivio giuridico* vol. 47 (1891) p. 8 seq.

adsumpta etiam Aniani interpretatione. Est id inter 'antiqua' corporis Recessuindiani profecta iudice Zeumero ex recensione corporis eius publicata a rege Leovigildo (567—586). Sed eiusmodi excerpta et ipsa rara sunt et certe a Theodosiano integro aliena. Nihilo minus corporis Recessuindiani constitutiones, quae quidem aperte pendeant ex Theodosiano, suo quamque loco adlegavi.

VII. Lex Burgundionum Germanica, scilicet *liber constitutionum* regum Burgundionum *Lex Burg.* (adhibui editionem, quam curavit Lud. Rud. de Salis, MG. legg. nat. tom. II pars I) sive lex Gundobada, confecta auctave sub regibus Gundobado († 516) et Sigismundo († 523), praeter dubia quaedam (Th. 2, 30, 1 = Burg. 105; Th. 4, 4, 1 = Burg. 43, 1; Th. 4, 11, 2 = Burg. 40, 2) continet iam in parte vetustiore locos quosdam omnino ad codicem Theodosii respicientes (Th. 3, 8, 2 = Burg. 24, 1. 2; Th. 3, 16, 1 = Burg. 34, 3. 4; Th. 4, 11, 1 = Burg. 40, 1; Th. 9, 24, 1 = Burg. 12, 5). — Altera lex Burgundionum, a Gundobado illo in prioris legis exordio civibus Romanis in Burgundia degentibus promissa (praef. 8: *inter Romanos ... Romanis legibus praecipimus iudicari, qui formam et expositionem legum conscriptam qualiter iudicent, se noverint accepturos*) et in ordine titulorum Gundobadae aptata pendet ex iisdem libris legum et iuris, quibus usi sunt iuris prudentes ab Alarico adhibiti, scilicet ex codicibus tribus Gregoriano Hermogeniano Theodosiano cum Novellis huic adiunctis, Gai institutionibus, sententiis Pauli, quae volumina per ea tempora Occidentis prudentes peraeque praecipue usurparunt. — Burgundionum reges ut probabile est leges tam Germanis quam Romanis civibus suis condidisse ante editam Alaricianam (a. 506), ita certum eos in iis componendis usos esse Theodosiano integro, quem in lege Romana quomodo adlegent supra p. XII exposui. Adhibitum esse breviarium Alaricianum conditum aut eodem fere tempore aut fortasse posteriore egregie refutavit Haenelius (praef. brev. p. XCIII seq.), nec magis mihi probatur nuperi editoris opinatio (p. 12) tam interpretationem Visigothicam quam Burgundionum legem Romanam derivatas esse ex eodem nescio quo iuris compendio. Hoc solum verum est scholas iuris, quibus utriusque populi prudentes sua debent, easdem fuisse et ita interdum, raro tamen aliquam similitudinem in commentariis illis apparere. Exempli causa capiti legis Gundobadae 24, 1. 2 similitudo aliqua intercedit ut cum textu Th. 3, 8, 2, ita etiam cum interpretatione; item in lege Romana similia habent loci a me adlati de feriis ad Th. 2, 8, 19, de secundis nuptiis ad 8, 13, 4, de accusationibus ad 9, 1, 14. Habent item iuris interpretes Germanici quaedam sibi propria et inter se communia, ut, ubi in constitutione est *actis inserere*, ponunt *gestis allegare* (ad Th. 3, 5, 1), item *consciorum* vocabulum in criminibus pro legitimo usurpant (ad Th. 9, 5, 1). Sed rara haec sunt neque desunt apud eosdem auctores contraria, ut recte observavit Zeumer (*Zeitschrift der Savigny-Stiftung, germ. Abth.* 9, 24 seq.) Falcidiam de parte heredi proximo reservanda abusive usurpari apud solos Burgundiones, nequaquam apud Visigothos. Omnino reprehendendus est nuperus legum Burgundionum editor in commentariis suis interpretationem Alaricianam magis respiciens quam constitutiones ipsas.

VIII. Edicti Theoderici regis Italiae († 526), quod ex codice Pithoeano hodie deperdito post alios edidit Bluhmius (MG. LL. 5 p. 145 seq.), auctor quamquam Theodosianum *Edict. Theoderici* nusquam adlegat, pleraque inde mutuatus est et passim usus constitutionibus in breviarium non receptis (8, 12, 8 — 9, 27, 2 — 9, 42, 2 — 9, 42, 24 — 9, 45, 1 — 9, 45, 3 — 9, 45, 5 — 10, 10, 4 — 11, 8, 1 — 11, 8, 3 — 11, 30, 22 — 11, 30, 49 — 12, 6, 18 — Iust. 5, 9, 1 — Iust. 6, 1, 4 — Iust. 6, 56, 4). Una cum integro codice etiam epitomen Visigothicam adsumptam esse quamquam temporum rationes fortasse admittunt, parum verisimile est (v. Dahn *Könige der Germanen* 4, 8 seq.; Bluhme l. c. p. 145), quamquam quibusdam locis (2, 13, 1 — 3, 16, 1 — 5, 3, 1 — 9, 24, 1 — 9, 24, 3) interpretatio et edictum ad verbum paene concordant. Ad constitutiones eas, quas constat edicti scriptorem ante oculos habuisse, capita Theodericiana adscripsi, quamquam ad crisin ea vix ullam utilitatem praebent verbis libere redditis et subinde mutatis.

IX. Maximini dissertatio contra Ambrosium continens narrationem de concilio Aqui- *Maximinus de concil. Aquil.* leiae a. 381 habito et de Ulfila episcopo, quam ex codice Parisino antiquissimo Lat. n. 8907 (= suppl. Lat. 594) primus edidit Georgius Waitz (*über das Leben und die Lehre des Ulfila* Gottingae 1840), nuper expletam et diligentissime recognitam Fridericus Kauffmann (*Texte und Untersuchungen zur altgermanischen Religionsgeschichte* vol. I Strassburg

1899), in loco adiecto ad finem ab antiquissimo interpolatore (cod. f. 349, apud Kauffmannum p. 57. 77 cf. p. XXIV) habet constitutiones duas Th. 16, 4, 2 — 16, 4, 1, quas sumptas esse ex corpore nostro vel inde apparet, quod secunda, quae in Theodosiano bis refertur 16, 1, 4 plena et 16, 4, 1 imperfecta, hic item legitur decurtata.

Corpora eccl. X. Corpora ecclesiastica cum constitutiones ex breviario Alariciano passim afferant, maxime, ut infra ostendetur, breviarii librum XVI adhibuerint auctum ex Theodosiano integro, constitutiones inde extra breviarii nexum haustas perraro proponunt. Mihi tales non innotuerunt nisi ex una sylloge Quesnelliana (= cod. Paris. 3848 A saec. VIII et alii; Maassen *Quellen* p. 326. 486 seq.), a qua pendet altera Colbertina (= cod. Paris. 1455 saec. X, Maassen *Quellen* p. 326. 536) pendetque item (ut observavit M. Conrat *neues Archiv* 24. 351) Hincmarus Remensis (opp. 1, 336. 337). In illis scilicet post acta concilii Calchedonensis leguntur constitutiones quattuor Th. 16, 1, 2 — 16, 4, 2 — 16, 5, 6 — 16, 5, 62. Sylloge Quesnelliana videtur composita esse ipso saec. V fortasse in Gallia. Contulit ad constitutiones eas libros Parisinos 3848 A et 1455 a me rogatus amicus Girard.

Concil. Hisp. a. 619 XI. Concilii Hispalensis habiti a. 619 (Mansi vol. 10 p. 557) canon 2, quem attulit Savigny (*Gesch. des röm. Rechts* 2² p. 278), ita conceptus: ***discussio agitata est propter parochiam basilicae .... quia inter utrasque partes hactenus limitis actio vindicata*** (v. l. ***ventilata***) ***est, cuius quamvis vetusta retentio nullum iuris praeiudicium afferret .... prolatis canonibus synodalia decreta perlecta sunt .... placuit inter alternas partes inspectionis viros mittendos, ita ut sit in dioecesi possidentis, si tamen basilicam veteribus signis limes praefixus monstraverit ecclesiae, cuius est iusta retentio, aeternum dominium. Quod si et limes legitimus eundem in basilicam non concludet et tamen longi temporis probatur obiecta praescriptio, appellatio repetentis episcopi non valebit, quia illi tricennalis obiectio silentium ponit, hoc enim et saecularium principum edicta praecipiunt et praesulum Romanorum decrevit auctoritas***, num veniat ex Theodosiano, ambigua quaestio est. Nam ***saecularium principum edicta*** cum videantur respicere ad legem Iust. 3, 39, 6 nec facile adaptentur constitutionis eius formae Theodosianae (2, 26, 5), quae praecedunt verba ***veteribus signis limes*** petita sunt ex altera Th. 2, 26, 4 neque in Breviarium recepta neque in hacce parte in codicem Iustinianum, nobis servata solummodo in corpore gromaticorum. Quaeritur igitur, utrum saeculo septimo incipiente Hispani Theodosianum plenum usurparint an, quod magis crediderim, haec veniant ex decretis synodalibus et pontificum Romanorum antiquioribus in canone laudatis.

Cod. Phillipps. 1741 XII. Codex Berolinensis Phillippsianus n. 1745 (n. 83 Rose) saec. VII/VIII olim Lugdunensis, qui (cum apographo Paris. 1452) solus syllogen Sirmondianam integram servavit, post eam sub titulo: *lex de Theodosiano sub titulo XXVII de episcopali definitione* duas constitutiones exhibet, quae iam insertae sunt libro I sub eo titulo. Priorem aliunde non habemus, altera, cuius extrema verba in codice desunt hic finiente mutilo, expletur ex codice Iustiniano 1, 4, 8.

Ep. papae Iohannis VIII XIII. Epistula, quam papa Iohannes VIII (871—882) dedit ad regem Germanorum Ludovicum II (856—875), edita ex corpore cardinalis Deus dedit IV, 103 (apud Martinuccium p. 417) et minus plene (deficiunt quae [ ] comprehendimus) ex codice Taurinensi E. V. 44 apud Pflugk-Hartung acta pontif. Rom. 2 (1884) p. 34 (notitiam eius debeo Conrato *Quellen* 1 p. 19) haec est.

1. 'Iohannes episcopus Illudovico imperatori. Inter cetera. [Siquidem 'Ciceronis *[Tusc. 1, 1, 2]* est illa multis experimentis iam pro'bata sententia, quia sicut posteriores principes rem familia'rem sive domesticam melius rexisse probatur et lautius, sic 'nimirum antiquiores Romani pontifices melioribus guberna'verunt et institutis et legibus.

2. 'Hinc quod est] antiqua consuetudo legibus adiuvata semper obti'nuit, ut magistratus honor ultra annale spatium nulli peni'tus largiretur (largiatur *Pflugk*), quo completo legalis (legali '*Mart.*) successor admittitur et prior index (uidelicet *Pflugk*) 'quinquaginta diebus intra provinciam remorari (rememorari

Zeno Cod. Iust. 1, 49, 1. Iulianus 15, 7 = nov. 8, 9; 88, 1 = nov. 95, 1

'*Mart.*) iubetur, donec si qua distraxerat, possessoribus refe-'rantur, si qua vero praedia suo nomini comparaverat vel si 'quas aedes (qua sedi *Mart.*) tempore suae administrationis 'extorserat (extruxerat *Pfl.*), iuri rei publicae (romani ponti-'ficis *Mart.*) vindicentur (uendicetur *Mart.*).

3. ['Hinc est, quod usque ad vestrae serenitatis magistratus annui tam 'illi in partibus permanserunt quam istis in partibus apud 'nos hactenus permanere probantur, ut videlicet alternantibus 'per alterna ducibus temporalia augeretur Romani pontificis 'potius quam perenni magistratibus in ius proprium redigatur.]

4. 'et infra:
'Nam cum rerum possessio sive in decennium sive in vicen-'nium sive in tricennium, sicut (ut *Mart.*) legislatores asserunt, 'excludatur vel confirmetur, cerne, piissime [Christoque devo-'tissime] imperator, quantum (quanta *Pflugk*) unicuique discri-'minis inferre valeat tot annorum praescriptio, dum tyrannicis 'ducibus magistratus continuus, [quod a saeculis numquam 'auditum sive lectum reminiscitur] suffragatur.

5. 'praesertim cum in Romanis legibus cautum sit
'ut id tantum de sacra responsione substantiam mutuetur, 'quod legum auxilia prosequuntur (persecuntur *Mart.*).

6. 'et iterum:
'Generale praeceptum beneficio speciali anteferendum est. Th. 1, 1, 4

7. 'et illud:
'Contra ius rescripta non valeant (ualent *Mart.*), quocumque Th. 1, 2, 2
'modo fuerint impetrata: quod enim publica iura praescri-'bunt, hoc *(om. Mart.)* magis sequi iudices debent.

8. 'et infra:
'Personalia rescripta, quae cum iure concordant, valeant more 'veterum et negotii, de quo loquitur nostra rescriptio, finis 'latae sententiae (sentiae *Mart.*) terminis censeatur, speciale '(-les *Mart.*) autem si quid (de *ins. Mart.*) legibus ac iuri portet '(importat *Mart.*) iniuriam, abolitum extirpetur (abolitos ex-'tirpes *Mart.*).

9. ['Gregorius Ianuario episcopo Calaritano. Imperiali constitutione Gregorius ep.
'aperte sancitum est, ut ea, quae contra leges fiunt, non 9, 197 ex Iust.
'solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sint.] 1, 14, 5

10. 'et beatus Gelasius ait:
'Quis enim aut leges principum aut patrum regulas aut ad-'monitiones modernas dicat (ducat *Mart.*) debere contemni, 'nisi qui impunitum sibi tantum aestimet transire commissum?

11. 'et iterum:
'Semper constitutio generat temerata vindictam.

12. 'Vides ergo, fili carissime, quia quod contra leges usquam *(om. Mart.)* 'agitur (accipitur *Mart.*), per leges dissolvi meretur.

13. ['Item longe inferius:
'Et iuxta quod Felix sanctissimus praedecessor noster ad-'severat, in die iudicii talem a nobis ambobus ecclesiam cer-'tum est, qualem a patribus accepimus, exigenda.

14. 'Etiam in hac vita se ad eam pertinere cognoscat, qui non solum 'plenitura eius noxia conatur inferre, verum etiam qui eidem 'congruentia dissimulat providere, serenissime imperator (non 'solum qui n. i. c. u. et. q. congr. pr. diss. *repetit Mart.*), ad

'ecclesiam non pertinere cognoscitur, quanto labore nobis 'studendum est, ut non solum noxia non inferamus, verum 'etiam ecclesiae dei providere certemus congruentia.]

Hanc epistulam qui dictavit, adhibuerit necesse est ipsum Theodosianum, quamquam de eius per Italiam usu hoc unicum fortasse testimonium est ex saeculo nono. Praeter Theodosiana certa unde reliqua supra relata veniant non definio; tam secundum caput (cuius verba neque cum Zenoniana constitutione concordant neque cum Iustinianis) quam quartum et quintum et octavum possunt indidem proficisci. A Breviario certe epistula non pendet.

Cod. Montisp. de salario XIV. Locum de salario codex Montispessulanus n. 306 saec. IX inter miscellanea plurima, quae enarrat diligenter Goetzius (gloss. Lat. vol. 3 p. XXIV), f. 308 exhibet. In eo libro sub praescripto: *Salarium est debitae mercedis stipendium, quod ex regali munificentia accipiunt qui diversae professionis aut artis studiis mancipantur: dictum autem salarium eo, quod sicuti salis totius sibi condictionem* (?), *ita sit totius necessitatis et id supplementum. Hinc in iure Romano scriptum est* leguntur Th. 13, 3, 1 — 13, 4, 1 — 12, 2, 1 — 13, 3, 11, ita ut in primis duabus inter inscriptionem et textum inseratur *lib. XIII leg.*, item in quarta ante inscriptionem *lib. XII leg.* Repperit Haenel (apud Hauboldum opusc. vol. 2 p. XC et ad Th. ll. cc.); mihi misit Goetzius descripta a Gundermanno.

Cod. Vat. reg. 520 XV. Folium solitarium adservatum inter Danieliana cod. Vat. reg. 520, de quo codice infra dicemus in capite quinto, f. 98' saec. X continet constitutionem 14, 18, 1 *de mendicantibus non invalidis.*

CAPVT QVARTVM.

BREVIARII INTEGRI CODICES.

Breviarii codices praeter decurtatos et epitomatos caput hoc ita comprehendit, ut quae de additamentis ad multos eorum ex integro Theodosiano adiectis dicenda sunt, quinto capiti potissimum reserventur. In nullo eorum archetypum Alaricianum simpliciter repraesentari, retractationem et interpolationem omnes subiisse infra capite octavo, ubi de crisi Theodosiani agitur, demonstrabimus. Levior ea fuit in libris *AOEHNBG*, gravior in *CXPMSLKQF* et quamquam illos ut re ita tempore praecedere nequaquam contendimus, nihilo minus illi priores, hi posteriores nobis appellabuntur. Sed videbimus ibidem fines inter utrumque ordinem certo regi non posse nec multum ei distributioni tribuendum esse propter contaminationem in Theodosiano breviato mature exercitam et late patentem.

Codices qui hoc capite recensentur, aut collati sunt toti, scilicet *AOEHNBGCP MSL*, aut ex parte aliqua, quae infra indicabitur, scilicet *XQKF*. Reliquorum, quos sprevi, scilicet Vaticanorum duorum reginae 1128 (= 16 Haenel) et Ottoboniani 2225 (= 17 H.) et Montispessulani 84 (= 14 H.) retentis numeris Haenelianis specimen dedi ad locos hos: 1, 3, 1 — 2, 19, 2 — 2, 30, 1 — 3, 3, 1 — 3, 5, 12 — 3, 30, 6 — 4, 4, 7 — 4, 8, 7 — 4, 22, 5 — 5, 1, 9 — 5, 7, 2 — 5, 9, 1 — 8, 13, 3 — 9, 1, 14 — 12, 1, 19 — 15, 1, 9.

Parisinus Lat. 12161 (Haenel 22 = 3[1]), antea Corbiensis (non Floriacensis), deinde S. Germani 1278, Hieronymi libellum de viris illustribus exhibet scriptum saec. VII in membranis ex parte deleticiis, quarum duo folia formae octonariae p. 71/2 et 73/4 ita coniuncta unum folium formant moduli maioris, exhibens scriptura anteriore Theodosiani Alariciani constitutiones a 2, 4, 4, 2 *rescripti* ad 2, 6, 3, 2 *contine*, sed pessime habitas et magna ex parte evanidas. In altero folio (p. 65/6 et p. 79/80), quod item ex Theodosiano videtur desectum, paucae tantum litterae supersunt. Insunt fortasse in volumine etiam alia eiusdem codicis folia evanida tota. Mihi praesto fuit exemplum folii primi accurate et perite a Kruegero exceptum; reliqua praetermissa sunt. Egerunt de foliis iis Montfaucon *nouveau traité de diplomatie* vol. 3 p. 144, 149—151 tab. XLII; Pertz *Archiv* 7, 719; Blume *die westgothische Antiqua* (1847) p. XXI seq. et apud Haenelium l. c. — Hoc ni fallor omnium quae extant exemplarium breviarii antiquissimum est scriptum facile saec. VI, sed pro brevitate partis superstitis non multum inde proficimus. *Paris. 12161*

Ambrosianus liber C. 29 inf. saec. XI (Haenel 5 = 20), finiens mutilus 2, 4, 6, cum maxime utilis sit per auctaria, quae de eo dicenda sunt explicabuntur capite quinto. *A*

Oxoniensis Bodleianus Seldenianus B 16 (antea Seld. 32 Bodl. 3362; Haenel 15 = 19), scriptus est (ut egregrie demonstravit Gul. Stubbs 'Willelmi Malmesburiensis de gestis regum Anglorum libri V; historiae novellae libri III' Londinii 1887 in praef. ad vol. 1 *O*

---

[1]) Haenel codices Breviarii recensuit bis, primum a. 1841 in prolegomenis ad editionem Theodosiani, deinde a. 1849 in prolegomenis ad editionem legis Romanae Visigothorum sive Breviarii Alariciani. Enarrationes eae factae curiose et diligenter cum Breviarii partes a nobis fere praetermissas item comprehendant, meas passim supplebunt. Eae laudantur in elencho nostro sub numero duplici.

p. CXXXI seq.) a Willelmo monacho Malmesburiensi inter a. 1125 et 1137 (l. c. p. XXV); scilicet imperatorum Constantinopolitanorum series finit in Iohanne Porphyrogenito (1118—1143), Germanorum in Henrico V († 1125), regum Francogallorum in Ludovico VI (1108—1137). Abest a Theodosiano liber I totus, unde reliqui II—XVI in hoc codice facti sunt I—XV; praeterea textus non hiat. Foliis in codicis archetypo transpositis textus in libro secundo ita ordinandus est secundum numeros Breviarii.

I. 1, 1—1, 12.

III. 6, 3. 4 [sequuntur nostrae editionis constitutiones 2, 7, 1. 2 a Breviario primitivo alienae]. 6, 5. 7, 1. 8, 1. 2. 3. 9, 1.

II. 2, 1. 3, 1. 4, 1—7. 5, 1. 6, 1. 2.

IV. 10, 1 et sic deinceps.

Breviarium in hoc volumine pars est syllogae magnae de rebus Romanis (cf. Stubbs l. c. p. CXXXIII); praecedunt Dares de Troiae excidio, excerptum ex libro Catonis de originibus, Romana Iustini, Orosius, Eutropius cum supplemento Pauli diaconi, Iordanis Romana, ipsius auctoris 'adbreviatio Willelmi de gestis sequentium imperatorum' incipiens ita: 'Praecedentium gesta imperatorum Iordanes episcopus et Paulus diaconus texuerunt. 'Sequentium acta Haimo monachus Floriacensis ex diversis auctoribus collegit' (cf. MG. SS. 9, 348). 'Eius ergo semper sensum, aliquando verba ponemus omissis quaecumque de 'Longobardis Francis Gothis inmiscuit; earum enim gentium gesta aliis propriis libris 'leguntur.' Breviario praemittuntur a Willelmo haec: 'Nunc quia quidquid de principibus 'Italiae et Romae potuimus invenire curavimus non omittere, congruum videtur leges 'Romanorum apponere, non eas quas Iustinianus fecit, esset enim hoc ingentis operis et 'laboris, sed eas quas Theodosius minor filius Archadii a temporibus Constantini usque 'ad suum sub titulo unius cuiusque imperatoris collegit. Ponantur ergo XVI libri ab eo 'collecti' [novit igitur Willelmus verum numerum], 'quorum sententiae plures explanantur, 'quaedam explanatione non egent; divi Theodosii eiusdem novellarum liber I; divi Valen'tiniani filii Placidiae liber I; divi Martiani orientalis imperatoris liber I; divi Anthemii 'et Leonis liber I; divi Maiorani [sic] liber I; divi Severi liber I' [exordia historica non inscite facta quae singulis capitibus praemisit Willelmus leguntur edita apud Haenelium brev. p. LVI et apud Stubbsium p. CXXXIX]. 'In quibus illud animadvertendum, quod 'quisque imperator suis legibus, quas promulgabat, nomen consortis apponebat, utpote 'Theodosius imperator Constantinopolis apposuit legibus suis nomen Valentiniani, quem 'imperatorem creaverat Romae; sic et in ceteris. Sed quia quaedam sunt in legibus 'imperatorum obscura, ad plenum intellectum apposuimus libros institutionum Gaii et 'Pauli iurisconsultorum.' Theodosiano anteposita est apud Willelmum 'epistola Theodosii 'minoris de confirmatione legum antiquarum', scilicet novellarum Theodosii II prima 'de 'Theodosiani codicis auctoritate' (supra p. X); adhibuit igitur Breviarii codicem similem nostri *A*. Epistulae subscriptum est: 'explicit epistola: incipiunt capitula libri I legum 'antiquarum a Theodosio minore collectarum'; subscriptum Theodosiani libro postremo: 'explicit liber XV Theodosii minoris de confirmatione legum antiquarum'. — Codex ut librarii doctrinam passim ostendit, ita ab eius religione nequaquam eum commendari iam Haenelius (brev. p. XXX) exposuit maxime respiciens Paulina. Theodosiani rubricas, quas singulis libris praemittit, quomodo mutaverit, editionis nostrae apparatus (p. 8—26) ostendit; de libri XVI rubricis infra videbimus. Interpretationem vel, ut ipse eam magis appellare voluit, explanationem plerumque suppressit et ubi remansit, passim reperitur breviata et mutata, id quod item, parcius licet, in ipsis legibus admisit, ut lectiones eius singulares non raro appareat proficisci ex coniectura. Formulae quoque *post alia, et cetera* semper abiectae sunt; siglis $\overline{ppo}$ et $\overline{pu}$ pariliter substituitur vocabulum *praeposito;* ubi in textu est *ad illum,* plerumque reperitur dativus; non scribitur *impp., augg.,* sed aut $\overline{impres}$, *aug*ᵢ aut vocabula perscribuntur. Haec similiaque non sunt recepta in apparatum. Nihilo minus non solum subscriptiones habet plenas fere et incorruptas, sed lectiones quoque, saepenumero, ut capite octavo ostendetur, archetypum prae se ferunt classis melioris. — De additamentis, quae etiam hic Breviarii codex habet ab archetypo aliena, agetur in

capite quinto. — Dominus libri qui fuit Seldenus postquam in dissertatione de Fleta edita a. 1647 plura ex eo protulit, Iacobus Gothofredus Seldeniani partem (l. 2 tit. 1—4) sibi conferendam curavit (Haenel brev. p. LVII); postea et alii et Haenelius eum adhibuerunt ediditque de eo librum singularem Carolus Witte (de Guilelmi Malmesburiensis codice legis Romanae Wisigothorum, Vratislaviae 1831). Ad hanc editionem meo diligenter iussu eum contulit Anna Parker.

Eporediensis bibliothecae capituli cod. 35 saec. IX fin. (Haenel .... = 16) continet solum breviarium Alaricianum. Initio mutilus quaternione primo et secundi foliis quinque amissis incipit 2, 8, 1, 4 verbis *et manumittendi die festo*. Archetypi folio foliisve transpositis locus 3, 17, 1, 1 *imp. constantinus* ad 3, 17, 4, *3 *post tutelam* interponitur inter 3, 11 p. 149, 1 *parere noluerit* et ea quae ibi sequuntur. Item locus 4, 4, 3, *2 *suscriptorum numerus* ad 4, 4, 5, *17 *vel in quascumque* interponitur 4, 1, 1, 14 inter *debitam* et *capit*. Item bibliopegi errore folia 15. 16, quae continent 2, 12, 1, 10 *(repe)tendo fuerit contestatus* ad 2, 14, 1, *22 *seu possessionum seu repetitionum,* inserta sunt 2, 33, 2, *2 inter *ea vero* et *quae ante*. Codici Theodosiano, qui finit in q. XVIII folio ultimo iam numerato 133, subscribitur: *expliciunt libri Theodosii feliciter;* in pagina proxima leguntur excerpta, de quibus postea dicetur, ex sylloge Sirmondiana sub praescripto *de episcopali iudicio*. Haec excipiunt Novellae posttheodosianae et Breviarii partes reliquae. Eas nullo intervallo sequuntur appendices breviarii duae, quales eas edidit Krueger, primum secunda incipiens *ex corpore Theodosiani lib. VI tit. XXVII,* finiens *posuit. exp lib iuris feliciter,* deinde prima sub praescripto *Institutio Gregoriani lib. i de postulando,* finiens *auriliano conss. deo gratias amen. explicit liber legum theodosii et novellarum*. — In margine passim leguntur lectiones variae scriptura diversa, sed vix recentiore. — Hoc codice usus est Cuiacius. Is quamquam in ipsa fronte voluminis editi a. 1566 ait nunc primum integrum prodire libros Theodosiani VI. VII. VIII. XVI, in praefatione cum tres primos acceptos referat codici a Stephano Charpino suppeditato, etiam minorum additamentorum, ut tituli de senatus consulto Claudiano et novellarum auctarum per libros duos Pithoeanum et Loiselianum, originem enuntiet, de libro XVI in praefatione verbum non facit, ut dubitari non possit eum de codice ad eum adhibito tacuisse consulto. Iam nactus Eporediensem cum eum intellexissem raro differre ab editione Cuiaciana, in coniecturam incidi ipsum eum a Cuiacio usurpatum esse. Scilicet is per hos annos Italiam adiit, Venetiis basilicorum codicem comparavit, professor creatus Taurinis ducem Etruriae precibus adiit, ut codex pandectarum Florentinus Taurinos mitteretur eiusque ibi sibi copia fieret (Hugo *civilist. Magazin* 3 p. 208. 250). Propterea non absimile veri est codicem nostrum Eporediensem per ea tempora ad Cuiacium delatum esse, ita tamen, ut propter aliquam causam ei non liceret publice id profiteri. Confirmant coniecturam et hunc quoque codicem ad Cuiacium adlatum esse a Pithoeo indicare videntur, quae ex epistulis Cuiacii ad Pithoeum (cod. Paris. Dupuy 700) mea causa excerpsit amicus Girard. *Je vous envoie,* scribit Cuiacius Taurinis 7. Aug. [a. 1567?] *vostre code théodos(ien) et le Jornandes*. Item idem ad eundem Valentia 9. Dec. [1569?]: *au reste vostre code théodosien n'est point perdu, mais tant que ces troubles dureront, il n'y a pas moien de le recouvrer*. Item paullo postea idem ad eundem: *vous dictes que vous aves trouvé les novelles de Théodose entre les mains de monsieur Daniel. Je voudrays fort scavoir si ce sont celles que i'ay tenu à Turin et que vous aves demandé si souvent et qu'au partir du dict Turin j'avoys commis à M. Crabe pour vous rendre. Je vous prie m'advertir si c'est cela, car j'en ay mon esprit chargé*. Codicem Breviarii, quem a Pithoeo impetratum versavit Cuiacius Taurinis, verisimile est fuisse ipsum nostrum Eporediensem a praefecto bibliothecae capituli contra legem Pithoeo et per Pithoeum Cuiacio commodatum sub hac condicione, commodati parum legitimi publice mentio ne fieret. Certe in ea quoque re Pithoeum intervenisse inde probabile est, quod in exemplari eius editionis Cuiacianae a. 1566 adscriptae sunt hic illic lectiones sumptae sine dubio ex codice Eporediensi; scilicet 16, 1, 3, 7. 8 ad verba (in *E omissa) adferuntur lectiones 7 *et diodoro*] *eliodoro* — *amphilocio*] *philotio* notae ex solo Eporediensi; item 16, 2, 7 (quae et ipsa abest ab *E folio mutilato) adfertur lectio *hypodiaconi*] *presbyteri diaconi* Eporediensi propria. Haec cum in editione Cuiaciana non compareant, Pithoeus aut ex Cuiacii schedis sumpsit aut, quod magis crediderim, ex ipso E

Eporediensi. — Ad codicem Eporediensem quam prope accedat Cuiacius in editione priore, recensio nostra Theodosiani in quavis pagina declarat. Collatis locis in illa editione primum publici iuris factis, demptis scilicet constitutionibus in Alariciana Iustinianave sylloge (cf. inter alia 16, 7, 7) redeuntibus, has potissimum diversitates inter codicem et editionem repperi notatu non plane indignas:

16, 4, 6, *2 sacrae legis] *W Cui.*, sacrae lis *E*
16, 5, 2, 2 largienda] *W Cui.*, largiendis *E*
2/3 loca sepulcris apta] *W Cui.*, loca sepulcri apta *E*
4 quae] *W Cui.*, quaeque *E*
5, 6 tabificat] *Cui.*, abificat *E*
8 ministri] *Cui.*, ministris *E*
16, 5, 12, 8 quibuscumque locis paschae turbae] *W*, quibus pasce turbe *E*, agris in quibus passim turbae *Cui.*
16, 5, 12, *5 coitio] *W Cui.*, coitione *E*
16, 5, 13, 6 aut nescire aut discere sit dedecorosum] *W Cui. (ed. 1)*, aut n. a. d. sit decorosum *E*
16, 6, 2, *3 comprehendet] *L* (quem Cuiacius nec videtur novisse) *Cui.*, conprehendit et *E*
16, 6, 7, *2 opponi] *E*, opponi et cetera *Cui. ad hiatum celandum*
16, 7, 3, 5 secessus] *Cui.*, successus *E*
16, 7, 3, *12/3 praesens] *E*, particeps *Cui.*
16, 10, 22, 2 promulgatarum] *E*, pronulegatarum legum *Cui.*

et si qua sunt similia etiam his inferiora, omnia originem de coniectura plus minus felici aut prae se ferentia aut certe admittentia. Ceterum ne nimium mihi sumerem, ad eas partes l. XVI, quas primus edidit Cuiacius, eius lectiones integras apposui. — Addo argumentum unum desumptum ex partibus Breviarii reliquis, scilicet quod in subscriptione novellae Valentiniani 3, 1 verba *recitata in senatu per virum inlustrem Postumianum prid. id. Mart.* edita a Cuiacio a. 1566 unus hic liber habet. — Post Cuiacium Haenelius editione absoluta huiusce codicis notitiam a Vesmio accepit (const. Sirm. p. 411); ipso libro non est usus. Krueger deinde contulit l. XVI; ego postquam partem contuli, totius Theodosiani exemplar photographicum accepi confectum intercedente amico Paulo Giacosa Taurinensi. — Subscriptiones plenae sunt, extremum tamen *conss.* solet omitti. — De additamentis huic libro insertis in capite sequenti disseretur.

***E** Rosny Le Peletier Rosanbo marchionis codex et Parisini Lat. 4406 pars prior f. 1—56 (Haenel 11 = 17. 17a), nobis paucis locis, ubi eius mentionem fecimus, **E*, uterque olim Pithoei, sunt, ut vidit Haenelius (brev. p. LII), unius codicis reliquiae, quarum partem Rosanbinam hodie accessu difficillimam ipsam non vidi, sed praeter ea, quae qui eam vidit Haenelius, in editione Breviarii inde protulit, adhibui enotationes longe pleniores iussu Haenelii sumptas a Zenckero hodie adservatas inter Haeneliana bibliothecae universitatis Lipsiensis. Partem Parisinam ipse excussi. Iungendi sunt quaterniones, numerati fere omnes, ita:

quat. I—V deficiunt	
quat. VI—XV = Rosanbini f. 1—80	Theodosianus inde a 3, 5, 5, 8 *rit et cum patre tutorem* ad 12, 1, 12, 3 *ut originem*
quat. XVI—XXI = Parisini 4406 f. 1—48 (mutilato folio 6 constitutione 16, 2, 1 ad 16, 2, 8 aut imminutae sunt aut deficiunt)	textus pergit *proprii* (sic) *ciuitatis* ad finem l. XVI Constitutiones Sirmondianae 1—3 Novellae Theodosii ad tit. 3, 4 *cum dispendio fortunarum capite*
quat. XXII—XXVI (hic sex tantummodo foliorum) = Rosanb. f. 81—118	Novellae pergunt a verbo *puniendum* ad Nov. Maioriani 7, 7 *fortasse defuerint*
quat. XXVII deficit	

quat. XXVIII — XXXIV f. 1—6 (q. XXXI. XXXII transpositi sunt) = Rosanb. f. 119—172	incipiunt a verbis Gai tit. de testamentis c. 3 *[sa]ni sunt si* (sic) *intervalla*, finiunt in Paulo 5, 28, 1 *iusserit cuius rei*
quat. XXXIV f. 7. 8 deficiunt	
quat. XXXV = Parisinus 4406 f. 49—56	Paulus inde a 5, 35, 1 *de cautionibus et penis appellationum* Appendix Kruegeri posterior Appendix Kruegeri prior *Explicit liber legum Theodosiani et novellarum*

Inter adnotationes, quas Pithoeus exemplari editionis Cuiacianae prioris hodie adservato in bibliotheca publica Parisina adscripsit, duae sunt notabiles propterea, quod huius codicis originem declarant.

ad 16, 1 tit. de fide catholica: 'in vet. ex. Ves. hic est tit. II libri XVI' itemque ad 16, 2: 'in vet. hic est tit. I'. Item Cuiacius 1586: 'in vetustis exemplaribus hic titulus secundus est huius libri' et Gothofredus, puto usus eodem exemplari editionis Cuiacianae (nam alibi codicis Vesontini non meminit): 'in vetustis exemplaribus et quidem Vesontino, hic titulus est secundus huius libri'.

ad Sirm. 1: Imp. Constantinus A.] 'in cod. Vesunt. impp. Archadius et Honorius AAA.'.

Utraque indicatio quadrat in codicem eum de quo agitur, prior ex codicibus notis in eum et Eporediensem solos; unde apparet Vesontinum Pithoei esse hunc nostrum, 'vetusta exemplaria' Cuiacii eundem et Eporediensem. Pertinent igitur ad hunc codicem quae sequuntur excerpta ex litteris Cuiacii ad Pithoeum (cod. Dupuy 700) a Girardo mecum communicata. *Apportez-nous,* scribit Valentia 17. Oct. 1570, *le Licinius et le l. XVI cod. Theod. pour me charger davantaige de vos bienfaicts.* Idem ad eundem indidem 20. Ian. 1571: *L'on m'a promis de m'envoyer le code Theodosien de S. Iehan de Bezancon, le quel comme l'on m'a escrit vous avez descouvert passant par la avoir esté donné par Charlemaigne. Si l'on ne me l'envoie, pour le moins l'on m'a promis de m'envoyer ce qu'il y a de plus ou de different d'avec les autheurs.* Idem ad Loiselum Bourges 13. Sept. 1575: *J'ai veu le XVI du Cod. Th. qu'il* (Pithoeus) *m'a envoyé et le lui eusse renvoyé, si Mons. le Carte avoit achevé de le voyr, à qui ie l'ay presté pour ce qu'il valoit.*[1]) Licinius qui dicitur, codex est Collationis legum Mosaicarum et Romanarum aliquando Pithoeanus, hodie Berolinensis, ad quem libellum eum edidit primus Pithoeus a. 1573, significans eum se traxisse 'ex antiquissima Sequanorum aut Mandubiorum bibliotheca, in qua per annos octoginta [*scr.* octingentos] et amplius latuerat' (cf. praef. meam in corpore Kruegeriano p. 109). Itaque iam constat de origine tam Berolinensis codicis Collationis quam eius de quo agitur; uterque origine est Vesontionensis. — Quaestio ita surgit iam ab Haenelio posita (ad Th. 16, 1, 1), annon codex Vesontinus, ex quo Paulum insigniter auxit Cuiacius, is ipse sit de quo agitur. Sed Paulina haec posteriore demum tempore ad Cuiacium pervenerunt neque umquam ad Pithoeum delata sunt; sic enim scripsit ad Pithoeum ex oppido Bourges a. 1581 Iul. 13: *J'ay recouvert cette année des sentences de Paulus où il en y a près de CC plus que nous n'avions et entre aultres y est quottée la peine de la loi Iulia de adulteriis* (sequitur locus Pauli 2, 26, 14), similiterque legimus in exemplari ed. Cuiacianae supra laudato Pithoeano p. 609: 'harum sententiarum Paulli longe amplius exemplar nactus est 'Cuiacius a. 1581 Vesontione, ex quo multa capita exposuit lib. XXI obss.' Sed haec coniectura fallit, nam ex Paulo Rosanbino quae Haenelio enotata sunt quamquam imperfecta clare ostendunt insignia illa additamenta non esse in codice hoc Vesontionensi. — Hoc nostro utpote suo usi sunt fratres Pithoei. In Petri Pithoei exemplari editionis Cuiacianae prioris tam Eporediensis libri propriae lectiones reperiuntur adscriptae quam huiusce non redeuntes in illo, ut sunt 16, 5, 12, *5/6 *sequenti emendationique v. c.* — 16, 5, 52, 16 *per-*

[1]) Philiberto de la Mare a. 1671 Febr. 14 quod scripsit Iulius Chifflet (Paris. Lat. 6069 *E* f. 339) Vesontionensis: *Je vous prépare encore un mémoire du même Cujas, qui envoya à mon ayeul un présent et cela fut l'an* [1572] *de la défaite de S. Barthélemy à Paris, pour lequel designer il escrit de sa main* 'anno quo Gallia dedidicerat societatem humanam'. . . . . *C'est que mon ayeul lui avait envoyé le* codicem Besantinum, *où il trouve quelque constitution,* ad eundem librum omnino spectat, quamquam quae hic traduntur perturbata sunt.

niciosissimum et *ablato v. c.* — 16, 5, 56, 1 *superstitionibus* — 16, 5, 65, 7 *sit] fuerit.* Item in apparatu Francisci Pithoei, de quo infra agetur, multae lectiones inveniuntur ex hoc libro desumptae indeque ex parte translatae in editionem Cuiacianam alteram. — Ipse codex inutilis est utpote sine dubio descriptus ex Eporediensi. Partis Rosanbinae quamquam plenam notitiam non habui, nihilominus didici ex schedis Haenelianis adesse in ea transpositiones duas supra tractatas (3, 17, 1 ad 3, 17, 4 inserta legi 3, 11, 1, item 4, 4, 3 ad 4, 4, 5 inserta legi 4, 1, 11); adesse item dittographiam p. 149, 1—3, de qua monui ad 3, 11, 1; adesse emblema, de quo dictum est ad 3, 12, 3, *17, quae omnia pariliter redeunt in Eporediensi. Adest item extrema pars constitutionis 4, 4, 7 servata inter paucos libros in *E.* Id confirmant quos post Haenelium et Kruegerum diligenter ipse contuli quaterniones Parisini. Scilicet non solum propria multa tam bona quam mala (ut 16, 2, 17, 1) codex habet communia cum Eporediensi, sed etiam ibi, ubi Eporediensis corrigendo corruptus est (ut 16, 2, 33, 3 *uico* — 16, 2, 40, 2 *donatis*) hic noster sequitur lectionem posteriorem; item, ubi Eporediensis duas lectiones habet alteram in textu, alteram ad marginem, ut 13, 1, 13, 2 *agrariam* et *aurariam,* hic utramque habet in textu; denique mala fide et alios locos interpolavit passim indicatos in adnotatis et 12, 1, 151 *curialium* vocabulum mutavit in *principalium* adsumpta novella Valentiniani 19, 2. Quam ob rem quamquam Parisinum 4406 totum contuli, variam lectionem diligenter examinatam ita suppressi, ut paucis locis memoriae causa adscriberetur.

H Legionensis codex, scilicet adservatus Legione (Leon) in Hispania in tabulario ecclesiae cathedralis n. 15, quem repperit a. 1887 R. Beer Vindobonensis *(Zeitschrift der Savigny-Stiftung, Germ. Abth.* vol. 8 p. 201), posteriore scriptura, quae est saec. IX, continet Rufini versionem historiae ecclesiasticae Eusebianae adiectis scholiis plerisque Latinis, paucis Arabicis, scriptam sine dubio in Hispania, ut opinantur editores Cordubae; scriptura priore omnino Hispanica et ipsa praeter veteris novique testamenti Latine versi reliquias, quae explent folia 80, habet foliis aliis 105 partem maiorem breviarii Alariciani. Quae supersunt, incipiunt in Theodosiani libro quarto, finiunt in Pauli l. 4, 5, 7 verb. interpretationis *fuerit deputata.* Supersunt ex Theodosiano haec:

4, 1, 1 *(inscriptio libri non adest)* — 4, 6 *rubrica.*
4, 8, 6 [*br.* 2] — 4, 15 [*br.* 13], 1 *fin.*
4, 18 [*br.* 16], 2 *verb.* 3 nisi cognitor — 9, 6, 2 [*br.* 9, 3, 1] *verb.* 5 facinus.
9, 7 [*br.* 4], 2 *verb.* *5 adquieuerit — 9, 19 [*br.* 15], 1 *verb.* 9 dignitate.
9, 24 [*br.* 19], 1 *verb.* 16 seruus — 11, 26, 2 [*br.* 11, 7, 1] *verb.* 12 exactores.
11, 36, 20 [*br.* 11, 11, 3] *verb.* 3 in septuaginta — *ad finem Theodosiani.*

Codex litteris uncialibus exaratus scriptus est post a. 546 propter legem Theudis ei insertam, de qua postea dicetur; item probabiliter antequam Recessuindus (c. a. 660) data constitutione legum Romanarum usum in regno suo abolevit (vide supra p. XXXVI). — Theodosiano corpori, cuius praescriptio periit, subscribitur: *explicit Theodosiani constitutionum liber sextus decimus feliciter,* libris reliquis singulis *explicit liber IIII* (et sic deinceps), *incipit liber V* (et sic deinceps); praeterea paginis plerisque superscribitur: *Theod. liber IIII* (et sic deinceps). Similiter novellis Theodosii II praescribitur: *incipit novellarum divi Theodosiani* (sic) *Agusti liber primus* (sic) *feliciter amen,* subscribitur: *explicit novellarum Tb Theodosianus feliciter,* paginis inscribitur: *novellarum divi Theod (Theodosiani* p. 272*).* Item novellis Valentiniani III praescribitur: *incipit novellarum divi Valentiniani Agusti feliciter amen,* subscribitur: *finiunt novellae leges divi Valentiniani Agusti,* paginis inscribitur: *novellarum divi Valentiniani.* Item novellis Marciani praescribitur: *incipiunt leges divi Marciani Agusti feliciter amen* (subscriptio periit), paginis inscribitur: *Marciani.* Item novellis Maiorianis (praescriptio periit) subscribitur: *explict novellae divi Maioriani A.,* paginis inscribitur: *Maioriani.* Item novellis Severi praescribitur: *incipiunt novellae divi Severi Agusti* (subscriptio periit). Sequitur Gaius, cui praescripta item perierunt; subscriptum: *explicit liber Gai;* paginis inscribitur: *Gai.* Paulo denique praescribitur: *incp Iuli Pauli sententiarum ex Pauli sententiarum corpore huic operi convenit adnecti que in Theodosiano corpore dimendis* (sic) *litibus non inveniuntur inserta: Pauli sententiarum liber*

primus. In Pauli loco 4, 5, 7, ut dictum est, codex deficit; paginis inscribitur: *Pauli liber I* (et sic deinceps). — Soloecismis librum scatere breviter explicabitur infra in capite nono. — Additamenta a Breviarii archetypo aliena ex Theodosiano hic codex non exhibet excepta una constitutione omnium postrema 16, 10, 3, de qua agetur in capite quod sequitur. — Propria est huic libro constitutio regis Gothorum Theudis emissa Toleti a. 546 Nov. 24 de litium expensis, quam recensuit Karolus Zeumer (*neues Archiv* 23 a. 1898 p. 77 seq.) et nuper inseruit editioni legum Visigothorum (MG. leges nationum Germanicarum sect. 1 1903) p. 467. Ea cum ad Theodosianum ipsum non pertineat, praeterea ita male habita sit, ut multa recte expediri nequeant, hoc loco non repetivi; sufficit afferre inscriptionem, quae haec est: *Flavis Theudis rex rectori* .... et subscriptionem, quae est haec: *dat. sub die VIII kalendas Decembrias anno XV regni domni nostri gloriosissimi Theudi regis Toleto: recognovimus*, denique quae de scribenda constitutione sub finem rex ordinat: *hanc* .... *constitutionem in Theodosiani corporis libro quarto sub titulo XVI* (ubi vere reperitur post 4, 18, 2 = brev. 4, 16, 2) *adiectam iubemus, ut omnibus scire liceat que pro omnium salute decreta sunt*. — Iussu academiae Matritensis quae ex breviario supersunt folia delineavit Iesus Muñez palaeographus, ediderunt photolithographice Franciscus a Cárdena et Fidelis Fita (legis Romanae Wisigothorum fragmenta ex codice palimpsesto sanctae Legionensis ecclesiae protulit, illustravit ac sumptu publico edidit regia historiae academia Hispana. Matriti 1896. fol.). Codex ipse ut huius editionis causa retractaretur quamquam efficere non potuimus, hoc certe nobis successit, ut loci quidam potiores a Violeto nostro viro perito denuo examinarentur, unde collegimus palaeographum illum hominem oculatum ibi, ubi a textu Haeneliano discedit, fidem merere, e contrario ubi cum eo consentit iure de lectione posse dubitari. Eiusmodi dubiis obnoxios locos nos distinximus addito post codicis notam interrogationis signo, praeterea editionem secuti. Hiatus minores, qui pro re rari comparent, ubi incidunt in locos ambiguos, codicem *H* adnotavimus deficere. Ipsum librum infra, ubi de crisi tractabitur, ostendemus non contemnendum quidem esse, sed nequaquam inter breviarii codices primarium locum tenere.

Parisinus 4404, nobis *N* (Haenel 9 = 4), saec. IX (in volumine extremo f. 232 adest capitulare a. 803 MG. capit. reg. Franc. tom. 1 p. 111 scriptum manu eadem atque reliqua), quem codicem in ipso Baluzius adnotavit delatum esse in bibliothecam Colbertinam 'e Gallia Narbonensi' a. 1682, continet breviarium sic dispositum: *N*

1. Titulus est *libelli ex corpore divi Theodosiani* (vide supra p. XII) *XVI, novellarum Theodosio iuniore unum Aug.* Adpicta est imago imperatoris magna, iuxta quam stant intuenti ad sinistram figurae minores duae, ad dextram tertia. Figurae maiori nihil adscriptum est, sed tituli verba *Theodosio Aug.* item ad eam trahi poterunt; minoribus duabus ad sinistram adscriptum *Valentinianus Aug.* et *Martianus;* deficit adscriptio in figura intuenti ad dextram, Maioriani omnino; omnes quattuor tenent libros. In pagina e regime pinguntur sine libris figurae quattuor adscriptis vocabulis *Severus — Gaius — Paulus — Hermogenianus.*
2. *In Christi nomine incipit auctoritas Alarici rege.* Nomina Goiarici et Timothei non adsunt in hoc exemplari (vide supra p. XXXIII).
3. *Incipit textus librorum legum. In hoc dicta conduntur summi multorum mystica: hoc corpus sacrum, lector, in ore tuo quod nunc a multis constat codix istius dictatus: ex corpore Theodosiani libelli XVI; Theodosiani iuniore novellarum unum; Valentiniani Aug. libellus; nempe Martiani Maioriani Severi et Gai, ubi non sonunt* (sic) *interpretes; Paulus sententiarum libelli quinque; Gregoriani consonant simili libelli quinque; Hermogeniani; Papiani cum sententiis tres. Postmodum in hoc volumine continet scriptus pactus Salicae libellus unus seu et Alamannorum et Ribuariorum et edictus Childeberti regis et domino nostro Karolo imperatore edictus eius extremus scribitur. Hos lege tu, lector, felix feliciter omnes. Et tu qui legis Peregrini mei in bonis memento, dilectissimae frater.*
4. Sub praescripto: *in nomine domini nostri Iesu Christi incipit lex Romanorum edita a Theodosi[o] imperatore seu consulis eius* sequitur index capitulorum breviarii totius; subscriptum *exp capitula.* Singulis rubricis adiectae sunt explanationes titulorum (vide infra in capite octavo).

5. Theodosiani breviati qui sequitur liber primus praescriptione caret, reliqui solos numeros praescriptos habent itemque subscriptos ad hanc formam: *expl lib. i, incipit liber ii* et sic deinceps, nisi quod in fine legitur: *Theodosiani constitutionum lib. XVI expliciunt feliciter*. Excidit quaternio XII, quo continebantur quae sunt a 9, 19, 1, 8 *factus decurio* ad 9, 42, 17 *proscriptorum rem*.
6. Sequuntur breviarii reliqua Novellae, Gaius, Paulus, Gregorianus, Hermogenianus, Papinianus; subscriptum: *exp liber iuriticus ex diversorum sententiis elucidatus*.

Praeter breviarium esse in libro leges Salicam, Alamannorum, Ripuariam, item capitularia quaedam ut ex supra dictis apparet, ita suis locis ab horum editoribus relatum est. — Scripturae specimen dedit Pertzius MG. leg. vol. 1 tab. 1, 5. Ad archetypi litteraturam ducit quod 11, 38, 1, 2 pro *gemino* legitur *semino*. — Inscriptiones et subscriptiones plenae fere sunt, nisi quod in his extremum *conss.* plerumque omittitur, id quod in apparatu non adnotatur. De compendiis et de orthographia, quae corrupta est similiter atque in *H*, pauca quae observanda videbantur in capite nono invenientur. — Liber primarius eo quoque commendatur, quod emendationem manus alienae nullam subiit et ad breviarium quae pertinebant antiquitus ea librarius non minuit nisi uno loco omissa clausula 4, 4, 7, quam ipse interpres adnotavit inutilem esse, nullo autem loco auxit (de 16, 4, 2 errat Haenel brev. p. XIX). — Contulimus Paulus Krueger olim, nuper missum Berolinum ego.

B Wallersteinensis cl. 1 n. 2 (Haenel 19 = 18), saec. X emptus Parisiis iam servatur Maihingen prope Markt-Offingen in bibliotheca principum Oettingen-Wallerstein, sub praescripto f. 1ᵛ: *incipiunt tituli legum ex corpore Theodosiani explanati* rubricas proponit breviarii totius; iis subscriptum est: *explicit breviarium de diversis causis*. Rubricae in ipso codice numerantur more solito; index earum numeros cum continuet per breviarium universum, postrema ita concepta est: *incp titulus Papiani. CCCXLVIIII. De pactis inter virum et uxorem*. Auctoritas Alarici ab hoc codice afuit. Constitutionibus praescribitur: *incip lib Theodosiani primus;* subscriptum ei libro: *explicit Theodosiani liber primus* similiterque conceptae sunt inscriptiones subscriptionesque librorum reliquorum. Finit volumen mutilum 9, 9, 1, 7 in verbis: *amati abscessu defleant*. — Codicem transmissum Berolinum contuli ipse.

G Gothanus fol. n. 84 (Haenel 20 = 7), antea Mogontiacensis (f. 1ʳ inscriptum est: *iste liber pertinet ad librariam s. Martini ecclesiae Moguntincensis M. Sindicus sp. 1479*) saec. X, Breviarium continet una cum legibus Germanicis aliisque (Haenel l. c.). Fuse de libro egerunt Merkel apud Pertzium *Archiv* 11 p. 604 seq. et Blume MG. LL. IIII p. XLII. Descriptus est ex duobus archetypis scriptis iussu Everardi comitis Foriiuliensis et in testamento eius condito a 867 (Becker catal. n. 12 p. 29) filio Unroch legatis, quorum alter complectebatur 'librum de lege Francorum et Ripuariorum et Langobardorum et Alamanorum et Bavariorum', alter 'librum de constitutionibus principum et edictis imperatorum'. Continet f. 224—284 Theodosianum descriptum ex archetypo imperfecto, nam foliis vacuis interpositis deficit textus 3, 7, 2, 6 in verbis *legis huius*, rediens 4, 8, 5. p. 182, 1 in verbis *erunt a multae*. Libros XIII et XIV et XV usque ad interpretationem tit. 1 l. 32 errore librarius bis scripsit. — Omissis et aliis et ipso rubricarum indice codex incipit a verbis *incipit liber Theodosiani*, ad quae postea adiecta sunt haec: *liber primus de constitutionibus principum et edictis*, quae est rubrica prima. Subscriptum est singulis libris *explicit liber primus, incipit secundus* et sic deinceps, item in fine *explicit liber XVI, incipit liber tituli* (sic) *legum novellarum divi Theodosii*. — Breviarium ipsum, quod finit f. 334 in verbis Hermogeniani p. 234, 15 Kr. *defuncto qui ex proprio*, subscriptione caret sequiturque continuo commate nullo separatus tractatus de origine Langobardorum. — A breviario Alarici aliena codex nulla habet exceptis duabus constitutionibus libri extremi 16, 9, 4 et 16, 11, 3. — Codex ut diligentissime emendatus est, ita manum alienam non videtur subiisse, sed quidquid correctum est *(G*ᵇ*)* vel ad textum *(G*ᵗ*)* adscriptum *(G*ᵛ*)*, a primi librarii manu proficisci. — Adhibuerunt codicem primus Sichardus eo tempore Mogontiacensem, quaeque in codice Basileensi cum editione ea coniuncto primo loco (fol. A — I)

leguntur usque ad 2, 14, 1 scripta manu Cochlaei, ex hoc libro descripta sunt. Deinde Haenelius librum adhibuit, post eum ego.

Codices duos Wallersteinensem et Gothanum descriptos esse ex eodem archetypo multa declarant: GB

5, 1, 2, *10 excludunt ... 30 frater *omittunt BG*
8, 18, 6 *bis scripta est et suo loco et post 8, 18, 9 in BG*
9, 7, 2 *ad inscriptionem vocabulum* Nicomediae *ex subscriptione sumptum adiciunt BG.*

Lectionibus id peraeque confirmari et per se ex apparatu perspicuum est et in cap. octavo exemplis pluribus declarabitur. Compendium ppo in cod. *B* librarius interpretatur *praeposito,* sed plerumque in eo abiit in pu. In codice *G* passim reperitur ppo mutatum in ppu; scilicet librarius illud interpretatus *praeposito,* hoc *praepositum,* ubi praepositio *ad* accusativum requirebat antiquum compendium mutavit. Nos haec raro in apparatum recepimus, nec magis adnotavimus, ubi hi libri variant inter *Augg.* et *Aug. Aug.*, item inter *Auggg.* et *Aug. Aug. Aug.* — Interpretationes, quae passim reperiuntur in libro Gothano distinctae notis praemissis *s(cilicet)* vel *id est,* item a nobis praetermissae sunt, quatenus certo separari potuerunt a varia lectione. Illas et ipsas ex archetypo proficisci probabile est; certo dittographias in eo iam adfuisse extra dubium est, cum passim in *G*, aliquoties etiam in *B* legantur in textum relatae. Harum dittographiarum exempla subscripsi, ut ex hoc conspectu et archetypi indoles declaretur et quomodo duo librarii id tractarint. Gothanum qui scripsit, aliquoties (ut 2, 21, 1 bis) ipse *glossae* vocabulum adscripsit.

1, 2, 6, 1 executio] excusatio *B*v
1, 29, 8, 4 coalescere] coalescere uel conualescere *G*
2, 4, 1, 1 symmachum] symmachum (barronianum *superscr.*) *B*, symmachum barronianum *G*
2, 4, 1, 13 istius officii] istius *(om.* officii*) B*, istius modi *G*
2, 5, 2, 5 amputata constitutione] postposita constitutione *BG*
2, 7, 3, 2 de statu ac] ingenuitatis de statu atque *G*, de statu ingenuitatis ac *B*, *videtur fuisse in exemplari* de statu ac (ingenuitatis *superscr.*)
2, 12, 6, 2 alieni iurgii] alieni iuris uel iurgii *BG*
2, 13, 1, 3 uoracitas] rapacitas *B*
2, 21, 1, 2 exhausta] explicata expleta et euacuata exhausta *(tribus primis vocabulis superscr.* glossa*) G*
2, 31, 1, 3 certum numerari] *reliqui et B*[2], certaminum errari *B*[1], certum nominari *G*
3, 1, 2, 6 accedere] liceat accedere *BG*
3, 1, 2, *11 uicinis] uicinis scientibus *BG*
5, 1, 8, 6 delata] delicta *G*t, uel (de)re(licta) uel delata *G*v, derelicta *B*
8, 2, 5, *18 consenserit] concesserit *B*, constituerit *G*
8, 18, 9, *5 hoc casu] statu uel in occasu *G*, statu *B*; *archet.* hoc casu (statu *superscr.*)
9, 1, 1, 4 publicis] *rel. et G*v, suppliciis *G*t
9, 1, 12, 2/3 criminosis priusquam] criminosis non prius datur quam *BG*
9, 3, 7, *4 *post* sacerdotibus *ins.* uel a mendicantibus *BG*
9, 7, 1, 1 cauponae an ministra] causatione amministrata *B*, tabernae amministrata *G*
9, 7, 1, 4 plerumque ipsa] *rel. et G*t, plerumque iura *B*, iura ipsa *G*v

Haec exempla ex apparatu facile augenda ostendunt ad archetypum commune recte tractandum neutro apographo carere nos posse, dittographiam in Gothano plerumque retineri, Wallersteinense e contrario eam evitare altera utra lectione suppressa, auctoritatem autem lectionis receptae eandem esse atque adscriptae. De lectionibus ipsis aestimandis infra agetur.

Murbacensis libri[1]) deperditi (ad litteraturam eius cognoscendam facit quod in apographo 9, 38, 8, 2 *affectus* est pro *affatus,* ad originem, quod post novellam Valentiniani 19 C

[1]) Eius monasterii bibliothecae extat catalogus a. 1464 factus (cf. F. W. E. Roth *Strassburger Studien* vol. 3 a. 1888 p. 336), sed huius voluminis mentio in eo nulla fit, nec magis in relatione de bibliotheca ea inserta operibus Mabilloni et Ruinarti (Paris. 1724) vol. 3 p. 469.

de homicidiis adest in apographo caput legis Burgundionum Romanae de homicidio tit. 2 ita mutatum, ut in eo laudetur *domnus noster Theodericus rex Francorum*) superest in codice Basileae in bibliotheca publica sub numero C. III, 1 adservato f. 1—182 exemplum iussu Bonifatii Amerbach sumptum a librario perito et diligenti (Haenel 21 = 8). Quae legere non potuit cum omisisset librarius spatiis vacuis relictis, ea aliquoties Amerbachius sua manu explevit (3, 11, 1, 20/1 — 3, 16, 1, *4 — 3, 30, 6, *2); alibi ea vacua remanserunt (4, 14, 1, 6 — 9, 19, 4, *3 — 9, 36, 2, 9/10 — 13, 10, 5, 5/6 — 16, 2, 23, 4); item hic illic apographum ex codice emendavit. Praeterea libri tum Argentoratensis, hodie Bernensis variam lectionem ad interpretationem (nam textum Bernensis non habet) Amerbachius adnotavit, ut 4, 4, 3, ubi subscriptum est *A(rgentinense) C(odex)*, et 2, 31, 1, ut similiter in Bernensi aliquoties reperiuntur lectiones Murbacensis libri adscriptae manu Amerbachii; ita 4, 8, 5, *11, ubi *conatur addicere* Murb., *cogitur addici* Bern., in utroque libro altera lectio in margine adscripta est. His exceptis Amerbachius pauca adnotavit; constitutionem 2, 26, 2 correxit ex corpore gromatico; 2, 30, 1, *3 pro *curam* emendavit *curator;* 2, 33, 1, 10 ad *commodaverit* adscripsit *mutuaverit;* 4, 14, 1, *24 adiecit consulem alterum. — Incipit Murbacensis apographum Th. 2, 25, 1, 15 *in diuisione* (quae praecedunt in Basileensi paginatione diversa et interpositis foliis non scriptis separata, sumpta sunt ex Bernensi); finit f. 189 in Paulo 5, 20, 1 *domino restituetur. ista lex interpretatione non indiget;* adscripsit Amerbachius: *hactenus Morbacense collatum cum Argentinense, quod* [scilicet Murbacense] *deinceps mutilum et mancum. Reliqua ex Argentinense; notae in margine sunt exemp(laris) Moguntin(i)* (hodie Gothani). Idem in Bernensi ad eadem Paulina adscripsit: *hinc habui alterum exemplar.* Minus accurate Sichardus, quocum Amerbachius Murbacensis apographum communicavit, in praefatione ait codicem caruisse duobus primis libris, mutilatum item in fine. Compendia apparet eadem fere fuisse atque in *PM;* imperatorum nomina plerumque non perscribuntur; in inscriptionibus solet legi $\overline{ppo}$, sed reperitur item aliquoties $\overline{pp}$ et $\overline{pfp}$. In subscriptionibus *constantin*$\overline{op}$ frequentius invenitur quam sollemne *consta*$\overline{ntp}$. — Librarium archetypum satis accurate reddidisse iam patefactum est reperto codice gemello Eporediensi.

X Eporediensis bibliothecae capituli codex n. 36 saec. IX/X continet solum breviarium Alaricianum incipiens mutilus verbis Th. 3, 1, 4, 6 *precii nomine vilioris,* desinens item mutilus Paul. 4, 1, 16 verbis *placuit pertinere qui manumissi sunt.* Exciderunt folia unum inter Th. 3, 5, 11, 23 *pignora* et 3, 5, 13, *14 *infra ducentorum;* alterum inter 9, 10, 4, 12 *poena* et 9, 14, 1, 6 *siue uir;* duo inter 9, 37, 4, 7 *aliquos* et 9, 40, 13, 9 *puniri;* denique unum inter Th. 16, 2, 44, 7 *maritorum* et nov. Theodosii primae princ. *propositis praemiis quibus artes et studia nutriuntur.* Praeterea maxime in Theodosiano singulorum foliorum partes inferiores margine umore corrupto evanidae factae sunt. Constitutiones per singulos titulos numerantur. Ad interpretationes in margine prima quaeque eius verba adscripta sunt, ut 4, 2, 1 *filia si tempore nuptiarum aliquid preserit* (sic). Pro compendio $\overline{ppo}$ non raro reperitur $\overline{pfpo}$ vel $\overline{pfp}$. — Ipse contuli praeter specimen (p. LXV) ad textum omissa interpretatione libros 4 et 12—16, praeterea 9, 45, 4. Alios locos mea causa inspexit intercedente Traubio Clarkius Americanus.

CX Libros duos Basileensem ex Murbacensi descriptum et Eporediensem n. 36 gemellos esse patet; notabilis est hiatus 12, 6, 22, 13 *exactionem .... superflua* in his libris solis inventus, item 4, 4, 6 subscriptio *Honorio XII et Theodosio VIII* in utroque libro corrupta sic: *honorio et theodosio XII et theodosio VIII;* item 9, 25, 2, *1 *uolentes uel inuitas* interpolatio in solis libris *CX* inventa. — Habet tamen uterque liber et virtutes suas et sua vitia. Non solum ea quae Basileensis omittit spatio vacuo relicto, ut 13, 10, 5, 5/6 — 16, 2, 23, 4, adsunt in Eporediensi, sed etiam a corruptelis illius hic illic Eporediensis immunis est, ut 13, 1, 13, 1 pro vera lectione *haue postumiane k(arissime) n(obis)* in Eporediensi est *habe poitumiane k. noub.*, in Basileensi *posthumiano* reliquis omissis. Similiter 3, 11, 1, 8 *abierit] habiret X, haberet C;* 9, 9, 1, 12 *condam amatus X, condemnatus C;* 9, 24, 3, *7 *ultra* X cum reliquis, *amplius C.* Eadem ratione in minoribus maxime lectiones vetustate vitiatas proponit Eporediensis a librario Basileensi inter scribendum emendatas. Aliis vero locis Basileensis ab Eporediensi ita discedit in melius, ut de coniectura cogitari nequeat appareat-

que Murbacensem fuisse hoc emendatiorem. Ita 7, 7, 1, 1 *cum barbaris X* cum reliquis, *barbaris C* recte cum *R*; 8, 8, 3, 1 *e ritu C* minus corrupte, *recte* interpolans *X*; 8, 18, 2, *11 *muneris causa* in *C* corruptum est, in *X* omissum; 8, 18, 10, 3 *undeunde C* recte, *aliunde X*; 11, 6, 1, *4 hiat solus *X*. Nihilominus ita duo libri sibi respondent, ut sufficeret Basileensem magis integrum totum conferre, ex Eporediensi dare excerpta.

Phillippsianus Berolinensis 1761 (Rose n. 159; Haenel 7 = 2), antea Claromontanus (Sirmondi liber dicitur a Gothofredo ad Th. 4, 17, 3 lectionem *periculo* inde afferente), olim, ut in fine manu saec. XVII adscriptum est, *e(cclesiae) Lugd(unensis)*, scriptus creditur saec. sexto, certe aetate par vel suppar est gemello qui sequitur. Hoc liber proprium habet solus ex Theodosiani omnibus, quod qui eum scripsit adnotationes interpretis pertinentes non ad res explanandas, sed ad ipsius explanationis consilium et maxime ad addenda quaedam, quae non sunt addita, sine dubio destinatas quae tollerentur sylloge absoluta (supra p. XXXV), librarius interdum charactere ad cursivum inclinante distinguit ab interpretatione legitima, id quod in apparatu adnotatum est. — Comprehendit liber solum breviarium mutilum et a capite incipiens amissis quaternionibus duobus 1, 34, 3, *3 verb. *(de)serent et provincialibus* et in calce finiens in Paulo 5, 5, 38 *post prouocationem*. Theodosiani libris singulis interponuntur numeri soli ad hoc exemplum: *expl lib i, incp lib ii;* extremo subscriptum est: *expl Theud lib XVI.* *P*

Monacensis 22501 (= D 2; Haenel 6 = 1), aliquando ecclesiae cathedralis Würzburgensis, incertae originis (de qua commenta virorum doctorum collegit et recte reiecit Haenelius brev. p. XLII), sed sine dubio eiusdem fere atque simillimus qui praecedit itaque non Italicae, sed Gallicae, scriptus est calligraphia pulcherrima saeculo, ut credunt, septimo. — Hic quoque codex prima postremaque folia amisit incipiens in Breviarii indice a rubrica Pauli 2, 12 *de usuris*, finiens in Pauli l. V extremo. — Indici rubricarum subscriptum est: *finiunt capitula.* Praescriptione Theodosianus caret; singulis libris interponuntur soli numeri pariter atque in gemello; item extremo subscriptum: *expl Theudosiani liber XVI.* Post 4, 6, 4, ubi finit quaternio, eius pagina extrema tota fere vacua relicta est et folium unum excisum. *M*

Duo libri *PM* consentiunt non solum in lectionibus, sed in orthographicis quoque ad litteram plerumque nec dubium est descriptum esse utrumque ex archetypo eodem, ad cuius litteraturam pertinet, quod 9, 10, 3, 1 in *M* legitur *re* pro *se*. Hiatus utrique libro communes neque ad alios propagati hi sunt: *PM*

2, 10, 5 *subscriptionem om. P^aM, habent P^b et reliqui*
2, 17, 1, 10 in[gressum ita ut post impetratam actatis veniam iidem ip]se *(sic NL pro* ipsi*) om. [ ] PM*
3, 16, 1, 3 per quascumque occasiones *om. PM*
5, 1, 1, *4 crispo ii [et constantio ii] cc conss. *om. [ ] PM*

Orthographia plerumque est antiqua talis fere, qualem editio nostra in interpretatione reddit. Compendia ad formam antiquam prope accedunt; sicubi differunt, ut in calligraphia *M* potior est pulcherrime scriptus, e contrario librarius codicis *P* et doctrina et industria alterum superat, id quod praesertim declarat adnotationum ad interpretationem adiectarum scripturae diversitas. Nihilo minus ut consentaneum est praestat modo hic modo ille, ut ostendunt quae sequuntur. Praestat *P*:

pp *(= proposita) passim P, ubi* prope *est in M*
*in orthographicis aliquoties P habet antiquiora, ut 2, 10, 6, 4 — 4, 2, 1, *6,* quidquit *P*, quicquit *M*
2, 1, 8, 7 mereatur] *P*, meretur *M*
2, 4, 4, 3 legitimasque] *P*, legitimamque *ML*
2, 6, 3, 2 latis] *P*, datis *M*
2, 10, 5 *subscr. habet P^b, om. MP^a*
2, 17, 1, *24 firmatae] *PL*, firmitate *M*
3, 5, 11, 5 ad quem] *P*, aliquem *M*
11 curatorum eumue] *P*, curatorumue *MG*

3, 7, 3, 1/2 donationum] donationem *PS*, donatio *ML*
3, 12, 3, 11 nec heredes] *P*, *om. ME*
4, 8, 5, p. 181, *7 cogetur] *PS*, cogeretur *M*
4, 8, 6, p. 184, 16 uendi] *PM*[a], uendendi *M*[b]*CS*
4, 22, 4, 6 quocumque] *PS*, quo *M*
5, 1, 5, *1 iam] in *PSG*[t], *om. M*
5, 18, 1, *3 sua] *P*, in sua *M*
9, 10, 4, 11 inpunitate] in unitate *PL*, inmuunitate *M*
9, 37, 2, 6 quaestione *om. P*[a]*M*, *ille in sp. vac.*
11, 11, 1, 17 exitio] *P*, exilio *MG*[v]
11, 36, 1, 4 decet] detet *PL*, debent *M*
15 et anniano] *P*, *om. MSL*
12, 1, 20, 6 ordini] *P*, ordinique *ME*[1]
16, 2, 35, *1 rursus] *P*, *om. M*
16, 2, 44, *1 coniugium] *P*, congium *M*

Praestat *M*:

2, 27, 1, 15 a quibus] *M*, aliquibus *P*
*1 ac talibus] *M*, actibus *PB*
3, 5, 1, 2 sponsos] *M*, sponsis *PLS*
3, 7, 3, 10 res cesserit] *M*, recesserit *P*
3, 8, 2, p. 145, 17 mater] *M*, matrem *P*
3, 16, 1, *18 ream] *M*, eam *PC*
8, 18, 1, *9 plus] *M*, *om. P*
9, 20, 1, 12 actio] *M*, ac *P*
10, 4, 2, 8 fatigarentur] fagitarentur *M*, flagitarentur *PLS*
12, 6, 20, 8 populo] *M*, perpetuo *PS (compendio male soluto)*.

Emendationem manus secundae neuter horum librorum subiit, nisi quod in Berolinensi ad 2, 8, 19, *1 et *18 et 2, 9, 3, 2 varia lectio in margine adscripta est. — Aliena a Breviario primitivo non magis admiserunt.

S Parisinus 4405 (Haenel 10 = 5) aliquando 'fuit ecclesiae beatissimi Hilarii maioris Pictaviensis n. 575', ut ipsi libro inscriptum est; Pictaviensis dicitur etiam Ranconneto.[1]) Scriptus est saec. IX extr. omnino in Gallia. Codex ipse integer est (quat. XII folia transposita sunt sic ordinanda: 115. 112. 113. 114. 117. 118. 119. 116), sed descriptus ex archetypo, cui in fine pauca deerant; finit in cod. Hermog. tit. 1 verb. *quod contestari convenit.* Adiectae sunt in fine formulae quaedam (Zeumer form. p. 132); item tempore posteriore duplex index rubricarum breviarii, alter ante q. I (f. 1—16), alter (f. 25—33) ante q. II. Additamentis his praetermissis libro praescribitur breviarii titulus: *in hoc corpore continentur leges ..... viro inlustre Goiarico comite* (vide p. XXXII); sequitur Commonitorium (p. XXXIII), quod plenum cum inscriptione sua et subscriptione hic liber solus servavit; deinde index rubricarum breviarii universi (f. 17—24. 34) sine praescriptione et subscriptione; denique libri ipsi in breviarium recepti. Propria inscriptione Theodosianus caret, subscriptum est: *explicit Theodosii libri XVI feliciter.* De textu libri eo nomine potissimum notabilis, quod in classe secunda solus ex antiquioribus a capite integer est, infra suo loco dicetur. Orthographiam quamquam librarius aliquatenus emendavit, minus longe in ea re processit quam is a quo proficiscuntur libri *PM*, unde passim hic cum libro *N* consentit archetypum accuratius repraesentante. Propriae sunt librario notae antiquae non constanter, sed passim temere et imperite solutae, ut *imperatio* pro *imperator* frequen-

[1]) In exemplari editionis breviarii Sichardianae olim Ranconneti, de quo statim dicetur, ad Pauli locum 5, 5 a, 1 *evidenter* is adscripsit: *in meo γρ. 'vindicentur'; in Pictav. γρ. 'videntur'*: scilicet *videntur* habet ibi cum plerisque codex Par. 4405, cum *vindicentur* Haenelius reppererit in duobus libris Vaticano reginae 1048 et Bernensi 263. Ranconnetum, quem plures breviarii codices habuisse in praef. infra laudata Cuiacius ait, propterea crediderim item posedisse codicem iam Vaticanum reginae 1048 eumque antea eius factum esse quam Pictaviensem.

tissime; *praepositus* pro *ppo*; *titus* pro *titulus*; *ualentino* pro *valentiniano*; *theodosiano* pro *theodosio*; *publico* = *pu*; *constantino* (interdum add. *aug.*) *praefecto* = *constant(ino)p(oli)*; *pacaciano* (2, 19, 6) = *p(ost) c(onsulatum)*. Horum pleraque nos in apparatum non rettulimus. — Apographum codicis huius factum saec. XVI servat eadem bibliotheca Lat. 16001. 16002 (antea Blaise 2871; Sorbonne 335. 336; Paris. suppl. Lat. 398. 399; Haenel 18 = 9) adhibitum et a Tilio (ut observavit Haenel brev. p. XXVII) et a Bouchardo, de quo plura afferre supervacaneum est. — Ex codice *S* variam lectionem ad Theodosianum adscripsit Ranconnetus ad exemplar editionis Sichardianae aliquando suum, deinde Pithoei (inscripta sunt in folio primo dominorum nomina *de Ranconnet* et *P. Pithoei*), iam bibliothecae publicae Parisinae *réserve F 5*; ad Paulum tamen quae adnotantur, ex parte aliunde veniunt.[1]) — Usus est libro nobis *S* Cuiacius a. 1558 Paulum edens et Ranconneto editionem dedicans.[2]) Ad Theodosianum post Haenelium eum ipse contuli missum Berolinum.

Parisinus 4403 (Haenel 8 = 12; origo ignoratur neque recte creditur liber fuisse Claudii Puteani) saec. VIII exeuntis vel incipientis IX (scripturae specimen adiectum est Hauboldi opusculis vol. 2 p. 918) solum breviarium continet idque (transpositis foliis quibusdam sic ordinandis 63. 65—68. 64. 69, deinde 78. 81. 79. 80. 82—85. 87a. 86. 88. 87b. 89) fere integrum. Exciderunt primi quaternionis (signati olim *A*) folia duo, primum, in quo fuit tractatus eius, de quo infra dicetur, principium (ante eum vix potest scripta fuisse auctoritas Alarici) et octavum, quo continebatur indicis rubricarum pars extrema inde a l. 11 tit. 36 = 4 de quaestionibus ad finem; item unum post 69, quo continebantur 4, 22, 3, *8 *(expetat) sed patiatur* .... 4, 22, 6, *3 *persona agere (potest)*, item post folium paenultimum finiens in interpretationis ad Paulum 5, 28, 2 verbis his: *humiliores personae in iudicium capite puniuntur, honestiores in insulam religantur* folium unum, quo continebantur praeter Paulina reliqua excerpta ex Gregoriano Hermogeniano Papiniano et appendicis prioris principium; adsunt ex ea in folio extremo quae leguntur apud Kruegerum p. 254, 16 *(creditoribus) conveniris* .... p. 258, 8 *libello lata (non fuerit)* reliquis deperditis. Praeterea propter archetypi defectum abest libri XII pars inde a 12, 1, 12, 10 *(ut in utraque serviat) civitate* ad finem libri eius. — Index rubricarum, qui breviarium praecedit adiectis explanationibus iis, de quibus dicetur in capite octavo, inscriptus est *incipiunt capitula de Teudosiani codicis libro I*, extremis, ut supra dictum est, deficientibus folio deperdito. — Theodosianus titulo caret (m. 2 praescripsit: *incipit lib. i thidosiani*) incipiens a rubrica 1, 1 *de constitutionibus principum et edictis*, neque crediderim ullum fuisse in folio quod praecedit deperdito. In fine primi libri legitur: *explicit lib. i Theos, incipit lib. ii*, in fine postremi: *explicit Theudni lib. xui felicyter*; praeterea numeri soli reperiuntur subscripti et praescripti. — Subscriptiones constitutionum per priores libros plenae sunt, deinde fere breviatae, itaque non sunt receptae in apparatum. — Compendia in inscriptionibus subscriptionibusque usitata, in his *ppo* et *pu* ostendunt archetypum ea habuisse ad formam legitimam. — Orthographia tota barbara est; vitia composuit Haenel praef. brev. p. XLIX. — Emendationem secundariam liber non subiit. — Librum contulimus post Haenelium Krueger (praeter interpretationem) et transmissum Berolinum ego. — Utile visum est componere quae in hoc libro nequaquam optimo, sed a solita forma passim recedente adsunt a Breviario primitivo aliena; propter Paulina videndus est Krueger in praef. p. 43. *L*

[1]) Varia lectio, quae in exemplari eo ad Theodosiani libros adiecta est, ut tota fere redit in Parisino 4405 (ad C. Th. 9, 45, 4 quae adscripsit Ranconnetus, in his Graeca, sumpsit puto ex editione Tiliana), ita in Paulinis Ranconnetum pluribus codicibus usum esse iam ex iis intellegitur quae supra (p. LXXVI not. 1) observavi, pergitque adnotare etiam extrema, quae absunt a Parisino. Adhibuisse videtur praeter eum Ranconnetus suum librum qui hodie est Vat. reg. 1048 propter ea quae modo diximus. Sed adsumpsit fortasse etiam tertium Vat. reg. 1128 eum qui nobis servavit Ulpianum; nam cum eo codice constet Tilium usum esse, Tiliana autem Ulpiani editio a Cuiacio (in praefatione ad Paulum) dicatur profecta a Tilio et Ranconneto, eum quoque librum conicias tum fuisse Ranconneti. — Ad gromaticorum scripta a Sichardo cum breviario edita varia lectio a Ranconneto adscripta unde veniat, non examinavi.

[2]) 'Alaricus', inquit in epistula dedicatoria Cuiacius, 'ut scis, Gothorum rex fuit; tuus 'codex Tolosae regem appellat. Codicis enim auctoritatem, quod et commonitorium dicitur, ad 'Timotheum v. s. comitem emissum refert IV non. Febr. anno XXII Alarici regis Tolosae.'

1. In pagina hodie prima primo loco legitur tractatus principio carens, cuius reliquias expressas ab Haenelio ad calcem Breviarii p. 463 mea causa ad edita contulerunt Dorez et Vidier, haec emendantes: v. 1 (Haenelii) ₍p] pro — aduersos — v. 2 qua . . .] q . . . — 3 teme . . . ens locum in . m n b cum uincum] te me a(?)c(?) t . . . r(?)i(?)s locum in omnibus suum.
2. Sequitur in eadem pagina tractatus de gradibus (editus apud Haenelium l. c.) incipiens *in primo gradu patri matri;* ei medio loco inseruntur litteris maiusculis scripta verba *excerpta de libro Scauri,* quae quid significent nescio.
3. Ad constitutionem 2, 4, 7 manus posterior in spatio vacuo relicto adscripsit locum ex edicto Theoderici redeuntem cum subscriptione ficticia in sylloge canonica Anselmo dedicata.
4. Constitutio 3, 12, 1 adiecta ad breviarium adest.
5. Constitutionem post 3, 18, 1 inseruit librarius commenticiam propterea quod adlegatur in novella Theodosii eiusque interpretatione, ad explendum Breviarii hiatum.
6. Constitutionem 9, 25, 2 librarius, ut in adn. ostendimus, interpolavit adhibita lege Romana Burgundionum.
7. Constitutionem post 14, 7, 1 codex inserit item ficticiam, propterea quod constitutio de collegiatis laudata in Anthemii nov. 3 non est in Breviario, item ad hiatum eum explendum.
8. Librum XVI librarius, ut infra demonstrabitur, explevit ex eiusdem exemplari integro.
9. Post Theodosianum nullo intervallo sequitur locus *non tamen omnibus . . . . posteriorem excludet* sumptus ex Gaio Visigothico 2, 8, 4—6 male corruptus.

Paris. 4406 f. 57—59 Parisini libri n. 4406 (Haenel 11 = 17) folia tria 59. 57. 58 (sic ordinanda) aliquando prima codicis breviarii fuerunt nostri *L* simillimi explentque aliquatenus, quae in eius principio perierunt. Insunt haec:

1. Tractatus *de gradibus* incipiens *ego. filius meus, ego sum pater,* finiens *femina hisdem de causis apellat filium, nepotem, pronepotem, adnepotem,* editus apud Haenelium brev. p. 458 ex codicibus Parisino 4410 et Vaticano reginae 1023.
2. Auctoritas Alarici regis (p. XXXIII). In ea quae Cuiacius in ed. altera a. 1586 mutavit, veniunt ex hoc codice.
3. Tractatus *de trina conventione,* de quo infra p. LXXXIII dicemus agentes de appendice posteriore.
4. Tractatus *de litis expensis,* incipiens *scriptione de litis et expensis: igitur eo in dei nomine ille,* finiens *hanc editionem manu propria subterfirmavi,* editus ex hoc libro ab Haenelio apud Hauboldum opusc. 2 p. 911, ex hoc libro aliisque apud Zeumerum in formulis p. 536 c. 4.
5. Interpretationes breviarii Th. 9, 1, 9 et Pauli 5, 39 editae item apud Hauboldum l. c.
6. *Incipiunt tituli legum ex corpore Theodosiani explanati.* Deficit index l. 2 tit. 4 in verbis *de denuntiatione vel edictione rescribenti hoc est ut pu.*

Tractatui quarto aliquatenus respondent quae leguntur in principio folii hodie primi codicis *L*; sequitur in eodem tractatus de gradibus huius nostri primo non absimilis; uterque ibi quoque est ante rubricas.

K Parisinus *nouv. acq. Lat. 1631* (= *fonds Libri* 81, 85; Haenel 12 = 13), antea custoditus Aurelianis fortasse antiquitus; neque enim improbabile est ad eum respicere auctorem saec. XII in commentario scripto Parisiis ad decretum Gratiani (cod. Bamberg. P. II. 26; inde Maassen in Bekkeri et Mutheri ann. iuris 2, 221) interpretantem loci sumpti ex Paulo 5, 36, 1 int. verba 'ista iam superius' sic: 'haec possunt esse verba G(ratiani) dicentis '*superius,* id est superiore parte Theodosianae legis, vel sunt verba ipsius imperatoris 'Theodosii. Sed cum Theodosianus codex non sit in Lonbardia, est tamen Aurelianis et 'apud sanctum Dionysium'. Eum a Gothofredo ad C. Th. 9, 13, 1 laudari ut 'codicem Aurelianensem' observavit Haenel (Theod. p. XXX not. 173). Postea fuit Aurelianis primum in bibliotheca Proustean, deinde in publica n. 207 *(catal. des dép.* vol. 12 p. 121*),* nuper per vices cum furtis Librianis coniunctas translatus Parisios (Delisle *notice sur*

plusieurs ms. de la bibl. d'Orléans p. 30; *catal. du fonds* Libri p. 109; *notices et extraits des manuscrits* vol. 31 [1884] p. 386). Saeculi est X scriptus manibus plurium in Gallia. Ex Theodosiano quae habet foliis aliis deficientibus, aliis transpositis incipiunt mutila 3, 1, 5, 2 *quod si factum*, finiunt item mutila 16, 11, 3, 2 *parentum nostrorum*. In fine breviarii (f. 96—98) est appendix prior, de qua infra p. LXXXIII dicetur; subscriptum ei: *expliciunt tituli iuris quae in lege Romana consistent feliciter amen*. Ex codice, quem totum contulit Haenel, ego praeter specimen (p. LXV) et appendicem contuli librum quartum; sed tam similem eum repperi plene collatorum ordinis posterioris, maxime nostri *L*, ut haec sufficere viderentur.

Lugdunensis Galliae codex n. 303 saec. IX/X (Haenel 13 = 10), ibidem ut videtur custoditus ab antiquo, incipiens mutilus 3, 16, 1, finiens item mutilus in Paulo 3, 6, 44, memorabilis est propter interpretationem ab homine rerum perito mutatam auctamque, quam totam edidit Haenel tractavitque item Iac. Flach *(études critiques sur l'hist. du droit romain* Parisiis 1890*)* p. 83 seq. Locum inde inlatum in codicem Trecensem n. 1406 saec. XIII esse adnotavit Fournier *annales de l'Université de Grenoble* 11 (1899) p. 352. Ego Parisiis textum contuli praeter specimen (p. LXV) ad finem libri quarti. Hic quoque liber in textu perraro recedit a solita forma neque dignus visus est, quem totum post Haenelium conferrem. *Q*

Pithoeanus liber saec. IX, nobis *F*, hodie exigua parte (Haenel 11a = 17b) excepta deperditus, nobis innotuit per ea fere, quae inde Petrus Pithoeus pater (1496/7—1553/4) adscripsit ad exemplar editionis Sichardianae servatum hodie in bibliotheca Parisina *(Réserve F 4)* adsumpto apographo partis eius libri quod est in bibliotheca eadem n. 4420. Ad exemplar illud Sichardianum quae sunt adscripta, codice ipso teste 'Iacobi Cuiacii et Petri Pithoei sunt'; examine instituto a Leone Dorez bibliothecario Parisino collectaneorum Pithoeanorum iudice peritissimo patefactum est partem eorum antiquiorem et maiorem venire a manu perito illi ignota, quae non potest esse nisi Petri Pithoei patris, posteriorem longe minorem a manu Petri Pithoei filii, non a manu Cuiacii. De codice illo a Petro Pithoeo patre usurpato quae exposui in eph. Savigniana vol. 22 (1901) p. 55 seq. hoc loco breviter repetuntur. Volumen, quod passim 'nostrum' dicit Pithoeus, continuit haec[1]): *F*

1. Theodosiani variam lectionem adscripsit Pithoeus pro ea aetate satis plene; inde in hanc editionem recepta est varia lectio ad librum quartum speciminis causa, nam ipsa prae melioribus utilitatem non habet. Demonstrabitur in capite octavo codicem *F* etiam solito magis vaccillare inter librorum ordines duos, propria autem quae quidem utilia sint in lectionibus nusquam apparere. Attamen, ut in capite quinto videbimus, servavit hic liber constitutiones in ordinem receptas duas 1, 2, 9 — 1, 15, 17, quas alius codex plenus nullus habet, quamquam decurtati et epitomati aliquot eas noverunt. Ad secundam Petri Pithoei filii frater Franciscus adscripsit in exemplari editionis Cuiacianae a. 1566, de quo dicemus in capite septimo: *in lib(ro) fr(atris)*, significans opinor exemplar nostrum Sichardianum.
2. Novellas Pithoeus pater similiter in exemplari illo Sichardiano adnotavit, earum autem quae apud Sichardum deessent laterculum eidem inseruit ante novellas Valentiniani f. 94, ad quem laterculum respicit Cuiacius in praefatione a. 1566 verbis: 'novellarum quae desunt notitiam contulit ultro Petrus Pithoeus' edideruntque eum laterculum Cuiacius in editione ea particulatim, integrum Pithoeus in editione novellarum, quae prodiit a. 1571. Scilicet in dedicatione eius a Pithoeo ad Cuiacium directa sic est: 'Ecce tibi novellas ipsas, quarum ob solum indicem, quem ex meo libro' [scilicet exemplari illo Sichardiano] 'cum quibusdam aliis imperatorum legibus acceperas, profusissime .... 'me honorasti. unde vero, inquies? ex eodem ipso copiae cornu, ex quo et index pro- 'dierat, id est ex bibliotheca patris mei .... Novellas eas pater cum .... ipse non

---

[1]) Praescripta, quae in ephemeride Savigniana attuli, socius operis huius Paulus Meyer volumine diligentius examinato docuit me scripta esse a Petro Pithoeo filio et spectare ad codicem alium, sicut exponetur in capite septimo.

'posset, ab amanuensi suo ex veteri quodam exemplari describendas curaverat .... 'post eius luctuosissimum obitum Ioannes et Nicolaus filii illi gemini mihi consan-'guinei fratres .... in magno librorum chartarumque cumulo me tum quidem vix 'pubere et studiorum causa absente has quasi e naufragio tabulas (exceperunt) .... 'Nuper ... cum de tuo Codice Theodosiano mentio incidisset et a me harum Novella-'rum ... amissio ... deploraretur, dixerunt illi habere se care repositas atque etiam 'ultro obtulerunt'. Schediasmata haec patet esse ea ipsa quae iam servat bibliotheca Parisina sub n. 4420.

3. Ad reliqua inserta Breviario quid habeat exemplar Sichardianum adnotatum, non examinavi; superest ipsius codicis pars extrema hodie Berolinensis Lat. fol. 270 (Haenel 11a = 17b) incipiens in Gregoriano 10, 1 p. 231, 21 Krueger *filio familiae*.
4. Appendices duae item supersunt ex ipso codice ita, ut in hoc libro, pariter atque in Eporediensi nostro *E*, praecedat Kruegeri posterior, sequatur prior in fine mutila finiens c. 19 p. 257, 5 Kr. verb. *intestata.* Illa appendix inscriptione caret, subscriptum est *expl lib iuris feliciter,* ut appareat hanc librario visam esse partem Breviarii ipsius; alteri appendici quod praescribitur *institutio Gregoriani lib. I tit. XII* vere est principium textus corruptum.
5. Post appendices duas verisimile est perscriptam fuisse novellam Leonis et Severi de corporatis descriptam in exemplari illo Sichardiano f. 167 et inde editam apud Cuiacium a. 1566. Eius novellae hoc solum exemplum innotuit plenum, nam alterum codicis Vaticani reginae 1050 antea Petaviani subscriptione caret (errat Merkel MG. LL. 3, 624), tertium Fuldense non habet nisi epitomam corruptam. Constitutionem eam constat ad nos pervenisse cum lege Burgundionum Romana, quae tit. 46 constitutionem hanc laudat. Ea in duobus exemplaribus ex tribus (in Fuldensi adhaeret Breviario post locum Papiniani) eam legem praecessit, nam codex Vaticanus post verba eius extrema *colonus fuisse cognoscitur* sub titulo *incipiunt capitula Papiani libri responsorum* legem Burgundicam exhibet, neque multum ab ea ordinatione discessisse crediderim librum Pithoeanum.
6. Sequitur in Sichardiana post eam legem *Modestinus regularum lib III sub titulo de bonis libertorum et de testamentis. Cum ... testamentum,* quem locum Pithoeus filius (cum Collatione legum Mosaicarum et Romanarum a. 1573) edidit p. 54, addens p. 111: *hanc unam Modestini regulam ex alio codice qui patris v. c. fuerat pridem habuimus.* In alio nullo codice hodie noto ea inventa est, pendentque posteriores ab editione Pithoeana.
7. Sequitur in Sichardiana exemplo locus *de reorum custodia. Impp. Arcadius et Honorius. Nec diversorum cet.* (extrema desecta sunt); eadem leguntur in Fuldensi post constitutionem illam Leonis et Severi epitomatam. Sunt haec inscriptio et interpretatio Th. 9, 1, 18.
8. Legis Burgundicae Romanae Cuiacium, qui primus eam edidit, expressisse praecipue codicem hunc iam Berolinensem f. 1—10 viri docti consentiunt; ipse declarat, ut sagaciter observavit Blumius (MG. LL. 3, 588), folia ea olim in volumine extremum locum occupavisse, nam pagina extrema detrita est habetque formulas libri finiti, scilicet post lamentationem librarii de operis difficultate, quam expressit Blumius l. c., verba haec: *Aymohenus inlustrissimus com fieri iussit.*

Exemplar illud Sichardianum ex supra dictis apparet adhibitum esse a Cuiacio ad editionem a. 1566 subministratum ei a Pithoeo filio; supplementum, scilicet cod. Paris. 4420, hic postea inventum publici iuris fecit. Haenelius et id habuit et quae ex codice ipso supersunt; exemplar adnotatum non vidit.

16 Vaticanus reginae 1128 (Haenel 16 = 6, nobis quoque in specimine 16), fortasse aliquando Ranconneti (vide supra p. LXXVII not. 1), deinde Alexandri Petavii, praeter Ulpiani regulas, quas nobis servavit solus, aliaque (videatur Haenel l. c.), habet breviarium. Praescribitur rubricis: *incipiunt capitula legis Romanae: libri Theod num. XVI,* ipsi breviario: *incipit lex Romana Theodosii Augusti: libri numero XVI.* Post Theodosianum sub praescripto *ex corpore Theodosiani librum sub titulo XXVIIII constitutio sexta* legitur con-

stitutio, cui iam in re incerta locus adsignatus est 4, 20, 2. — Hoc codice Tilium usum esse demonstravit Haenelius praef. Theod. p. XXVII, brev. p. LXXXIX. Nos satis habuimus variam lectionem libri ad specimen (supra p. LXV) proponere; plane consentit, ut ostendunt et lectiones reliquae et hiatus 1, 3, 1, cum nostris *PMS*.

Vaticanus Ottobonianus 2225 (Haenel 17 = 6; nobis quoque in specimine 17), saec. IX, 17
item aliquando reginae Christinae (adnotati sunt in ipso numeri antiqui hi: 'volumen CXIV non Petavianum' — 'numero 114 not. 1656' — 'in bibliotheca seren. reginae num. 378' — '3025'), breviarium habet incipiens mutilum 1, 16, 5: *impp. constantinus ā. ad prouinciales: cessent*, finiens solito more in loco Papiniani vel potius Papiani *loco placire: ista lex intp non indiget. expl.* Sequitur nullo intervallo appendix prior (vide infra p. LXXXIII). Eam excipit f. 187' index regum Francorum incipiens a Theoderico, finiens in Pipino, quem dabimus in capite sexto enarrantes codicem decurtatum Parisinum 4409 et subscriptio Aniani (p. XXXV). — Nos, cum liber propria nulla habeat plane conveniens cum *PMS*, eum quoque ad specimen solum (p. LXV) et Appendicem eam conferri iussimus.

Montispessulanus 84 (Haenel 14 = 14, nobis quoque in specimine 14), saec. IX, scriptus 14
a Vulfino quodam iussu Martini episcopi in usum Collicensis gregis (vide subscriptionem apud Haenelium l. c. et *cat. des départements* vol. 1 a. 1849 p. 317), deinde Bouherii, breviarium proponit adiuncta post subscriptionem *expl liber iuris feliciter* appendice priore (p. LXXXIII), post quam reliqua pars paginae vacat. Liber, quem tractavi Parisiis, cum pariter atque praecedentes non differat fere a nostris *PMS*, in hiatu quoque 1, 3, 1 cum iis consentiens, nos eum non contulimus nisi ad specimen (v. p. LXV) et ad Appendicem illam. Ex hoc codice Appendix ea Cuiacio videtur innotuisse.

CAPVT QVINTVM.

ADDITAMENTA BREVIARII SVMPTA EX THEODOSIANO INTEGRO.

Alaricus rex breviarium emittens iudicibus regni Visigothorum praescripsit, ne ullam legem iurisve formulam in foris suis sinerent allegari in corpus illud non relatam. Huic iusso quod ipsa interpretatio refragatur remittens bis (3, 13, 2 — 3, 16, 2) ad Pauli responsa in breviarium non recepta, supra p. XXXV rettulimus ad condicionem Breviarii ab auctoribus non absolutam et intempestivam eius publicationem. Post Alaricum haec lex ut putanda est obtinuisse in Hispania et in Septimania, ita in reliqua Gallia non tam videtur exolevisse quam numquam recepta esse, quoniam Galliae Wisigothicae longe maior pars paucis annis post breviarium publicatum Francorum regibus cessit, ad Francicam autem Galliam interdictio illa Alariciana non pertinuit. Omnino Breviario Galli utebantur non propter iussum Alarici[1]), sed pro lege Romana, adhibentes una cum corpore eo quidquid ex iure Romano praeterea ad manus fuit, scilicet ea quae cum eo corpore tradita habemus Ulpiani regulas et legem Burgundionum Romanam, maxime autem si quos libros in corpore illo breviatos nacti sunt integros, Pauli sententias, codices Gregorianum et Hermogenianum et Theodosianum, novellas post Theodosianum emissas. Itaque cuiusvis horum librorum editori duplex quaestio instituenda est, altera de forma eorum Wisigothica, altera de additamentis Alarico posterioribus, potuitque eorum temporum peritus qui novellis plenis utebatur reliqua opera habere breviata tantummodo.[2])
Iam igitur nos procedimus ad mutationes, quas subiit Theodosianus ab Alarico in compendium redactus.

Imminutum esse compendium Alaricianum per tempora posteriora in universum negandum est, ut mittamus hoc loco exemplaria decurtata itemque epitomas, de quibus postea dicetur. Exceptionem facit una constitutio 4, 4, 7 in libris longe plerisque, scilicet in classis nostrae prioris *NO* et in omnibus posterioris, finiens in verbis *lucra non capere,* propterea quod interpretatio addit: *extrema pars legis ideo non habetur scripta vel exposita* (sic *HNB, scripta vel* om. reliqui), *quia novella lege calcatur;* servaverunt recisa ex libris hodie notis soli *HBE.*

Additamentorum ad Theodosianum duo genera sunt, alia ad finem breviarii seorsum adscripta, alia ipsi breviario inserta. Utrumque genus quamquam etiam ad decurtatos codices quosdam et aliquas epitomas pervenit, ante eorum recensum placuit exponere. Ad codicum parentelas determinandas neutrum genus multum confert propterea quod contaminatio exemplarium in breviario et mature coepit et late patuit.

---

[1]) Nihilo minus credibile est temporis posterioris peritos parum sollicitos de regni Alarici finibus auctoritatem eius ad Gallica tribunalia omnia rettulisse; quo ducit cum auctoritas eius recepta in exemplaria permulta etiam decurtata et epitomata (p. XXXII) tum quae supra (p. XXXVII) observavimus de auctoritate ea iterata a Karolo magno.

[2]) Notabile est quod in capite sexto ostendimus Consultationis auctorem adhibuisse Theodosiani breviationem Alaricianam una cum Gregoriano et Hermogeniano integris.

Prioris ordinis auctaria postquam ipsa ediderunt Haenelius (brev. p. 452—455) et adiecto iusto apparatu separatisque appendicibus duabus Kruegerus (coll. libr. iur. anteiust. vol. 3 [1890] p. 247—263), de iis hoc loco pauca sufficient, eo magis, quod non Theodosianum solum supplent, sed item Gregorianum et Hermogenianum et Pauli sententias. Appendices duas coniunctas exhibent libri duo Eporediensis 35 nobis *E* (cum inde descripto Parisino 4406 f. 53—55) et in hac certe parte simillimus ei Berolinensis Lat. fol. 270 foliis 12. 13. 11 (sic ordinandis), noster *F*. In his post breviarium nullo intervallo legitur primum appendix posterior, cui subscribitur: *expl. lib. iuris feliciter;* deinde prior sub praescripto corrupto *institutio Gregoriani;* subscribitur in Eporediensi (Berolinensis mutilus est) *explicit liber Theodosii et novellarum*. Separandus inde est commentariolus *de trina conventione* (§§ 11—14 Krueger), quem separatim exhibent codices Lugdunensis Vossianus quart. 47 et Parisini duo 4406 (f. 57, vide supra p. LXXVIII) et 4410 (adiuncto folio inde evulso Paris. 4406 f. 68) ediditque inter formulas medii aevi Zeumer (MG. form. p. 534 c. 3). Appendix posterior alibi non invenitur; prior Kruegeri reperitur sola in codicibus quinque, plenis quattuor, Parisinis duobus 4403 (nostro *L*) et *nouv. acq.* 1634 (antea Aurelianensi, nostro *K*), Montispessulano 84, Vaticano Ottoboniano 2225, item in quinto epitomae Monachi quae dicitur Parisino 4419; habuit eam item Hincmarus Remensis (p. LXXXIX). — In Montispessulano post Papiniani locum Breviarii extremum et constitutiones Gregoriani codicis quattuor 4, 2. 5, 1. 10, 1. 12, 2 (cf. Krueger l. c. p. 249) et breviarii subscriptionem *expl. lib. iuris feliciter* appendix haec legitur tam sine praescripto quam sine subscriptione. Consentiunt Ottobonianus et Aurelianensis, nisi quod ab his absunt constitutiones Gregoriani quattuor et quod in Ott. subscribitur simpliciter *expl.* Neque aliter videtur appendix haec scripta fuisse in Parisino 4403, ubi foliis tam eo quod praecedebat quam eo quod sequebatur deperditis appendix haec utrimque mutila est (p. LXXVII). Epitomae Monachi codex Paris. 4419 inter ipsam epitomen et appendicem hanc interponit caput *de meretricibus et infamibus* (dabitur infra ubi epitome ea recensetur) et interpretationem novellae Theodosii 15 *de curialibus (nulli . . . subiturum)* et subscribit appendici: *explicit liber legum Romanorum.* — Inter exemplaria Appendicis quae habemus optima sunt Montispessulanum et Ottobonianum et quatenus pervenit *L*, deteriora *EFK* Paris. 4419. — Continent appendices duae locos selectos ex iisdem libris quos adhibuerunt periti Alariciani; ex Theodosiano sumptae sunt, ex parte adiectis numeris libri titulique, in appendice priore constitutiones 1, 2, 11 — 1, 2, 12 — 1, 16, 12 — 1, 22, 3 — 1, 34, 1 — 4, 16, 1 — 4, 17, 1 — 4, 17, 2 — 4, 17, 4, in appendice posteriore 2, 18, 2 — 4, 18, 1 — 6, 27, 10 — 10, 13, 1. — Constitutiones in appendicem priorem receptas primus edidit Cuiacius a. 1566, fortasse ex libro Montispessulano; ex altera constitutionem 2, 18, 2 (reliquas aliunde habuerunt priores) primus edidit Gothofredus usus excerptis Pithoeanis ex Parisino 4406. Apparatum dedi ad codices supra recensitos omnes. *Appendix prior et posterior*

Additamentorum ad Breviarium adiectorum ex Theodosiano integro alter ordo complectitur rubricas constitutionesve ipsi corpori Breviarii insertas. Recensentur eae in hoc capite ad ordinem Theodosiani non exclusis insiticiis; si qui codex plura eius generis additamenta exhibet, ad primum eorum omnia tractantur. Invenientur in hoc recensu constitutiones omnes, quas exhibent pleni Breviarii libri non omnes, eae quoque, quae instructae sunt interpretatione facta ad formam Alaricianam; dubitationi, utrum eae magis ex parte codicum exciderint, in breviario locum esse supra negavimus idque infra ad singulas confirmabitur.

I. GESTA IN SENATV; TH. 1, 1—16. *GESTA ET 1, 1—16*


Ambrosianus C. 29 inf., nobis *A* (Haenel 5 = 20), praeter alia a glutinatore cum hisce nostris coniuncta (scilicet Ciceronis de officiis libros et scholia in eiusdem orationes in Catilinam, pro Marcello, Ligario, Deiotaro ex hoc codice ab A. Maio in lucem protracta ed. Orell. vol. 5 part. 2 p. 369 seq.) extremo loco continet in quaternionibus binionibusve undecim numeratis, scriptis ab eadem manu saec. fere XI perita et pulchra (specimen est apud Clossium) Institutiones Iustiniani (qu. I—VII et binio VIII; subscr. *explicit liber quartus institutionum;* vacant deinde paginae duae) et partem primam Brevi- *A*

arii Alariciani (binio VIIII = f. 141—144; qu. X = f. 145—152; quaternio XI deficientibus foliis duobus quinto exciso, octavo deperdito = f. 153—158). Binio signatus VIIII (f. 141—144) continet gesta senatus de codice Theodosiano publicando adiecto rescripto ad constitutionarios; indicem titulorum codicis Theodosiani totius cum subscriptione *expliciunt tituli lib teodosiani* librorum indicatione miniatori relicta neque expleta; denique sub praescripto *de Theodosiani codicis auctoritate* Theodosii novellam primam item in indice eo recensitam; reliqua pars paginae vacua remansit. Quaterniones X. XI (f. 145—156) continent, rubricis praeter unam (l. 2, 3) miniatori ad explendum relictis, ipsius codicis librum primum, cui subscribitur *explicit*, item secundi partem primam ad tit. 4 c. 6 verb. *proponat et*, in quo finit q. XI f. quartum; quintum cum excisum sit, fortasse quaedam perierunt, non multa tamen, nam f. 157. 158 (cohaerentia cum f. 154. 155) quaternionis XI sextum et septimum librarius vacua reliquit[1]; itaque codex descriptus sit necesse est ex archetypo mutilo finiente 2, 4, 6 aut paulo post. In iisdem foliis 157. 158 prima pagina vacua relicta post tempus perscriptus est manu recentiore 'rhythmus in assumptione virginis Mariae' cum subscriptione hac: *hanc prosam attuli de Montagut in festi s̄. Katerine anno MCCXII'* (non XIV) *ab incarnatione domini*, qui locus ubi fuerit (de Agunto Norici Clossius cogitavit, de Montaigu Galliae Haenelius) equidem ignoro. De origine codicis cum aliunde non constet, scripturae corruptae (*iusta* = iuxta 1, 6, 12; *subiestio* = suggestio 1, 10, 8. 1, 15, 3) ad Italiam potissimum ducunt. Theodosiana huius libri reperta a se a. 1820 et diligenter et plene descripta edidit Walth. Frid. Clossius (Theodosiani codicis genuina fragmenta ex membranis bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis nunc primum edidit W. F. Cl. Tubingae 1824. 8). Librum post eum recognovimus editores Theodosiani Haenel et Vesme et a. 1868/9 Paulus Krueger noster et a. 1899 ipse ego.

Archetypum, cuius mutili facti partem primam codex servavit, breviarium repraesentavit compendiatum ad formam Alarici, sed auctum ex Theodosiani integri exemplari imperfecto finiente fortasse 1, 16, 5. Continentur eo haec:

1. Gesta senatus de publicando codice Theodosiano a. 438 cum subscriptione Laurentii scribae et constitutione de codice describendo data a. 443 in hoc solo libro servata sunt.
2. Theodosii novella prima inscripta *de Theodosiani codicis auctoritate.*
3. Indici rubricarum praeterea sumpto ex breviario in libro primo inter eius rubricam quintam *de officio praefectorum praetorio* et sextam *de officio rectoris provinciae* inseruntur rubricae novem in indice nostro p. 5. 6 signatae numeris 6 *de officio praefecti urbis* ad 14 *de officio praefecti Augustalis,* separatae tamen a rubricis breviarii per interstitia et marginem latiorem a librario evidenter eo intento, ut duo archetypa a se adhibita distingueret. Rubricae hae cum sint eae ipsae, sub quibus deinde librarius exhibet constitutiones in Breviarium non relatas (nisi quod deficit in indice casu omnino 15 *de officio vicarii*), desumpserit eas necesse est ex ipso Theodosiano, non ex adiuncto ei indice titulorum, sed praescriptas titulis suis, quoniam postea indicem ad breviarium exhibet, destitutus scilicet exemplari Theodosiani.
4. Post libri primi titulos tres primos, quos codex dat ad breviarium, a quarto inde ad tit. 16 const. 6 librarius seposito breviario (quamquam adsunt etiam in hac parte eius interpretationes) Theodosianum integrum secutus est. Praeteriisse eum quaedam sive consilio sive casu (ut postea in breviario praeteriit 1, 16, 13) ostendit codex unus, quem cum hoc componas, Taurinensis habens huius libri tituli quinti leges 4—14, quarum duae 6 et 12 in Ambrosiano deficiunt. Nihilominus verisimile est in hisce titulis Ambrosianum a plenis libris non multum differre.
5. Libri sexti rubrica nobis secunda *de senatoria dignitate,* quae abest a breviario, ante titulos eius libri in Breviarium receptos in indice est rubricarum Ambrosiano, cuius archetypum verisimile est in hoc titulo constitutionem unam pluresve aliquot ad breviarium addidisse.

[1]) Quaternio XI hodie sic cernitur:



6. In l. XVI praeter titulos in breviarium relatos Ambrosianus habet quarto loco in eo omissum ***de his qui super religione contendunt***, item post rubricas Theodosianas subiungit has spectantes ad constitutiones Sirmondianas:

de his qui famis (fames *A*[a]) tempore sunt collecti
de his qui pro paschali festivitate de carceribus educuntur.

Archetypum igitur in l. XVI prope accessit ad id genus codicum de quo postea dicemus *DYO*, quamquam, nisi index fallit, non omnia habuit in hos recepta.

Ad textum quod attinet, secunda manus in libro non cernitur, sed librarius quae scripserat ipse emendans non uno loco (1, 10, 8, *13 — 1, 15, 3, 3) tradita corrupit.

II. RVBRICAE LIBRI I. *Rubr. l. I*

Index Parisinus rubricarum libri primi servatus est in solo codice Parisino 4413 saec. X post breviarium decurtatum folio extremo. Sub praescripto *de nomina officialium qui curam gerebant antiquo iure in Romam* recensentur rubricae sedecim (secundum nostram numerationem 6. 7. 8. 10. 11. 13. 14. 15. 17. 18. 19. 28. 30. 31. 33. 34) aperte sumptae ex codicis Theodosiani exemplari pleno, respondentes aliunde testatis nostris 6. 7. 8. 10. 11. 13. 14. 15. 34, ut etiam septem reliquas dubium non sit ibidem adfuisse. Ad rubricas singulas pauca verba adiecta sunt ad eas interpretandas pertinentia, quorum quaedam apparet proficisci ex ipsis constitutionibus. Repperit indicem Gustavus Haenel ediditque primum in Richteri annalibus criticis 1 (1837) p. 665, deinde cum Theodosiano ad l. 1 tit. 17. Ego indicem, cuius lectio pluribus locis evanida est et incerta, cum rubricis edidi p. 5—8 ad exemplum diligentissime sumptum a Kruegero.

III. 1, 2, 9. *1, 2, 9*

Leges duae 9 de diversis rescriptis (1, 2) et 13 de officio rectoris provinciae (1, 16) ipsae veniunt ex uno codice, nobis *F*, deperdito Pithoeano adiecta interpretatione (v. p. LXXIX). Habuerunt eas praeterea archetypa codicum plurium decurtatorum: interpretatio utriusque cum subscriptione prioris est in Leid. Voss. 47; interpretatio prioris in Ambrosiano C 276 inf. et Taurinensi H. VI. 24; interpretatio posterioris in Fuldensi. Utramque habet praeterea epitome Aegidiana. — Quamquam interpretatio adest, has duas constitutiones integras servatas in uno Pithoeano dubium non est afuisse ab archetypo Alarici additas postea ex Theodosiano integro et interpretatas.

IV. 1, 15, 17. *1, 15, 17*

L. 17 de officio vicarii (1, 15), quae cum inscriptione et subscriptione reperitur in codice Ambrosiano, cum rubrica sua additoque eius vero numero *XV*, sed sine inscriptione et subscriptione et praescripto vocabulo *intp*, reperitur in decurtatis duobus Parisino 4412 (a quo numerus rubricae non abest) et Vaticano reginae 1023. Ex illo, qui fuit Pithoei, quamquam dubitabat Haenelius, Pithoeus eam adscripsit ad exemplar ed. Cuiacianae a. 1566 adnotans 'ex v. c. meo de officio vicarii' indeque eam edidit Cuiacius in ed. a. 1586. Simul prodiit constitutio Alexandri Greg. 9, 1, quam habent libri duo Parisini 4412 et *nouv. acq. Lat.* 1631 (antea Aurelianensis). — Indidem venit, quod in iisdem libris, qui habent numerum XV, ad titulos libri primi quattuor in breviarium receptos adscripti sunt numeri inde pendentes, scilicet *de officio rectoris* (brev. VI) *XVI* — *de officio iudicum civilium* (brev. VII) *XVII* — *de defensoribus civitatum* (brev. X) *XX* — *de adsessoribus* (brev. XI) *XXI* (sic in indice rubricarum codicis Parisini).

V. 1, 16, 8. *1, 16, 8*

L. 8 de officio rectoris provinciae (1, 16) eo loco (nam est item in cod. Iust. 3, 3, 5) edidit sine interpretatione Iac. Gothofredus 'ex ms. nonnullis ac nominatim ex ms. P. Danielis'. Eius codicis alibi mentio non fit.

VI. 1, 16, 13 vide ad 1, 2, 9. *1, 16, 13*

VII. 2, 7, 1. 2. *2, 7, 1. 2*

Leges 1. 2 de dilationibus (2, 7), ut in hac editione numerantur, in codice Guilelmi Malmesburiensis Oxoniensi adscriptas esse ad archetypum Breviarii ex ipsa serie constitutionum intellegitur; scilicet proponuntur ita:

tit. de temporum cursu	4 a. 338	=	nostrae ed. 2, 6, 4
tit. de dilationibus	[1 a. 314]	=	nostrae ed. 2, 7, 1
	[2 a. 327]	=	nostrae ed. 2, 7, 2
	3 a. 340	=	nostrae ed. 2, 6, 5.

Nam constitutio a. 340 propter argumentum ad titulum *de temporum cursu* referenda et praescriptionem habens (etiam in *O*) *iidem AA.*, eiectis iis et suum locum obtinet et recte refertur ad eundem imperatorem atque constitutio a. 338; contra interpositis cum Oxoniensi duabus et a suo titulo movetur et male adscribitur Constantino. Accedit quod traduntur fere cum C. Th. 3, 12, 1, quam additiciam esse infra demonstrabitur. — Praeter Oxoniensem constitutio posterior legitur in folio 100 hodie solitario codicis Vat. reg. 520, de quo mox dicetur; interpretatio utriusque invenitur etiam in decurtatis tribus Parisino 4408, Parisino 4409 et Bernensi 263.

3, 12, 1 VIII. 3, 12, 1.

L. 1 de incestis nuptiis (3, 12) adest cum interpretatione et loco suo in exemplaribus plenis *BOELK*, item in fragmento Parisino 4406 f. 69; interpretationem solam habent ex decurtatis Bernensis 263, Parisinus 4409, Vaticanus reg. 1048. Epitomae eam agnoscunt Guelferbytana et Sangallensis. Abest a classis deterioris, sed item antiquioris melioribus omnibus, item a libro egregio classis melioris *N*; denique in codice Parisino 4406 ita legitur, ut additiciam esse deprehendas; nimirum ipsi praescribitur 'iste titulus est primus de incestis nuptiis', sequuntur sub rubrica 'XII tit. de incestis nuptiis' constitutiones tres vere in breviarium receptae. Etiam quod haec constitutio matrimonium cum filia fratris sororisve interdicit adiecta capitali poena, suadet legem non omissam esse utpote nimis duram, sed per zelum episcopalem ex Theodosiano integro ad breviarium ita adiectam, ut additionis vestigia celarentur.

3, 18, 2 IX. 3, 18, 2 (Haenel).

Constitutio apud Haenelium 2 tituli qui petant (3, 18), reperta in uno libro *L*, propter ea quae p. LXXVIII exposui ficticia habenda est.

4, 8—12 X. 4, 8—12.

Volumen hodie Vaticanum reginae n. 520, aliquando Petri Danielis (cuius nomen legitur f. 94. 98'), deinde Claudii Puteani (cuius nomen est f. 1 erasum), postea, ut diximus, reginae Christinae, complectitur foliis 123 reliquias codicum variorum ad quadraginta, quarum pleraeque videntur proficisci ex bibliotheca monasterii S. Benedicti Floriacensis (Fleury) ad Ligerim[1]) direpta per turbas civiles saec. XVI medio, servatas per Petrum Danielem advocatum Aurelianensem et praefectum *(bailli)* abbatiae eius (cf. quae ex Septerii *manuscrits de la bibl. d'Orléans* 1820 p. 12 seq. rettulit Blumius MG. LL. 3 p. 590). Inter ea ad codicem Theodosianum pertinent folia quattuor diversorum codicum omnia.

A f. 100, de quo supra rettulimus ad 2, 7, 2.

B f. 98, in cuius versa legitur novella Valentiniani 34, 1, in recta, sed manu alia, Th. 14, 18, 1.

C f. 94, in quo leguntur constitutiones 4. 8, 8. 4, 10, 2. 3. 4, 11, 1. 2.

D f. 95, in quo leguntur constitutiones 4, 12, 1. 2. 3. 6. 7. 8.

His duobus foliis scriptis saec. XI/XII quae continentur constitutiones, eas primus edidit Cuiacius a. 1566, in praefatione 'constitutiones perelegantes de S. C. Claudiano', id est quae sunt in folio 95 acceptas referens Petro Pithoeo. Nostra aetate primus ad codicem animum advertit Max. Conrat *(Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, römische Abtheilung* vol. 9 a. 1888 p. 388). Fragmenta *C. D* quamquam sunt codicum diversorum (alter f. 94 formae fuit maximae scriptus paginis bipertitis, alter f. 95 formae mediae scriptus versibus longis), nihilominus videntur referenda esse ad eandem constitutionum syllogen. Ea cum in universum sequatur formam breviarii habens ad singulas constitutiones interpretationem adiectam (4, 11, 2 interpretatio imperfecta est folio finiente;

---

[1]) Catalogus codicum eius monasterii factus a. 1552, quem ex cod. Parisino *nouv. acq.* 137 edidit Leop. Delisle *(notices et extraits des manuscrits* tom. 31 [1884] p. 426*)*, similium voluminum non meminit.

4, 12, 2 librarius interpretationem solam posuit textu omisso), nihilominus propius accedit ad Theodosianum integrum quam ad breviarium. Neque tamen illum integrum repraesentat; nam in tituli de senatus consulto Claudiano (4, 12) parte ea, quam plenam habemus in codice *T*, adsunt constitutiones duae 4, 12, 4 et 5 in nostra sylloge deficientes. Cum breviario ubi conferimus quae his foliis continentur, titulus de senatus consulto Claudiano a breviario abest; in folio altero quae sunt, composita cum iis quae in breviario respondent:

[*brev.* VIII: de liberali causa]
4, 8, 8 *Vat.*[1]) *(modo recte ad hunc titulum referatur)*
[4, 8, 9 *brev.*]
[*brev.* VIIII: de his qui a non domino manumissi sunt]
[4, 9, 1 *brev.*]
Vat. XXXV, *brev.* XI: de libertis et eorum liberis
[4, 10, 1 *brev.*]
4, 10, 2 *Vat.*
4, 10, 3 *Vat.*
Vat. [XXX]VI: de longi temporis praescriptione
4, 11, 1 *Vat.*
4, 11, 2 *Vat.*

declarant post 4, 8, 8, quam probabile est locum habuisse in titulo 'de liberali causa', deficere in folio nostro leges duas in breviarium receptas eiusdem tituli extremam et sequentis 'de his qui a non domino manumissi sunt' unicam; tituli sequentis 'de libertis et eorum liberis' abesse legem primam in breviarium relatam, adesse l. 2. 3 in id non receptas; sequi titulum 'de longi temporis praescriptione' in breviario omissum. In summa igitur leges in breviarium relatae absunt ab his foliis omnes et sylloge, ex qua haec folia supersunt, non auget breviarium insertis ei ex integro corpore constitutionibus, sed leges Theodosiani integri in breviario omissas tantum non omnes cum simili interpretatione ad breviarium addit. — Qui contendunt hinc comprobari aliquando Theodosianum integrum interpretationem Anianae similem habuisse indeque et eam pendere quam habemus et harum reliquiarum similem, non video quomodo explicent breviarii constitutiones nullas in hac reperiri. — Titulos quomodo huiusce syllogae compilatos numerarit, parum apparet; numeros XXXV et [XXX]VI libri Vaticani item fuisse in integro Theodosiano quominus statuamus, obstant numeri, quos codicis *T* reliquiae ad 4, 13. 14 habent.

XI. 4, 20, 2. *4, 20, 2*

Libri 4 constitutio ut nunc numeratur 20, 2 ad codicem Vaticanum reginae 1128 (p. LXXX) in fine adscripta est cum praescripto 'ex corpore Theodosiano librum sub titulo XXVIIII constitutio sexta'. Quinam liber intellegatur, dubium est.

XII. 6 rubr. 1. 2. *6, 1. 2*

Sexti libri rubrica secunda *de senatoria dignitate* in breviario omissa adest, ut supra p. LXXXIV observavimus, in libro Ambrosiano videnturque in eo adfuisse una pluresve constitutiones in reliquos breviarii libros non relatae; sed codex mutilus eo non pervenit neque extat similis alter.

XIII. 14, 7, 2 (Haenel). *14, 7, 2*

Constitutionem pariter atque 3, 18, 2 (Haenelii) in solo libro *L* inventam insertam titulo de collegiatis (14, 7) dixi p. LXXVIII sumptam esse ex interpretatione novellarum Theodosii.

XIV. Lib. 16 ad codd. *AEOYD* et Paris. 10743. *l. 16*

Librum Theodosiani XVI fuse tractantem de rebus ecclesiasticis in ipso breviario aeque atque in reliquis factum est compendiatum librarii vel potius eorum temporum prudentes auxerunt diversa ratione, ita tamen, ut in omnibus breviarium pro fundamento sit. Ex exemplaribus iis duo sunt supra recensiti inter codices breviarii integri, Eporediensis *E* et Oxoniensis *O*. Tertius Ambrosianus C. 29 inf. = *A*, de quo item egimus, cum

[1]) Errore huic legi Conratus ait praescribi in codice titulum de liberali causa.

ipse ad l. XVI non perveniat, indicem rubricarum, ut vidimus p. LXXXV, ita fere formavit, ut haec additamenta requirunt. Restant duo libri qui non habent nisi librum XVI Berolinensis Phillippsianus 1741 *Y* et Parisinus 12445 *D*, item excerpta Hincmariana et epitome Parisini codicis 10753, de quibus iam tractabitur.

Y Berolinensis Phillippsianus 1741 (Haenel 51 = 71; Rose n. 82), quem explent (ut observavit Haenel, const. Sirm. p. 411) folia duo hodie inserta codici Vaticano reginae n. 1283 f. 95. 96 inserenda Berolinensi inter folia 189 et 190, saec. X, origine est Remensis, unde venit in collegium Parisinum Claromontanum et cum ea bibliotheca in Meermannianam, deinde in Phillippsianam, denique in regiam nostram. Eum tractatum esse a Sirmondo constat, quoniam f. 194 quaedam adsunt manu eius adscripta, nec magis dubitari potest constitutionem Th. 16, 6, 4, quam Sirmondus syllogae ab eo nuncupatae editioni publicatae a. 1631 ultimo loco (n. XXI) adiecit, ex ipso hoc libro eum expressisse. Nam quod ait in praefatione post constitutiones XVIII ex libro primario desumptas alias (n. XIX. XX. XXI) se addidisse 'partim ex codice Pithoeano, partim ex Corbeiensi', cave ad hunc librum referas. Scilicet Pithoeanus, unde venit n. XIX constitutio Honorii *inter publicas* (Haenel corp. leg. p. 238), hodie est Parisinus 1564 (Maassen *Quellen* p. 604), nequaquam, ut ait Val. Rose in catalogo codicum Phillippsianorum p. 171, Berolinensis Lat. 270. Corbeiensis autem, ex quo venit n. XX constitutio Theodosii II *audiamus* (Haenel corp. leg. p. 241), est hodie Sangermanensis 936 sive Parisinus 12027 (Maassen *Quellen* p. 556). Tertiam constitutionem unde sumpserit, adnotare oblitus est. Ad syllogen decretalium Dionysianam miscellanea complura ad ius canonicum spectantia codex addit, quae enumerantur plene in catalogo Rosuno citato; excerpta ex Theodosiano habet haec:

1. Berol. f. 179—188 sub praescripto *incipit lib. XVI* Theodosiani librum eum ita auctum, ut infra exponitur.
2. Berol. f. 188. 189 Vat. (incipiens Sirm. 3, 7 *perpetrata et contra leges*) f. 95. 96 constitutiones Sirmondianas 1—7, ut item infra explicatur.
3. Vat. f. 96. Berol. f. 190 sub praescripto *ex libro Theodosii VIIII* constitutiones breviarii 9, 1, 1 (haec addita est m. 2). 5. 9 (incipit Berol. *1 *proposita*). 10. 11. 12. 14. 15. 18. 19; adsunt interpretationes. — De adnotationibus et huius codicis et gemelli eius qui sequitur, quae habent varias lectiones alias libri sancti Dionysii breviarii omnino, alias Theodosiani integri nostri *V*, egimus supra (p. XLV).
4. Berol. f. 191 sub praescripto *ex lege Theodosiana libro I* constitutiones breviarii 1, 1, 1. 2.

D Parisinus Lat. 12445 (= Sangerm. 366; Haenel 50 = 72) saec. IX/X gemellus praecedentis (quae in eo continentur, recenset Haenel const. Sirm. p. 415, brev. p. LXXXV) haec habet ad nostram editionem pertinentia:

1. f. 187'—194' codicis lib. XVI } ita ut infra ostenditur.
2. f. 194'—196' constitutiones Sirmondianae 1—7 }
3. f. 196—198 sub praescripto *ex libro Theodosii VIIII* Th. 9, 1, 1. 5. 9. 10. 11 (inter inscriptionem et ipsam legem interponuntur haec: *ex interpretatione legis Martiani* [nov. 1]. *Si quis adversarium aut repetitione .... ut actor rei forum sequatur. Secundum has leges decrevit Carthaginense concilium capitulum XXX*). 12. 14. 15. 18. 19.
4. f. 198 sub praescripto *ex lege Theodosiana libro I* constitutiones I. 1, 1. 2.
5. f. 210 Th. 2, 26, 2: '*in libro secundo legis Theodosianae cap. XXVII de finium regendorum*'.
6. f. 213. 214 '*in libro IIII Theodosianae legis cap. XIIII de re iudicata*'. Th. 4, 16, 2. tit. 17, 2. 5, tit. 18, 1. 2; subicitur: *secundum has leges decreverunt canones Cartagn. concilii cap. XV, cap. XVIIII et cap. XX et Africani concilii cap. LXV et cap. LXXII et cap. LXXXVIII et LXXXVIIII et XC et sanctus Gregorius multoties sicut subsequitur* (sequitur Gregorii papae ep. 11, 24 H. (= 11, 37 M.).
5. f. 216'. 217 '*in XI libro Theodosii cap. XIIII de fide testium et instrumentorum*' Th. 11, 39, 2. 3. 7. 9. 10. 12. 13. Sequitur (ex Paulo 5, 32): *XXXIIII quando appellandum sit.*
6. f. 219 (praecedunt verba: *in Africano concilio cap. LXVIII de sententia ferenda in contumacem*) '*in libro nono cap. XXVIIII*' Th. 9, 39, 3; '*in libro XI theodosianae legis*

cap. XI q. a. n. r.; 11, 36, 1 '*ex libro XI legis th. cap. XI*' lex 20; *et in libro XI th. l. scriptum est*' lex 21.

7. f. 220'—223 Th. 4, 18, 1. 2 (denuo) tit. 19, 1. tit. 20, 1. 3. tit. 21, 1. tit. 22, 1–6.

Adnotationes in marginibus adscriptas edidit Iac. Flach *études critiques sur l'histoire du droit romain au moyen âge* (Paris. 1890) p. 153 seq. (cf. p. 81 seq.).

Hincmarus archiepiscopus Remensis († 882) quae ex Theodosiano attulit composuit diligenter collecta (opera ed. Sirmondus 2 voll. Parisiis 1645 cum supplementis apud Harduinum acta concil. vol. 5 p. 1347 seq.) Max. Conrat *neues Archiv* 24, 349 seq. Exceptis paucis locis sumptis ex corpore Quesnelliano similive (supra p. LXII) nullam constitutionem ex libro XVI Theodosiani Hincmarus affert non receptam in codicem *Y* et ipsum origine Remensem. In iis, quae etiam in breviario leguntur, adest ut in *Y* ita apud Hincmarum interpretatio Alariciana; titulus quintus Hincmaro (ad 16, 5, 1) est *in libro decimo sexto Theodosianae legis caput quartum* pariter atque in *Y*; adest constitutio Sirmondiana 3 (opp. 2, 325); lectiones etiam interpolatae (ut 16, 2, 8, 2 — 16, 2, 30, 4 — 16, 2, 38, 4) eaedem sunt. Etiam Auctario primo (supra p. LXXXIII) Hincmarum usum esse ostendunt quae adnotavimus ad constitutionem 4, 17, 1; eam quod scribit reperiri *in libro sexto titulo decimo nono* cum nequeat sic, ut proposuit Savigny (*Gesch. des röm. Rechts* 2[2] p. 283[1]), explicari ex numeratione librorum Theodosiani in exemplari Hincmariano a genuina diversa, Hincmarus videtur numeros breviarii ponere voluisse aut ipsius culpa aut librariorum corruptos. Hincmariana adlegavi, etsi utilitatem propriam nullam praebent (cf. tamen 16, 2, 31, 22). Notabile est 16, 2, 41 eius, qui clericum nocentem accusat, intentionem *laudabilem* dici in codicibus probis *VEY*[a], *inlaudabilem* ab Hincmaro cum *Y*[b]*DO*, *miserandam* in codice Berol. Phillipps. 1745 Sirmondianae syllogae, interpolatione tam ridicula quam pia. *Hincmar*

Sylloge iuris canonici, quam exhibet praeter alios liber Montecassinensis n. 522 (egit de eo Frid. Thaner comm. minor. acad. Vindobon. cl. phil. hist. vol. 89 [1878] p. 601 seq.) compilata saec. X/XI in titulo III 'de privilegiorum auctoritate' c. 33—38 sex Theodosianas constitutiones recenset 16, 8. 16. 26. 29. 30. 34, quae unde veniant praescriptum declarat: *ex epistola Hincmari archiepiscopi ad Karolum regem,* quod cum ipsis constitutionibus mea causa Amellius bibliothecae eius praefectus transcripsit. Vere inveniuntur in editione Sirmondiana operum 2 p. 318 seq. *Cassin. 522*

Benedictus quoque Levita usus est exemplari Theodosiano similiter aucto; nam constitutionem Sirmondianam primam, ut ad eam adnotavimus, imperator ficticius Karolus l. 2 c. 366 ait sumpsisse se *ex sexto decimo Theodosii imperatoris libro capitulo videlicet XI ad interrogata Ablavii ducis illi et omnibus rescriptam.* Ulterius id nos non sumus persecuti. *Ben. Levita*

Epitomae Breviarii servatae in uno codice Parisino Lat. 10753 (= suppl. Lat. 215) saec. X/XI, Scintillae vocabulum auctor inscripsit (Haenel brev. p. XXVI. LXXIX; cf. praeterea de hoc libro editores legis Alamannorum MG. LL. III p. 1 et LL. N. G. V, 1 p. 12 et legis Ribuariorum MG. LL. V p. 195). Codex antea fuit, ut ipse testatur, *ecclesiae beati Launomari* (= St. Lome de Blois; cf. Delisle *cabinet des mscr.* 2, 406), eandemque fere originem indicat, quod Aldricus Cenomanensis (Le Mans) ecclesiae episcopus instrumento conscripto a. 838 locum Th. 2, 15, 1 iuxta huius epitomae formam affert (Savigny *Gesch. des röm. Rechts* 2[2] p. 120), unde praeterea efficitur ante eum annum epitomam compilatam esse. Continentur volumine complura ex legibus Romanis et Germanicis desumpta enumerata diligenter apud Haenelium; excerptis ex Theodosiano quae leguntur f. 9—48 praescribitur *capitula de lege Romana,* subscribitur *expliciunt ex corpore Theodosiani libri sedecim.* Eorum excerptorum, quae sub vocabulo 'epitomae suppl. Lat. 215' breviarii editioni inseruit Haenelius, fundamentum, ut exposuit editor, est epitome Aegidiana, quacum passim haec ad verbum convenit; sed adsumpsit compilator praeterea duos Breviarii libros, alterum ex genere eorum, qui textu omisso interpretationes solas referunt, alterum similem nostris *EOYD*, sed eo nomine ab iis discedentem, quod cum hi additamenta nulla habeant ad libros XII—XV, epitome adiciat rubricas epitomatasque constitutiones has:

12, 18 rubr. *si curialis relicta civitate rus habitare maluerit* et l. 2
13, 3 rubr. *de medicis et professoribus* et l. 3
4 rubr. *de excusatione artificum* et l. 2
10 (sub rubr. *de censu sive adscriptione*) l. 3. 6
11 rubr. *de censitoribus et peraequatoribus et inquisitoribus* et l. 5
14, 18 rubr. *de mendicantibus et invalidis* et l. 1
15, 1 (sub rubr. *de operibus publicis*) l. 7
14 (sub rubr. *de infirmandis his quae sub tyrannis aut barbaris gesta sunt*) l. 9.

Librum XVI in codice ita ordinatum esse ut ordinatur in libris supra nominatis laterculus ostendit. — Ad 4, 22, 4 quae habet epitome alibi non reperta, sine dubio insiticia sunt.

Quinque hi libri *EYDO* et epitome Parisina quomodo Breviarii librum XVI auxerint, monstrat tabula subiecta. Numeri constitutionum intra cancellos positi distinguunt receptas in breviarium; rubricae intra cancellos positae in libro eo de quo agitur deficiunt.

Eporediensis 35 = *E* (cum Rosnyano et Paris. 4406 = **E*)	Parisina epitome cod. 10753	Berolinensis Phillipps. 1741 = *Y* (cum Vat. reg. 1283) et Parisinus Sangerm. 12445 = *D*	Oxoniensis = *O*
I de episcopis ecclesiis et clericis 16, 2, [2]. [12]. [23]. [35]. [39]. [44].[1]) 1. 3—11. 13—22. 24—34. 36—38. 40—43. 45—47. II de fide catholica 16, 1, 1—4 III de monachis 16, 3, 1. 2 IIII de his qui super religione contendunt 16, 4, 1—6 V de haereticis 16, 5, 1—66 VI ne sanctum baptismum iteretur 16, 6, 1—7 [VII de apostatis] 16, 7, 1—7 [VIII de Iudaeis caelicolis et Samaritanis] 16, 8, 1—28 [VIIII ne Christianum mancipium Iudaeus habeat] 16, 9, 1—5 [X de paganis, sacrificiis et templis] 16, 10, 1—25	I de fide catholica 16, 1, 3 II de episcopis ecclesiis et clericis 16, 2, [2]. [12]. [23]. [34]. [39]. [44]. 1. 2(?). 3. 4. 8. 9. 10. 14. 16. 19. 20. 26. 29. 30. 31. 34. 38. 40. 41. 47 III de his qui super religione contendunt 16, 4, 2 IIII ne sanctum baptisma iteretur 16, 6, 4 V de apostatis 16, 7, [3]. 1 (?) (VI *deficit*) VII de Iudeis, celicolis et Samaritanis 16, 8, 1. [5]. [7]. 6. 28 VIII ne Christianum mancipium Iudaeus abia *(sic)* 16, 9, [1]. 2. 3 VIIII de paganis, sacrificiis et templis 16, 10, 21	I de fide catholica 16, 1, 2. 3 II de episcopis ecclesiis et clericis 16, 2, [2]. [12]. [23]. [35]. [39] *(int. om. Par.)*. [44]. 1. 2 *(denuo additurque in margine:* iteratur haec sententia*)*. 3. 4. 8. 10. 14. 16. 19. 20. 26. 29. 30. 31. 34. 36. 38. 40. 41. 47 III de his qui super religione contendunt 16, 4, 2 IIII de hereticis 16, 5, 1. 4. 51. 52. 53. 60. 59. 63[2]) V ne sanctum baptisma iteretur 16, 6, 4[2]) VI de apostatis 16, 7, [3 *int.*] 1 VII de Iudaeis caelicolis et Samaritanis 16, 8, 1. [5]. [7]. 6. 16. 27. 28 VIII ne Christianum mancipium Iudaeus habeat 16, 9, [1]. 2. 5 VIIII de paganis, sacrificiis et templis 16, 10, 10. 21	I de fide catholica 16, 1, 2. 3 II de his qui super r gione contendunt 16, 4, 2 III de episcopis, cler ecclesiis 16, 2, [2]. [12]. [23]. *auct. ex Sirm.* 2]. Sir [39]. [44]. 1. 3. 4. 8. 14. 16. 19. 20. 26. 30. 31. 34. 36. 38. 41. Sirm. 1. 6 IIII de hereticis 16, 5, 1. 4. 51. 63 V de Donatistis 16, 5, 52 16, 6, 4 VI de Ioviniano 16, 5, 53 VII de Eunominianis ceteris 16, 5, 60 VIII de Manicheis 16, 5, 59 VIIII de apostatis 16, 7, [3]. 1 X de Iudeis 16, 8, 1. [5]. [7]. 6. 16. 27. 28 16, 9, 2 XI de paganis 16, 10, 10. 21

[1]) 16, 2, 44. 1. 3—5. 6 (ex parte). 7. 8 (ex parte) deficiunt in Parisino folio 6 lacero.
[2]) 16, 5, 60 (fin.). 59. 63 et 16, 6, 4 in Parisino desiderantur folio inter f. 192 et 193 deperdito.

Eporediensis 35 = *E* (cum Rosnyano et Paris. 4406 = **E*)	Parisina epitome cod. 10753	Berolinensis Phillipps. 1741 = *Y* (cum Vat. reg. 1283) et Parisinus Sangerm. 12445 = *D*	Oxoniensis = *O*
[XI de religione] 16, 11, 1—3 VII de apostatis 16, 7, [3] VIII de Iudaeis caelicolis Samaritani 16, 8, [5]. [7] VIIII ne Christianum mancipium Iudaeus habeat 16, 9, [1]. [4] [1]) X de religione 16, 11, [1]. [3] [1]) de episcopali iudicio Sirm. 1. 2. 3	X de religione 16, 11, [1]. 3 XI de episcopali iudicio Sirm. 1 Explic. de corpore Theudosiani codicis libri XVI de sacerdotibus innoxiis et de inquietis atque deiectis Sirm. 2 de his qui tempore necessitatis collecti sunt Sirm. 5 ut praeter quinque capitalia crimina Sirm. 3	X de religione 16, 11, [1]. 2. 3 XI de episcopali iudicio Sirm. 1. 2. 3 XII de Iudaeis Sirm. 4 XIII de his qui famis tempore sunt collecti *(ante* 6 *Berol.)* Sirm. 5. 6 XIIII de his qui pro paschali festiuitate de carcere educuntur Sirm. 7	XII de his qui famis tempore collecti sunt Sirm. 5 XIII de his qui pro pasche de carceribus liberantur Sirm. 7 XIIII de religione 16, 11, [1]. 2. 3

Constitutiones in breviario omissas Eporediensis omnes inseruit, sed ita, ut ad breviarium daret rubricam primam, pleni textus primam in breviario omissam faceret secundam, numeros duorum textuum diversos ita conciliaret, ut suppressis rubricis VII—XI textus pleni post constitutiones earum descriptas breviarii rubricas quattuor ultimas antea ex pleno textu datas integras repeteret ex breviario decurtatas. Quattuor reliqui libri *YDO* et epit. Paris., item Hincmarus, contaminati et ipsi ex breviario textuque integro, fere consentiunt. Breviarium quas habet constitutiones, adsunt in omnibus omnes fere (16, 9, 1 excidit in *O*), ex omissis ab Alaricianis selectae tantummodo, sed fere eaedem in omnibus. — Sirmondianas constitutiones adiungunt hi Theodosiani libri omnes, sed numero diverso, septem Phillippsianus et Sangermanensis, easdem omissa quarta Oxoniensis, quattuor epitome Parisina, tres Eporediensis. — Librorum horum originem communem praeter ea quae modo exposuimus lectionibus quoque confirmari infra apparebit.

XV. Lib. XVI ad cod. L. *l. 16 cod. L*

Parisinus Lat. 4403, nobis *L*, librum XVI item dedit contaminatum ex forma breviarii et codice pleno vel pleniore, scilicet

I. de episcopis aecclesiis et clericis
[ex breviario]
II. de fide catolica
16, 1, 1. 2
III. de monachis
16, 3, 1. 2
IIII. de his qui supra religione contendunt
16, 4, 1
V. de haereticis
16, 5, 3
VI. ne sanctum baptisma iteratur *(sic)*
16, 6, 1
VII. de apostatis
[16, 7, 3]
VIII. de refugione *(sic)*
16, 11, [1.] 3. 2.

[1]) Constitutiones duae 16, 9, 4 et 16, 11, 3 adfuerunt in exemplo Breviarii eo, quod librarius adhibuit; v. p. XCII c. XVI).

Hiatum codicis Eporediensis 16, 5, 3, 3 quamquam *L* explet, fortasse huic quoque libro aliqua cognatio intercedit cum iis de quibus modo egimus; certe 16, 11, 1, 2, ubi *agitare* et integer codex et breviarium habent, *iudicare* substituunt libri aucti, in *L* dittographia est *agitare iudicare*.

16, 9, 4. 16, 11, 3 XVI. 16, 9, 4. 16, 11, 3.

Constitutiones duae l. 4 ne Christianum mancipium (16, 9) et l. 3 de religione (16, 11) adsunt in codicibus breviarii integri Aurelianensi *(K)* et Gothano *(G)* et Eporediensi etiam in parte ea quae breviarium reddit *([E])*, prior in Lugdunensi *(Q)*, posterior in Legionensi *(H)*; praeterea utraque est in decurtatis tribus iis ipsis, qui habent constitutionem 3, 12, 1 Bernensi 263, Parisino 4409, Vaticano reginae 1048, posterior item in decurtatis Parisinis 4414. 4415.

CAPVT SEXTVM.

BREVIARII EXEMPLA BREVIATA ET INCERTA.

Recensuimus adhuc Breviarii codices eos, qui quatenus perveniunt constitutiones integras exhibent. Restant alii numero longe plures, qui aut ipsis legibus omissis earum interpretationem Alaricianam solam retinent (hos decurtatos appello) inscriptionibus et subscriptionibus modo retentis, modo et ipsis omissis, aut singula Breviarii capita omissis inscriptionibus et subscriptionibus ad interpretationem magis quam ad ipsas leges in compendium redigunt (hi mihi dicuntur epitomati). Accedunt ad duos hos ordines quae dicenda sunt de minoribus fragmentis et de libris incertis et deperditis. Haec omnia quamquam ad Breviarium integrum magis pertinent quam ad partem eius Theodosianam, nihilominus in Theodosiani quoque editione plena omitti non debuerunt, cum faciant ad eius per saecula posteriora vices usumque forensem determinandum. Sed ex decurtatis cur ita, ut fecit Haenelius, ad singula capita adnotetur, quis codex quid omiserit, causa nulla est. Epitomae autem, quas editio Theodosiani integri recte repraesentare nequit, si quam utilitatem habere poterunt, ei desiderio satisfecit Haenelius breviario edito integro cum epitomis omnibus adiectis. Quibus consideratis in hoc capite brevitati potissimum studui remittens de plerisque libris ad Haeneliana. Scilicet verba constitutionum cum absint tam a decurtatis quam ab epitomatis, interpretatio autem Visigothica in libris plenis exhibeatur recte tradita et raro dubitationi obnoxia, horum librorum utilitas Theodosianum recensenti redigitur fere ad inscriptiones et subscriptiones, et vere est unus inter decurtatos Berolinensis Savignianus, quo, sicut mox dicetur, usi sumus non sine aliquo fructu. Sed in eo fere substiti. Decurtati cum descendant nequaquam ex exemplari eodem omnes, immo ad archetypa redeant diversa, hoc videtur recte colligi posse ex collectaneis Haenelianis diligentibus magis quam fructuosis inter eos praeter eum quem designavi alterum nullum inveniri, qui in subscriptionibus utilia habeat in plenis non inventa neque ullum, qui habeat additamenta propria non item reperta in plenorum aliquo. In universum breviandi consuetudinem probabile est aliquanto demum post factum compendium Alaricianum invaluisse, id quod confirmatur iis quae mox demonstrabuntur. Quam ob rem cum hi libri propria et utilia operae nostrae non suppeditent, praeter ea scilicet quae subministrant de Alaricianis (supra p. XXXI seq.), nos satis habuimus ad declarandam rationem, quae intercedit inter exemplaria haec et plena, subicere locos potiores, in quibus codicum plenorum diversitates redeunt in breviatis.

1, 2, 9 (add.) ex plenis unus *F*
ex decurtatis Ambrosianus — Leidensis Vossianus
ex epitomis Aegidiana — Taurinensis (p. CIII)

1, 15, 17 (add.) ex plenis unus *A*
ex decurtatis Parisinus 4412 — Vaticanus reginae 1023

1, 16, 13 (add.) ex plenis unus *F*
ex decurtatis Leidensis Vossianus
ex epitomis Aegidiana — Fuldensis

2, 7, 1. 2 (add.) ex plenis unus *O*; accedit ad 2, 7. 2 folium singulare insertum codici Vaticano reg. 520 f. 100

ex decurtatis Bernensis — Parisinus 4408 — Parisinus 4409 — Vaticanus reg. 1048 — Vaticanus reg. 1050

2, 16, 2 subscriptionem veram habent ex plenis unus *O*, ex decurtatis unus Bernensis interpolatam reliqui tam pleni quam decurtati

3, 12, 1 (add.) ex plenis *BOELK* et Paris. 4406 f. 69
ex decurtatis Bernensis — Parisinus 4403 A (pars). 4409 — Vaticanus reg. 1048
ex epitomis Guelferbytana — Curiensis

5, 1, 9 subscriptio primitiva *Tauro cons. et qui fuerit nuntiatus* remansit in plenis duobus *HN* et in decurtatis compluribus in adnotatione enumeratis; eadem legitur breviata: *Tauro vic.* (pro v̄. c̄.) in Parisinis 4409. 4412; expleto ex fastis consulatu: *Tauro et Felice* in plenis reliquis et decurtatis item multis in apparatu enumeratis; coniunxit lectionem utramque *Tauro et Felice cons. et qui fuerit nuntiatus* Parisinus 4408

5, 18, 1 subscr. *Monaxio* pleni *NOE*, decurtati Berol. Sav. — Clermont — Parisini 4408. 9652; *Maximo* pleni *HBGCPMSL*, decurtati Montispess. — Parisini 4413. 4415; *Moximo* Berol. Phill. 1735; *Momaximo* Berol. 150, *Maximo Mosatio* Leidensis Vossianus — Parisinus 4409, ubi item subest dittographia ex archetypis duobus conflata

9, 25, 2 omittunt decurtati Ambrosianus — Bernensis — Parisinus 4409 — Parisinus 4410 — Vaticanus reginae 1048, consulto omnino, argumento offensi

15, 1, 9 tribuunt Constantino pleni *GXCPMLQSK* Vat. 1128. Montispess. 84 cum sola epit. Curiensi
Iuliano pleni *HNOE*
decurtati Bernensis — Berol. 150 — Berol. Savignianus — Leidensis Voss. — Parisini 4408 (errat Haenelius). 4413. 4414. 4415 — Varsoviensis — Vaticanus reginae 1048 et in summa quotquot ex decurtatis inscriptionem hanc habentibus inspexi inspexeruntve amici. Lectio prior ut perversa ita primitiva quod in plenis ordinis vetustioris remansit, oblitterata est in decurtatis omnibus, ostendit hos pendere potissimum ex codicibus emendatis et interpolatis

16, 9, 4 (add.) omittunt *pleni HNCPMSQ*
habent pleni (praeter codd. l. XVI integrum vel auctum exhibentes) *GEK*
decurtati Bernensis 263 — Parisinus 4409 — Vaticanus reginae 1048 ex epitomis Guelferbytana

16, 11, 3 (add.) omittunt pleni *NCPMSQ*
habent pleni (praeter codices qui l. XVI integrum vel auctum repraesentant) *HGEK*, decurtati Bernensis — Parisini 4409. 4414. 4415 — Vaticanus reginae 1048 ex epitomis Aegidiana — Guelferbytana — Curiensis

Subscriptio *explicit liber iuridicus ex diversorum sententiis elucidatus*, quam habet unus liber plenus Parisinus 4404 = *N*, item reperitur in decurtatis duobus Berolinensi Savigniano et Parisino 9652 et in epitome Guelferbytana.

Rubricarum explanationes editae apud Haenelium brev. p. 5—15 tractataeque ab eo p. XXIII et a Conrato *Quellen* 1 p. 218 seq. utilitatem nullam praebent. Discedunt in genera duo breviorum itemque antiquiorum, scilicet earum quae in Haenelii editione secundum locum occupant, et longiorum, quarum illae reperiuntur in plenis, hae sunt in solis decurtatis, scilicet libris his: Ambrosiano C. 276 inf., Bernensi, Berolinensi Savigniano, Montispessulano 136, Parisinis 4409. 4412. 4413. 4414. 4415, Vaticanis reginae 1023 et 1048, facitque id ad communem horum librorum originem declarandam. Differunt tamen inter se; exempli causa noster Savignianus, inter eos quos citavimus fere optimus, in libro tertio pro longioribus illis explanationibus plerumque ponit breviores Haenelii, at in titulo octavo habet explanationem apud Haenelium primo loco positam, in quinto decimo Haenelii tertiam. — Ex explanationibus brevioribus supra p. 5—26 ad rubricarum indicem eas in apparatu posuimus, quas habent libri plures, propter antiquitatem; eas autem, quas ex

nostris libris habent soli libri *NLS* omisimus. Speciminis tamen causa hoc loco in nota subiecimus eas ad librum primum, ut leguntur in libris *NL.*[1])

I. LIBRI DECVRTATI.

Breviarii forma breviata vel, ut eam appellant praescripta codicum Parisini 4412 et Vaticani reg. 1023, *sententiae cum diebus et consulatibus excerptae cum interpretationibus*, traditur cum indice regum Francorum finiente in obitu Pipini, cuius extant formae tres, prima, quae incipit a Dagoberto, codicis Sangallensis 731 scripti *anno XXVI regni domno nostro Carolo regi* (infra p. XCIX); secunda, quae incipit a Chlotario decessore Dagoberti, servata in codice epitomae Aegidianae Vaticano reginae 846 (infra p. CI); tertia incipiens a Theoderico III reperta in codicibus decurtatis tribus Bernensi et Parisino 4409 et Vaticano reginae 1048, item in pleno Ottoboniano 2225 (infra p. XCVII). Cum eo indice si coniungimus quam supra (p. XXXVII) tractavimus subscriptionem auctoritatis Alaricianae ex codice deperdito a Cuiacio relatam: *et iterum (recognovimus) anno XX regnante Karolo rege Francorum et Langobardorum et patricio Romanorum*, non sine aliqua probabilitate statuemus breviationem hanc retentis praescriptis Alaricianis proficisci a Karolo magno. Hoc anno 788 posteriores videntur esse codices decurtati omnes; nam Parisini 4415 archetypum quod scriptum dicitur *anno XV regnante Karolo rege*, nisi ipsum plenum fuit, in numeris alicubi erratum esse probabile est. — Fines inter plenos et decurtatos interdum confunduntur, cum hi constitutiones plenas non solum ibi, ubi interpretatio nulla adiecta est, sed interdum alibi quoque ponant pro libitu librarii. Item fines inter hunc ordinem et alterum epitomatorum hic illic parum certi sunt. Ego ad epitomatos eos solos rettuli, qui habent epitomas ab Haenelio editas adiecto Fuldensi, reliquos omnes huic ordini inserui.

Mediolanensis Ambrosianus C 276 inf. saec. IX (Haenel 37 = 28). Eum praeter Haenelium adhibuit Vesmius. Deficiunt subscriptiones.

Basileensis C III 1 (Haenel 21 et 41 = 8 et 58) praeter apographum codicis deperditi Murbacensis (vide supra p. LXXIII) continet apographa particularum codicis pleni tum Mogontiacensis, iam Gothani (vide p. LXXII) manu Cochlaei et decurtati Bernensis (vide p. XCVI) et epitomae Aegidianae partem primam (vide p. CI).

Bernensis 263 (Haenel 40 = 40), saec. IX, Amerbachii et Sichardi tempore Argentoratensis, plane consentit cum libris aliis duobus Parisino 4409 et Vaticano reginae 1048,

---

[1]) I. De constitutionibus principum et edictis, hoc est ut quaecumque legis sine die et consule fuerint, prolate non videantur (hoc est . . . videantur *om. L*).

II. De diversis rescriptis, hoc est si auctoritas fuerit prolata, ut (aut *L*) causa non dicatur, non valeat (ualet *L*).

III. De mandatis principum, hoc est si aliquis cum mandatis (commendatis *L*) dominorum se asserit venire secretis animi (anime *L*), nequicquam credatur, nisi certis scriptis probaverit esse credendum.

IIII. De responsis prudentium, hoc est quorum iuris conditoris leges valeant (ualeat *L*).

V. De officio praefectoris (praefectorum *L*) praetorio, hoc est ut contra iudicium quis non facile veniat.

VI. De officio rectoris provinciae, hoc est ut causas (in *ins. N*) publice discutiant.

VII. De officio iudicum civilium, hoc est ut honorati ex curiae corpore si in lite sunt constituti, cum iudices (-cis *L*) non resideant, nec (ne *N*) litigatores iudicem (-ces *L*) meridianis horis salutent.

VIII. De officio iudicum militarium, hoc est ut nulli in civilibus causis militaris tuicio uel exsecutio deputetur.

VIIII. De officio iudicum omnium, hoc est ne matronam vel pupillos sive egrotos per executionem (excusationem *N*) adtrahat (adtrai liceat *L*).

X. De defensoribus civitatum, hoc est ut sine electione civium non ordinetur, ut neminem innocentem damnari aut verberari praesumat (non . . . praesumat *om. N*).

XI. De assertoribus domesticis et cancellariis, hoc est ut quicumque militans adquisierit sibi extra parte (-tem *L*) uindicet et ut nullus iudicem de alia prouintia cancellarium sibi coniungat.

sicut infra exponemus ad Parisinum. — Codicis Basileensis eius de quo modo diximus folia signata ε — υ (φ χ non sunt scripta) sub titulo 'incip legum Theodosii lib. I' descripta sunt ex codice hodie Bernensi (cuius item, ut exposuimus supra p. LXXIV, sub nomine Argentinensis passim mentio fit in marginibus) ad explenda ea quae in Murbacensi desiderabantur; finit apographum 2, 24, 1 errore praetermisso capite 2, 24, 2 et textu constitutionis sequentis 2, 25, 1. Indidem in fine Pauli quae in Murbacensi deficiebant Amerbachius explevit. Amerbachius quae in his emendavit, pleraque (ut 1, 2, 5 — 2, 9, 3 — 2, 15, 1) meri sunt librarii errores ex codice correcti; ad solum titulum libri primi primum quaedam aut emendata sunt aut adscripta (ut 1, 1, 1 *probiano* pro *problatio* et adscriptae constitutiones 1, 1, 2. 3. 4) non sumpta ex Bernensi et similia Cochlaeanis.

Berolinensis Lat. quart. 150 saec. X (Haenel 43 = 37). Praescribitur: *in Christi nomine incipit liber legum.* Habet Maioriani novellas sex primas eas ipsas quae reliquis deperditis solae supersunt in codice novellarum hodie primario Vaticano Ottoboniano 7277 ex archetypo eius similiter mutilo translatae in recentiores tres Berolinensem hunc, Parisinum 9652 + 4406, Varsoviensem antea Kellerianum.

N* Berolinensis Savignianus n. 1 saec. X (Haenel 42 = 34), nobis *N**. Initio mutilus Breviarium incipit in rubricarum laterculo l. 2 tit. 4 in explanationis verbis .... *pillorum causae in ipsa civitate discutiantur,* finit post locum Papiniani sic: *explicit liber iuridicus ex diversorum sententiis elucidatus feliciter deo gratias amen,* quae ipsa verba eodem loco leguntur in nostro pleno *N*. Theodosiano praescribitur *Theodosiani lib. I,* subscribitur *Theodosiani constitutionum libri XVI expliciunt* (corr. *explicit*) *feliciter deo gratias amen.* Codex cum plerumque non ponat nisi inscriptiones et subscriptiones et interpretationes, aliquoties ipsas constitutiones exhibet (2, 30, 2 — 4, 15, 1 — 4, 16, 2 — 4, 17, 2 — 4, 17, 5 — 4, 18, 1 — 4, 19, 1 — 4, 20, 1. 2 — 4, 21, 1 — 4, 22, 1 — 6, 5, 2 — 7, 1, 1 — 8, 5, 59 — 8, 15, 2 — 9, 7, 6). Adiecta sunt capitulare Karoli magni a. 803 c. 1–10 (MG. capit. reg. Franc. 1 p. 113. 114) et decretum Childeberti II a. 596 c. 6. 7. 3. 4 (l. c. p. 16. 17) scripta manu eadem; quae sequebantur, perierunt. — Codex pendet ex archetypo eodem, quod expressit noster plenus *N*, nam non solum subscriptio breviarii eadem est, ut supra dixi, sed etiam subscriptiones ita consentiunt, ut passim *N* et *N** in erroribus gravissimis consentiant (ita 3, 5, 12 pro *Honorio XIII et Theodosio X* uterque habet *Theodosio XIII et Honorio X*); ubi dissentiunt, aliquoties *N* praestat (ut 9, 1, 3 — 9, 1, 15 — 9, 7, 2 — 9, 16, 3), sed multo saepius *N** (ut 9, 1, 5 — 9, 1, 9 — 9, 1, 19 — 9, 3, 7 — 9, 6, 4 — 9, 7, 1 — 9, 7, 5 — 9, 7, 6 — 9, 16, 4). Ego huiusce libri subscriptiones omnes examinavi, consentientes cum *N* vel corruptas fere suppressi, quibus locis praestant, eas attuli, praeterea in libri IX parte ea quae in *N* desideratur omnes.

Clermont-Ferrand n. 201 (Haenel ... = 74) saec. X. Breviarium tam ante rubricas quam ante textum appellatur *liber (libellum) legis doctorum;* finit mutilus in Paulo 2, 24, 1 verbis *liberum paret.* Theodosianus inscriptione caret, subscriptum est *explic lib Thds.*

Leidensis Vossianus quart. 47 saec. X (Haenel 38 = 25). Tam prima Breviarii folia cum perierint quam extrema, incipit in rubricarum parte extrema Gregoriani tit. 9 explan. *dicetur hoc ut filii familias,* finit in Gregoriano tit. 12, 2 *non statim casum.* Theodosianus inscriptione caret; subscriptum est *Theodosiani lib XVI explicit.* Adsunt inscriptiones et interpretationes vel, ut hic appellantur, explanationes, et his subiunctae subscriptiones. Ante Theodosianum reperiuntur Auctoritas Alariciana eique subiunctae formulae duae *de trina conventione* (supra p. LXXXIII) et *de litis expensis* (supra p. LXXVIII). Archetypis duobus librarium usum esse declarat subscriptio constitutionis 5, 18, 1 (p. XCIV).

Montispessulanus 136 saec. X (Haenel 24 = 21), antea Pithoeanus. Codex, qui etiam legem Salicam et capitularia quaedam complectitur, Breviario praemittit tituli loco (vide p. XXXII): *in hoc corpore continetur tota lex Romana: incipit prologus ex corpore Theodosiani.* Sequitur Auctoritas Alarici. Subscriptiones absunt.

Parisinus 4403 A saec. IX (Haenel 25 = 26; specimina scripturae tria dedit Delisle *cab. des mss.* tab. 19), antea 'Claudii Puteani', passim laudatur a Gothofredo tamquam 'Anianus Puteani'. Codex eo nomine a decurtatorum forma solita discedit, quod a nono inde libro saepe constitutiones proponit integras. Subscriptiones pleraeque desunt.

Parisinus 4408 saec. IX (Haenel 27 = 29). Breviario post Auctoritatem Alarici praescribitur *incipiunt tituli legum ex corpore Theodosiani explanati.* Supra vidimus constitutionum 2, 7, 1. 2, quas ex plenis habet unus codex *O*, hic adesse interpretationes. Contaminationem prodit subscriptio 5, 1, 9 *Tauro et Felice cons. et qui fuerit nuntiatus.*

Parisinus 4409 saec. X (antea 1097 Rigault — 1197 Dupuy — Reg. 5184; Haenel 28 = 38 et 46); eundem librum sub n. 1097 laudant Sirmondus et Gothofredus, ut supra p. XXXIV exposuimus edentes subscriptionem Alaricianam. Praeter alia plura (in his sunt formulae Turonenses, de quibus dixit Zeumer MG. form. p. 131) epitomenque Aegidianam (cum Auctoritate Alarici) infra commemorandam Breviarium legitur f. 10—120 eadem forma, qua id exhibent codices duo Bernensis et Vaticanus reginae 1048, quapropter de his tribus libris simul exponemus. Ante rubricas est in tribus libris *incipiunt capitula de libro legum* similiterque post rubricas; ante breviarium est in Parisino solo *incipit lex Romana,* deinde in tribus libris *in hoc corpore continentur libri legum Romanorum: Theodosiani libri XVI, novellarum lib. V, Gai lib. I, Pauli lib. V, Gregoriani et Hermogeniani et Papiani libri singuli.* Theodosiano praescribitur *incip legum Theodosiani lib. I,* subscribitur *expliciunt libri Theodosiani numerum XVI.* Breviarium, cui subscribitur: *expl Papiani (pauiani* Bern. *Vat.) titulus de pactis intra virum et uxorem,* sequuntur formula edictionis et index regum Francorum, quae subicimus, cum faciant ad librorum parentelas et aetates determinandas. — Formula (edita apud Zeumerum MG. form. p. 536) haec est:

> TH. 9, 1, 9
> non prius quemquam sinceritas tua ad tuae sedis examen iubebit adduci quam sollemnibus satisfecerit.

Incipit edictio. Cum in *(om. Vat. m. 1)* praesentia inluster vir (inlustri uiro *Par.*) ille illo mallavit, sed illi (et *ins. Vat. m. 2*) petiet, ut scriberet quod petivit (petibit *Bern.*) inritica (inretica *Vat. m. 2*) imperatores sanxerunt decreta, ut (in *Vat. m. 1*) nullus a iudicio suscipere precurrit, antequam sollemnia patefecerit [*scr.* satisfecerit], ut his qui fidem datis ut nec obiecti sunt preomaticis [preumaticis *Vat., scr.* pragmaticis] dictionis lex poena succurrit edictio. In quam ob rem petitio [*scr.* peto] in conspectu magnitudinis vestri, ut homo nomen illi est [*scr.* ille res] illas post se mali ordine preoccupasse (preoccupassit *Bern.: Vat.*) dinoscitur (denoscitur *Bern.*), ut hoc vestra prudentia integrum et legalis sententia debeat (debeant *Bern. Vat.*) definire, ea vero scilicet ratione (racio *Bern., Par. m. 1, Vat. m. 1*) ut, si (se *Bern. Vat. m. 1*) in constitutum placitum res illas mihi iustissime debitas adprobare non potuero, ut lex mundana Teodosiano corpore arbitratus disternit, me impleturum esse polliceor (policior *Bern.*, pollicior *Vat.*) data edictione de inscriptionibus accusatoribus recrescant Teodosiano nono in ira *(= aera, capite)* prima.

Indicem regum Francorum a Theoderico III ad Pippinum exhibent tres libri simillimi ii de quibus agimus, Parisinus 4409 et Bernensis et Vaticanus reginae 1048 (non 1050, ut supra p. XXXV legitur errore meo) et praeterea ex plenis libris Vaticanus Ottobonianus 2225 (p. LXXXI). Ediderunt eum Chesnius (script. Franc. tom. 1 a. 1636 p. 781) 'ex libro coenobii sancti Remigii Remensis' et Pertzius (*Archiv* 7, 744; MG. SS. 2, 308) et Haenelius (brev. p. LXXI. LXXII). Index hic est:

Teodoricus rex regnavit XVII annos
Chlodovaeus rex regnavit III annos
Hildebertus rex regnavit [XVII annos
Dagobertus rex regnavit V annos
Hilpericus rex regnavit] V annos
it(em) Teodoricus rex regnavit XVII annos

annum septimum (*scr.* annos septem) alius rex non regnavit
Hilpericus rex regnavit VIIII annos
sunt in summa anni LXXVIIII
Pipinus rex regnavit XVIII annos.

Libri in indice hoc vix variant, nisi quod Ottobonianus omisit uncis comprehensa. — Indicem sequitur subscriptio Alariciana edita supra p. XXXV. — Leges additiciae 2, 7, 1. 2 — 3, 12, 1 — 16, 9, 4 — 16, 11, 3 libris tribus communes sunt.

Parisinus 4410 saec. IX/X (Haenel 29 = 30) adiuncto folio inde avulso et iam facto f. 68 codicis Paris. 4406. Breviario praemittitur Auctoritas Alarici et caput *de trina conventione* (p. LXXXIII); finit cod. Hermog. tit. 2 verb. *cum pena reddendum erat.* Codicem in Novellis prope accedere ad *N* monet Paulus Meyer. Theodosiani decurtati liber V cum deesset, eo loco insertus est ex codice aliquo (simillimo nostri *N*) Breviarii integri idem liber inde a titulo secundo *de bonis militum* ad finem. Stemma inscriptum *lege hereditates quemadmodum redeant,* quod ex Theodosiani exemplo a Ranconeto sibi commodato Cuiacius edidit a. 1564 in observationum l. VI c. 40, potest ex hoc codice proficisci, si sumimus eum quoque aliquando fuisse Ranconeti. Similia exemplaria teste Haenelio (brev. ad p. 456) extant in Leidensi univ. 114, Parisino 4112, Vaticano reginae 1023; hoc Paulo Meyero, qui inspexit, non visum est a Cuiacio adhibitum esse.

Parisinus 4411 saec. IX (Haenel 30 = 22). Inscriptiones fere absunt, adsunt dies et interpretationes.

Parisinus 4412 saec. IX (Haenel 31 = 23), aliquando Pithoei; adhibitus ad ed. Cuiacianam a. 1586 (vide ad 1, 15, 17). Gemellus est Vaticani reginae 1023. In utroque exemplari Breviario praescribitur: *incipiunt sententiae cum diebus et consol(a)t(ibus) excerpte cum interpretationibus libri legum ex corpore Theudosii (theodosii* Vat.*): ipsius Theudosii (thodosii* Vat.*) sunt libri XVI, novellarum (libri* ins. Par.) *cum auctoribus eorum, id est Valentiniani Martiani Maiuriani Severi Maximi (sunt* ins. Par.) *lib. V (insimul* ins. Par.): *hic in finem istorum et ante inicium Gagi arborem (arborum* Vat.*) iure require* [intelleguntur *arbores iuris* sive stemmata, qualia edidit Haenel brev. ad p. 456]: *Gagi liber I, Pauli sentenciarum libri V, Gregoriani libro I, Hermogeniani libro I, Papiani libro I, Antimi libro I: fiunt insimul veterum ac novellarum libri legum XXX et uno.* Theodosiano praescribitur: *incipit Theodosius liber I,* subscribitur: *Theudosiani constitutionum expliciunt libri XVI,* Breviario subscribitur: *explicit liber Papiani.* Post locum Papiniani, in quo Breviarium finit, legitur interpretatio Th. 9, 1, 10 pariter atque in Fuldensi. Post novellas Anthemii legitur: *explicit leges divi Anthimi Aug.,* deinde, sed manu alia: *expl lib legum felit amen.* Praeter novellas, quae adsunt auctae, huic libro et gemello proprium est, ut supra p. LXXXV exposuimus, quod in primo libro adest codicis Theodosiani pleni cum numero suo rubrica XV et numerantur deinceps rubricae XVI (item nobis). XVII (nostrae ed. XX) [XVIII. XVIIII in neutro libro adsunt]. XX (nobis XXIX). XXI (nobis XXXIIII), nisi quod a Parisino propter hiatum (post 1, 29, 8 sequitur interpretatio 2, 4, 7) extremus numerus abest. Constitutionum non receptarum ab Alaricianis una sola adest 1, 15, 17. — Adhaeret Breviarii decurtati exemplo integro in foliis extremis 127—134 alterum mutilum incipiens in Paulo 5, 36, finiens in Gregoriano 3, 10, quod excipit post hiatum pars legis Romanae Burgundionum.

Parisinus 4413 scriptus in Baiocassis a. 832 (Haenel 32 = 31; cf. Delisle *cal. des mss.* 3, 253 tab. 25; Flach *études critiques sur l'histoire du droit romain* [Paris. 1890] p. 85) notabilis est propter indicem titulorum libri primi huic volumini adiectum, de quo egimus supra p. LXXXV. Glossas ei adscriptas tractaverunt et ex parte ediderunt Haenel brev. p. XXIV. 462. 463 et Flach l. c. p. 157 seq.

Parisinus 4414 saec. X (Haenel 33 = 32) Breviario praescribit: *in Christi nomine incipit capitula: liber Romanus de Th(eodosian)o et(?) d(e) P(au)lo, de Gai, de Gregorium, de novellarum, de Constantino Onorio Arcad(i)o Iul(i)ano Rufino(?) Cornelio(?) Agg.(?) Graciano Alexander isti plaregerexerunt* (sic) *in lege Romana.* Propria sunt huic libro et simillimo

qui sequitur Paris. 4415 in Theodosiano inscriptio ficticia constitutionis 12, 1, 47, praeterea in Hermogeniano titulus de iure fisci (Krueger p. 244), denique locus originis incertae: *respuenda sunt iurgia et amplectenda pacis tranquillitas, quia commodius est lites pacifice definire quam sub ambiguo certamine dispendiosam expectare victoriam.*

Parisinus 4415 ex exemplari scripto *mense Decemb. anno XV regnante Karolo rege,* id est a. 782 extremo, descriptus saec. IX (Haenel 34 = 33) praecedenti gemellus. Breviario subscribitur: *explicit liber legum Theudosianus.*

Parisinus Lat. 9652 (antea suppl. Lat. 779), quocum iungenda sunt hodie in volumen Parisinum 4406 coniecta folia octo 60—67 (Haenel 44 = 35), olim Bellovacensis (inscriptum est in principio *ce livre manuscrit apartient à la Bibliothèque du chapitre de la cathédrale de Beauvais* citaturque aliquoties sub nomine Bellovacensis[1]) in Pithoeanis, scilicet iis de quibus supra diximus ad Pithoeanum nobis *F*), deinde apud Antonium Loisellum, cui in ed. a. 1566 Cuiacius acceptas fert novellas Maioriani, mox apud Pithoeos, recentiore aetate Luguduni in Bibliotheca Gay ea publice venumdata a. 1834 illatus est in bibliothecam Parisinam. Scriptus est codex saec. IX fin. in Gallia. Praescribitur breviario: *incipit liber legum;* sequitur commonitorium: *auctoritas Alarici regis. utilitates ... constringat. explicit;* deinde rubricae: *tituli legum ex corpore Theodosiano explanati;* post eas breviarium ipsum solito more exhibetur, ut ipsae constitutiones deficiant, sed eo nomine a vulgari forma recedens, quod post finem Theodosiani titulo 16, 5 *de religione* subiungitur sub titulo *de episcopali iudicio* constitutio Sirmondiana I et quod novellae Maioriani hic reperiuntur sex primae; denique post finem breviarii in Papiano subscribitur: *explicit liber iuredicus ex diversorum sententiis elucidatus feliciter* similiter atque est in *N* et inter decurtatos in Berolinensi Savigniano.

Parisinus 9653 (suppl. Lat. 65) saec. IX (Haenel 26 = 27). Ante rubricas Breviarii legitur: *in dei nom̄ incipiunt capitula libri legum Romanorum;* ante Breviarium ipsum: *incipit prologus legum: sub tempore Alarici rege Gotorum fuit data sententia u(t?) libros legum, qui in herario regis erant retrusi: excarsum ex omnibus libris fuit conscriptum in unum volumen per manum legum* (sic) *legis Romani Goiarico comite, Gratiano notario scribentem.*

Sangallensis 731 scriptus *k̄l. Novembris anno XXVI rigni domno nostro Carolo regi,* id est a. 793 (Haenel 46 = 42; Conrat *Quellen* 1, 222), omnino is ipse codex, qui in catalogo coenobii Sangallensis saec. IX (Becker catal. bibliothecarum p. 50) sic recensetur: *308. Lex Theodosiana; lex Ermogeniana; lex Papiani; lex Francorum; lex Alamannorum in volumine I.* Ad epocham determinandam pertinent quae leguntur p. 293 (MG. SS. 2, 307) post legem Salicam, ante Alamannorum: *Incipit regnorum vel temporum. Eraglius dehinc quintum annum ait sui imperii. Sisbodus ...... ab inicio mundi usque ad Heraglio imperio et Sisbodo rege Gothorum [et Dagoberto regi Franchorum] anni sunt VDCCCXIII* (haec Isidori sunt chr. min. vol. 2 p. 479. 480 c. 414—417 praeter ea quae uncis conclusimus). *Regnavit Dagobertus annos XVII .... Regnavit Theodoricus annos XVII* et sic deinceps fere ut supra p. XCVII dedimus, *Pipinus annos XVII; a Dagoberti usque ad Pipino sunt anni CLVIII; tutti insimul sunt anni V̄DCCCCLVIII.* Codex solito more decurtatorum deteriorum exhibet interpretationes solas non magnopere mutatas. Ad 3, 12, 4 in fine additur: *quod hic minus est, in libro Gagi require.*

Varsoviensis bibliothecae universitatis n. 480 (Haenel 39 = 36; cf. Zeumer MG. form. p. 131), antea Kelleri, aliquando Claromontanus, gemellus est Berolinensis q. 150. Vidi eum, sero tamen, missum Berolinum; Alariciana p. XXXII. XXXIII plane consentiunt cum libro nostro.

[1]) Ad finem codicis Theodosiani adnotatur ita: 'in vet. cod. Bel. sequitur titulus de episcopali iudicio: impp. Arcad. et Honor. et Theod. AAA. Ablauio p̄p̄.'; item ad novellas Maioriani: 'in vet. cod. eccl. Bel., in quo erant fere interpretationes tantum harum novellarum, hoc loco sunt sex novellae integrae', quae deinde enumerantur.

Vaticanus reginae 857 saec. IX/X (Haenel 47 = 43 et accuratius Conrat *Quellen* I p. 221). Interpretationes quas habet, habet non decurtatas. Additamentum ad interpretationem 4, 8, 7 adiectum huic libro commune est cum epitome Monachi.

Vaticanus reginae 1023 saec. X (Haenel 35 = 24) gemellus est libri Parisini 4112 notavimusque supra ad hunc quae habent a reliquis diversa in libro primo. Codex finit mutilus Greg. 4, 12, 2 verb. *aurelio prisco et marco militi.*

Vaticanus reginae 1048 saec. X/XI (Haenel 36 = 39), aliquando ut videtur Ranconeti (vide supra p. LXXVI). Egimus de hoc libro ad gemellum Parisinum 4409.

Vaticanus reginae 1050 saec. XI (Haenel ... = 76), antea Petavianus. Ante Breviarium post stemma leguntur verba haec ex Alariciana constitutione residua: *annum XX regnum domni nostri Alarici regis datur sub die IIII non. Febroar.* Sequuntur sub praescripto *in dei nomine incipiunt tituli legum ex corpore Theodosiano* Breviarii rubricae et post subscriptionem *expliciunt tituli veteres ex corpore Theodosiani .... lib XVI* ipse Theodosianus sine inscriptione cum subscriptione hac (similis est Parisini 4412): *explicit liber Theodosii numero ex vetere libri XVI.* Breviario subscripta sunt haec: *hic continentur explan(a)t(iones) vetere(s) et nova(e): in vetere ex corpore Theodosiano liber XVI, in novellarum divi Theodosiano liber I, Valentiniani liber I, Marciani liber I, Maioriani liber I, Severi liber I, Gai liber I, Pauli sententiarum liber V, Gregoriani liber I, Ermogeniano liber I, Papiano liber I: hoc sunt insimul liber XXX et auctores X, qui hoc exposuerunt.* Sequitur novella Leonis et Severi de corporatis (vide supra p. LXXX), deinde lex Burgundionum Romana. — De sententiis Pauli, quales in hoc libro exhibentur, exposuit Degenkolb in commentationibus Mommsenianis p. 646 seq. demonstrans hic adesse titulum de adulteriis a Cuiacio editum ex codice Vesontionensi.

II. EPITOMAE.

FVLDENSIS D I saec. VIII (Haenel 49 = 45; Conrat *Quellen* 1, 222), antea Weingartensis (cf. Zeumer MG. form. p. 1).

Breviarium, cuius partes in hoc codice ordine non solito exhibentur, *scintilla de libro legum* appellatur tam ante rubricarum indicem quam in fine (utroque loco legitur *explicit ad integrum sc. de l. l.*). Theodosiano praescribitur: *incipit capitulare Theod. liber I,* subscriptum est *Theudosiani liber XVI explicit.* Constitutiones interpretatione carentes, quas decurtati solent ponere integras, proponuntur epitomatae, exempli causa 16, 7, 3 hic sic exhibetur: *qui Christiani religionis et nominis neglexerint, puniantur.* Legum 3, 12, 2 et 3 interpretationes ita leguntur perturbatae: *Fratris uxorem ducendi vel uni viro duas sorores habendi aut sororis in fratris filia aut consubrina aut certe fratres uxorem penitus licentiam denegatur, nam ex tali coniunctione procreati fili legitimi non habentur et facultas eorum ad eredes proximiore gradu pervenit; si heredes non adsunt, tum in eorum facultate fiscus accedat.* Post locum Papiniani, in quo breviarium finire solet, sequuntur, pariter atque in Pithoeano deperdito *F* (vide supra p. LXXX), novella Leonis et Severi de corporatis in epitomen redacta et interpretatio constitutionis 9, 1, 18 sic ut eam rettulimus in apparatum nostrum. — In novellis quae propria habeat Fuldensis, in altera huius editionis parte declarabitur.

EPITOMAE AEGIDIANAE (Haenel p. XXV. XXVI. LXXV—LXXIX; Conrat *Quellen* 1, 222) in exemplaribus melioribus praemittitur Auctoritas Alariciana (supra p. XXXII). Ipsa facta videtur esse saec. VIII exeunte; certe codices antiquissimi quique hanc aetatem non superant, et cum adsint in Aegidiana epitomae constitutionum quarundam adiecticiarum (supra p. XCIII) itemque locorum Pauli aliquot similiter a Breviario primitivo alienorum, epitomator adhibuerit necesse est librum formae auctae. Ante a. 744 quod epitomen scriptam esse Haenelius contendit, nititur capitulari ad eum annum relato apud Baluzium capit. 1 p. 154, in quo adest inter-

pretatio loci Paulini 5, 4, 15; sed id capitulare hodie viri docti consentiunt ficticium esse. Vide quae diximus p. XXXVII.

Iam enumerabimus epitomae Aegidianae libros hodie notos.

Ambrosianus A 46 inf. saec. X. Egerunt de hoc libro originis ut videtur Italicae Maassen in comm. minoribus acad. Vindob. cl. phil. hist. vol. 92 [1878] p. 303 et Conrat (*Zeitschrift der Savigny-Stiftung, germ. Abth.* 9 p. 219; *Quellen* 1 p. 226) et plene Fournier *annales de l'université de Grenoble* 11 (1899) praesertim p. 361. Epitomae Aegidianae praescribitur: *haec capitula a Carolo primo et Pipino filio eius inter leges Francorum excerpta et posita sunt.*

Basileensis C III 1 Amerbachianus (vide supra p. XCV) sub titulo *incipiunt capitula legum ex corpore Theodano* continet epitomae Aegidianae partem primam ad 2, 24, 2 *divisio facta permanet.*

Holkhamensis 210 saec. IX/X, qui quae contineat accurate enarrat Conrat *Geschichte der Quellen und Litteratur des röm. Rechts im Mittelalter* 1 (1891) p. 277, habet inter haec Auctoritatis Alaricianae partem et alio loco epitomen Aegidianam; ipsum Breviarium non videtur habuisse auctor huius syllogae, quae memorabilis est utpote compilata et ex iure Iustiniano et ex lege Euriciana Visigothorum et ex Alaricianis.

Leidensis publ. 191 = XVIII B. A saec. X (Conrat *Zeitschrift der Savigny-Stiftung, röm. Abth.* vol. 1 extr.).

Leidensis Vossianus quart. 119 saec. X (Haenel brev. 54). Inest praeter epitomen Aegidianam constitutio Sirmondiana prima.

Leidensis univ. 114 saec. IX (Haenel brev. 53; Zeumer form. p. 34).

Monacensis Lat. 4460 saec. XI (Haenel *Berichte der sächs. Ges.* 1865 p. 15; Conrat *Quellen* 1, 228).

Parisinus 4409 saec. X (Haenel 28 = 38 et 46) praeter breviarium ipsum, de quo supra egimus, etiam epitomen eius Aegidianam continet; auctoritas legitur f. 144.

Parisinus 4416 saec. IX (Haenel brev. 47).

Parisinus 4417 saec. X (Haenel brev. 48).

Parisinus 4418 saec. X (Haenel brev. 49).

Parisinus 4626 saec. X/XI (Haenel brev. 56). Auctoritas Alarici legitur f. 109.

Parisinus 4633 saec. X (Haenel brev. 51).

Parisinus 4696 saec. XIII (Haenel brev. 52). Auctoritas Alarici legitur f. 89.

Parisinus *nouv. acq.* 204 saec. X/XI (Conrat *Zeitschrift der Savigny-Stiftung, röm. Abth.* 9, 399; *Quellen* 1 p. 42). Auctoritas Alarici legitur f. 78.

Parisinus *nouv. acq.* 2318 saec. VIII/IX.

Sangallensis 729 saec. IX (Haenel brev. 54).

Sancti Pauli in Carinthia saec. X (Haenel brev. 56).

Stuttgartensis, antea Weissenauensis saec. X (Haenel brev. 73, *Berichte der sächs. Ges.* 1865 p. 1; Conrat *Quellen* 1, 228).

Vaticanus reginae 846 saec. VIII (Haenel brev. 75; Arevalus Isidoriana vol. 2 p. 325). Hic est codex Tilianus, ex quo indicem regum Francorum Chesnius edidit (script. Franc. t. 1 p. 781). Indicis, quem descriptum accepi a socio Paulo Meyer, haec forma est reliquis duabus melior et plenior. Incipit: *haec s(unt) nomina regum Francorum. Chlotarius regnavit annus XLVII. Dagobertus filius suus regnavit annus XVII;* finit: *Pippinus regnavit annos XVI et dimidio.*

Vaticanus reginae 852 saec. X (Conrat *Zeitschrift der Savigny-Stiftung, röm. Abth.* 9 p. 390; *Quellen* 1 p. 42).

Vaticanus reginae 991 saec. XI (Haenel brev. 55).

Aegidii, qui epitomen hanc primus edidit a. 1517, codex in fine mutilus (post Hermogenianum deest locus Papiani) hodie latet vel periit (Haenel p. LXXXVII).

EPITOME PARISINA (Haenel p. XXVI. XXVII. LXXIX; Conrat *Quellen* 1, 228).

Parisinus 10753 (= suppl. Lat. 215; Haenel brev. 60) supra p. LXXXIX iam tractatus est eo nomine, quod hanc epitomen qui fecit praeter breviarium habuit Theodosiani

pleni codicem certe libros XII—XV, probabiliter l. IX—XVI complectentem, puto aut sunt qui nunc est Vaticanus reg. 886 aut similem. Ipsam epitomen, quae scintilla appellatur pariter atque Fuldensis (supra p. C), Haenelius iudicat formatam esse ex Aegidiana in regione Turonensi vel Aurelianensi, quoniam constitutionem 2, 15, 1 inde adfert Aldricus Cenomanensis episcopus in instrumento a. 838.

EPITOME GVELFERBYTANA (Haenel p. XXVII. LXXX; Conrat *Quellen* 1, 231).

Guelferbytanus Weissenburgensis 97 saec. IX (Haenel brev. 61) quam continet breviarii epitomam, eam Haenelius iudicat factam esse post a. 754, quoniam librarius Childerico tribuat annos novem, ante a. 769, quoniam Karoli magni non meminit; quae vix recte videtur posuisse. Subscriptio epitomae *explicit liber iuredicus ex diversorum sentenciis elucidatus* eadem est atque pleni Parisini 4404 = *N* et decurtatorum Parisini 9652 et Berolinensis Savigniani. Epitomator hic pariter atque Aegidianus admisit capita quaedam adiecticia (supra p. XCIII).

EPITOME MONACHI (Haenel p. XXIX. LXXXIII). A reliquis epitomis haec eo nomine discedit, quod passim adsunt subscriptiones. Habent eam libri hi:

Berolinensis Phillippsianus 1735 saec. VIII/IX (Haenel brev. 64; Rose cat. n. 160; cf. Conrat *Neues Archiv* 24, 342; *Bull. di diritto Romano* 11 p. 7).

Parisinus 4403 B saec. VIII/IX (Haenel brev. 63).

Parisinus 4419 saec. X (Haenel 23 = 62). In ipso libro adnotatum est Cuiacium eum contulisse a. 1585 eodemque usus est Gothofredus (proleg. p. CXXXIV). Solus continet huius epitomae prologum. Post epitomam sequitur caput *de meretricibus et infamis: placuit ut nullis vocem meretricis accipiat meretrices quae adultere vocantur ut lex Theodosiani* (Haenel cogitavit de const. 9, 7, 1) *commemorat nullis ab eis faeditatem corporis condempnetur quia in talis multis criminibus consecuntur, nisi quando a domino merebitur veniam, supplicabitur,* originis incertae et interpretatio novellae Theodosii de curialibus 15 *(nulli .... subditorum).* Sequitur Theodosiani appendix prior Kruegeri.

EPITOME CVRIENSIS (Haenel p. XXXI. LXXXIII; Zeumer *Zeitschrift der Savigny-Stiftung, germ. Abth.* 9, 1 seq.; Conrat *Quellen* 1, 238). Compilata videtur esse saec. VIII medio ante a. 766. Adsunt constitutiones aliquot adiecticiae (p. XCIII). — Habent eam libri hi:

Lipsiensis univ. 3493 saec. IX, antea Utinensis (Haenel brev. 65).

Sangallensis 722 saec. IX (Haenel brev. 66).

Sangallensis Favariensis saec. X (Haenel brev. 67).

III. VARIA ET MINORA.

Ut non raro offenduntur in libris scriptis constitutiones desumptae ex Theodosiano breviato, ita utilitate ἀποσπασμάτια haec fere carent. Composui nihilo minus quae huius generis mihi se obtulerunt aut in ipsis codicibus aut ab aliis adlegata.

Bernensis 314 f. 88: Th. 11, 39, 7 Conrat *Quellen* 1, 42.

Berolinensis Lat. fol. 270 (Haenel 11ᵃ = 17ᵇ), antea Pithoei, compactus est ex plurium codicum laciniis. Ex his supra p. LXXX diximus de f. 1—10, item p. LXXXIII de f. 11—13; f. 14 cum spectet ad nov. Valentiniani III 32, supersunt hoc loco tractanda f. 15 et 16. Exhibet illud scriptum saec. fere IX ex Theodosiano breviato constitutiones 9, 14, 2 *supplicio subiugetur* ad 9, 16, 3 *et constantino conss.* In reliqua pagina, quam prima manus vacuam reliquit, altera non multo posterior adscripsit constitutionem ficticiam eam, quam supra p. 240 ad 5, 18, 1 rettulimus *de agnationibus dividendis,* et post hanc interpolatam ex novella Valentiniani 27 Sirmondianam primam, sicut ad eam adnotatum est. — Alterum folium hodie 16 continet haec:

1. *in pagina recta:*

Imperator Teudosius dicit ad episcopos capl V. Ecclesiarum negotia pro reverentia sanctitatis ac fidei oportet, cum ad publicum prolate fuerit *(sic)* cause sine aliqua tarditate finiri nec debent defessores *(sic)* loci venerabiles *(sic)* ulla

tarditate suspendi, quia res ecclesiarum nec per intervalla temporum nec per tardiores agentes non possunt prolongari neque annuere.

2. *post interstitium:*

Sicut lex Theodosiani et divi Valentiniani et aliorum auctorum *(sic m. 2, m. 1 inc.)* praecipit. Si quis libertatem a propriis dominis fuerit consecutus, sciant se dominis suis esse subiectos, sicut libertis lex praecipit custodire, et si in aliquo propriis dominis leserint, ad servicium revertentur. Patronatus autem tamdiu prolongatur usque in terciam generationem, qua expleta patronatus desiit esse et qui nati fuerint ex libertis, in sua redigant potestate et testamenta facere et testimonia perportare.

3. *in versa constitutionem 11, 11, 1, cuius varia lectio suo loco adlata est.*

Haec est scheda, unde secundum locum *sicut ... perportare* hic illic corruptum Pithoeus transcripsit in exemplar suum editionis Cuiacianae (hodie in Parisina bibliotheca inter libros impressos *Réserve F*[3]) praemissis verbis *in veteri scheda, in qua scripta etiam sunt l. si qui eorum C. Th. ne damna provinc. infligantur* (= 11, 11, 1). — Prior locus est tamquam interpretatio constitutionis 2, 4, 7 ad verba eius prope accedens, sed cuius aetatis ipsa sit, declarat vocabulum prolongandi. — Posteriorem edidit ex apographo Pithoei Haenel apud Hauboldum opusc. 2 p. 927. 928 et ad Th. 4, 10, 3; tractavit Huschke *Studien des römischen Rechts* (1830) p. 163, iudicans scriptorem hic comprehendisse argumentum constitutionum tituli Theodosiani 4, 10 'de libertis et eorum liberis' et novellae Valentiniani 24 'de libertis et successionibus eorum', id quod praescriptum recte intellectum confirmat.

Casinas 522 pendet ex Hincmaro (supra p. LXXXIX).

Guelferbytanus Helmstadiensis 1164 (1062): Conrat *Quellen* 1, 228.

Parisinus 1730 saec. XIV: Haenel brev. 69.

Parisinus 3841 saec. X f. 150: Th. 9, 45, 4 Conrat *Quellen* 1, 42.

Parisinus 4406 f. 69—72 saec. IX proponit titulum 3, 12 de incestis nuptiis, praemittens sub praescripto 'iste titulus est primus de incestis nuptiis' additiciam constitutionem, quae hodie prima numeratur, deinde sub rubrica 'xii tit. de incestis nuptiis' constitutiones reliquas tres. Sequitur locus: 'de incestis nuptiis. Quicumque aut sororis .... anathema sit'.

Parisinus 4482: Haenel brev. 70[a].

Parisinus 4696 saec. XIII: Haenel brev. 52 cum apographo Crameriano n. 59.

Parisinus 4697 saec. IX/X: Haenel 45 = 41; Zeumer form. p. 26; plenius Conrat *Quellen* 1, 221.

Parisinus 9710 (non 7710): Haenel brev. 70.

Taurinensis I. IV. 27 (antea H. VI. 24): Haenel 48 = 44 et accuratius Patetta *Archivio giuridico* vol. 47 (1891) p. 39. Post Iulianum insunt excerpta ex breviario. Codex eo solo nomine notabilis est, quod originis videtur esse Italicae.

Vaticanus reginae 379: Haubold opusc. 2 p. CXVII.

Vaticanus reginae 982 saec. X: Haenel brev. 68.

Vindobonensis 406: Th. 4, 7, 1, Conrat *Quellen* 1, 42.

IV. EXCERPTA EX BREVIARIO.

Excerpta ex Theodosiano pleno quae habemus, supra tractavi; excerpta ex Breviario ab editore Theodosiani praetermitti potuerunt, codices enim et aetate sua et virtute ad textum stabiliendum sufficiunt. Ad usum autem forensem iuris Romani determinandum quid excerpta illa conferant, ea quaestio cum praesertim non in Theodosiano contineatur, sed alias quoque Breviarii partes, immo iura legesque Romanorum universa complectatur, reservata est appendici ei, quam socius operis Alfredus Wretschko in se recepit. Quam ob rem hoc loco ea tantum breviter exponam, quae cum editores priores passim tetigerint, non videbantur tota praeteriri posse.

Ex Breviario quid sumpserint leges nationum Germanicarum, supra p. LX paucis significavimus. — Consultationis veteris iure consulti, quam ab Ivone in decreto (1, 8, 4, 3) usurpatam Cuiacius edidit a. 1577 ex codice hodie deperdito (ed. Krueger collectio librorum anteiust. vol. 3 p. 179), auctorem usum codicibus Gregoriano et Hermogeniano itemque Pauli sententiis integris item Theodosiano integro usum esse qui credunt, errant. Nam non solum quae inde affert 1, 2, 7 — 1, 4, 3 — 2, 9, 3 — 2, 12, 2 — 2, 12, 3 — 2, 12, 4 — 2, 16, 3 — 8, 12, 1 (mut.) — 8, 18, 7 — 9, 1, 18, omnia adsunt in epitoma Alariciana, sed errat etiam libellus cum horum codicum parte aliqua, ut 8, 18, 7 inscriptio est non *Arcadius et Honorius*, sed ut in *PMLS Honorius et Arcadius*, item 9, 1, 18 pro *disceptationi* est *discussioni* item ut in *PMLS*. Itaque iuris peritus is, qui Consultationem scripsit, Theodosiani exemplum adhibuit tale fere, qualia sunt ordinis nostri deterioris antiquissima. — In formulis Gallicis quae reperiuntur sumpta ex Breviario, composuit Zeumer (form. ed. p. 142). — Clerici per medium aevum cum ubivis fere viverent iure Romano, excerpta ex Breviario potissimum reperiuntur in iuris canonici libris Gallicis. Ex his Hincmariana supra p. LXXXIX tractavi utpote proxime coniuncta cum auctario Breviarii eo, de quo ibi actum est, quamquam ipsa crisin non magis iuvant quam reliqua ex Breviario excerpta. — Ibidem tetigimus excerpta similia a Benedicto Levita sumpta ex Theodosiano, vera origine passim mala fraude celata. — Contra sub veris auctoribus laudantur quae ex Breviario adferuntur in Reginonis abbatis Prumiensis († 914) libris duobus de causis synodalibus et disciplinis ecclesiasticis (cf. Conrat *Quellen* 1, p. 258), quem expilavit Burchardus († 1022) episcopus Wormatiensis (Conrat l. c. p. 261). — Denique quae ad ius Romanum pertinentia a saeculo sexto ad decimum ex Gallia innotuerunt post Savignium diligenter collecta a Conrato (*Quellen* 1, 1—30), eorum longe pleraque pendent ex Breviario neque, si Iuliani novellas exceperis, ius Iustinianum ibi per haec tempora invenitur adhibitum esse.

E contrario litterae Italicae, non solum provinciarum Byzantiarum, sed etiam partium Langobardicarum Theodosianum totumque Breviarium ignorant ipsaque corpora iuris ecclesiastici ibi conscripta, ut collectio Anselmo dedicata saec. IX et quas composuerunt saec. XI exeunte Anselmus episcopus Lucanus et cardinalis Deusdedit syllogae quae afferunt ex iure Romano, omnia sunt Iustiniana, somniaque Fittingiana (*Zeitschrift der Savigny-Stiftung, röm. Abth.* 9, 376) sano iudicio Conrat (*Quellen* 1, 93. 368) refutavit. Attamen (cf. Conrat l. c. p. 47. 276) Breviarii codices non omnino defuisse in bibliothecis Italiae superioris testes sunt Gothani[1]) archetypus scriptus Foroiulii (p. LXXII) et libri duo adhuc servati in bibliotheca capitulari Eporediensi; denique ex summa Aegidiana excerpta reperta sunt in codicis Iustiniani exemplaribus antiquissimis (Krueger ad cod. Iust. 3, 12, 4) et mixta Iustinianis in libris Holkhamensi (p. CI) et Taurinensi (p. CIII).

V. LIBRI LATENTES VEL DEPERDITI.

'Augustensis bibliothecae' codex, quem Sigismundus Ilsungus cum Sichardo communicavit, huic ea suppeditarit necesse est, quae editio ea propria habet non inventa in libris tribus reliquis ab eodem adhibitis Argentoratensi hodie Bernensi, Mogontiacensi hodie Gothano, Murbacensi, cuius superest apographum Amerbachianum. Sed in editione talia certo non distinguuntur. Contra codici ei, quem accepit Sichardus, cum editio pervenisset ad 2, 10, 5, in folio extremo nominatim plura accepta refert, ex quibus hoc loco ea repetam, quae codex habet aut sibi propria aut, ubi reliqui differunt, cum parte eorum consentientia:

1, 2, 5, 1	nostro praeiudicium] nostri praeiudicii
2	remittitur] emittetur
1, 2, 10, 5	firmatur] confirmatur
1, 3, 1, 3	scriptis] ex scriptis
1, 5, 3, 3	negotii] negociis *cum L*

---

[1]) Ex Gothano adlata glossa ad 2, 21, 1, 4: *emolumentum* ... *laboris* est item teste Patetta in codice Taurinensi originis Italicae (p. CIII).

1, 16, 7, *3 depraedatio nullas] praedatio nullos
*5 oblidantur] obligentur
*5 eorumque] eorum *cum G*
1, 20, 1, 4 quina itaque] quinquaginta
2, 1, 6, 6 primores *cum AOL*
7 deprometur] depromatur *cum* B^bO
2, 3, 1, 2 minore] in minore *cum G*
*1 si aptam rei (causam *ins. LS*) et proposito] quam tamen rei causam ex proposito
*1 eam esse] esse
2, 4, 4, 3 lis] litis *cum NLS*

Codex quamquam Sichardo in hac parte utenti solo Gothano passim exhibebat emendationes, ipse non videtur fuisse optimus, inclinans fere ad *L* et uno certe loco 2, 3, 1, *1 textum male corrumpens.

'Dyonisii' (sic *Y ad 9, 1, 19,* praeterea 'dy') laudatur, ut supra p. XLV exposuimus, in marginibus librorum duorum gemellorum Berolinensis Phillippsiani 1741 = *Y* et Parisini 12445 = *D*. Idem codex videtur intellegi a commentatore decreta Gratiani saec. XII (supra p. LXXVIII), ubi ait Theodosianum 'esse Aurelianis et apud sanctum Dionysium'. Libri illi inde adferunt lectiones has:

4, 18, 2, 4 communis partibus] 'in Dy communibus partibus' *D, consentiens in hoc errore cum uno libro O*
4, 19, 1, *8 int. ordinamus ut non uelint] 'in Dy ordinauimus quo non uelint' *D*
4, 20, 3, 1 apud acta *om.*] 'in Dy apud acta' *D*
9, 1, 19, 8 custodiat] 'in Dy custodiae' *DY*
*2 sponte fingenti] sic 'in Dyonisii' *Y*.

Murbacensis codicis apographum extat Basileense (supra p. LXXIII).

Addimus excerpta ex catalogis bibliothecarum, maxime ex compilatis a Gustavo Becker (Bonnae 1885), quamquam quos enumeramus omnes ad Breviarium pertinuisse nequaquam certum est.

Augiense monasterium a. 822 (Becker n. 6 p. 8) n. 142: *Lex Theodosiana, de diversis Romanorum legibus, lex Ribuaria, lex Salica et lex Alamannica et capitula domni Karoli et domni Hlodorici imp. addenda legibus nec non et alia capitula eius de nutriendis animalibus et laborandi cura in domestica agricultura in vol. I.* Denuo in catalogo eiusdem bibliothecae a. 842 (Becker n. 10 p. 22) sic: *in septimo decimo libro continentur leges diversae, id est lex Alamannorum, lex Ripuaria, lex Salica, lex Theodosiana et diversi capitular. Pippini, Karoli et Hludovici regum et ordo ecclesiasticus Romanae ecclesiae et qualiter missa celebretur et de officiis divinis in noctibus a caena domini usque in pascha et qualiter in sancta Romana ecclesia reliquiae conduntur et quomodo in sancta Romana ecclesia ordinationes fiant et capitula in omnibus laborandi cura.*

Centulensis ecclesia sive S. Richardi a. 831 (Becker n. 11 p. 28): 200 *lex Romana.*

Cluniacensis saec. XII/XIII (Delisle l. c. 2, 458 seq.) 447 *volumen in quo continentur leges Romanae a Theodosio ex diversis libris excerptae* — 449 *v. in q. c. iudicia dei et leges Theodosiane, liber institutionum Gaii cuiusdam, Pauli sententiae ad finem* — 461 *vol. in q. c. leges diversorum imperatorum* — 462 *vol. in q. c. leges Theodosiane.*

Corbeiae saec. XI (Becker n. 55 p. 139 = Delisle *cab. des mss.* 2, 427): 7 *lex Romana ab Alarico rege abbreviata* — 8 *libri veterum sedecim* — 9 *libri novellarum sex Theodosii I, Valentiniani I, Martiani I* — 10 *lex Burgundionum* — 11 *lex Gothorum.* Item saec. XII (n. 79 p. 186 = Delisle l. c. p. 428): 58 *Alarici regis auctoritas.* Item c. a. 1200 (n. 136 p. 283 = Delisle l. c. p. 432): 201 *lex Romana* (= Berol. Phill. 1735?).

Cuiacianae bibliothecae catalogi extant duo, quorum prior inscriptus *catalogue des mss. de Cujas dressé par Jean de Limoges en 1575* (ed. ex codice Parisino Lat. 4552 f. 233—237 H. Omont *nouvelle revue historique de droit* 1885 p. 257) recenset libros scriptos hos:

22 Codex Theodosianus
70 Codex Theodosianus
78 Codex Theodosianus, Hermogenianus et sententiae Paulli.

Alter inscriptus *Catalogue des mss. de Cujas dressé après sa mort en 1590* (ed. ex ms. Rosanbino 276 f. 38—72 idem Omont in eadem ephemeride 1888 p. 631) hos:

251 Capitula Caroli et Ludovici et leges Codicis Theodos.
270 Codex Theodosianus.

Everardi comitis Foroiuliensis a. 837 (n. 12 p. 29): 8 *librum de constitutionibus principum et edictis imperatorum.* Inde videtur descriptus esse noster Gothanus (supra p. LXXII).

Hamiltonianus n. 132 saec. VIII/IX (Wattenbach *neues Archiv* 8, 335): *liber legis Romane* et interposito alio *liber legis Theodosiane* et interpositis aliis *liber Theodosii.*

Massay (Delisle *cab. des manuscrits* 2 p. 442): 66 *tres libri de legibus Theodosii.*

Ripoli monasterium ante a. 1046 (Becker n. 49 p. 134): 7 *legem Romanam.*

Tulli Leucorum ante a. 1084 (Becker n. 68 p. 150): 47 *Aug. de mirabilibus mundi cum legibus Theodosii et glossis prologorum vol. I.*

Quot exemplaria Breviarii eiusque epitomarum Gallia aliquando servarit, declarant vel maxime codices Pithoeani duo, alter hodie Parisinus 4406, alter iam Berolinensis fol. 270 et tertius Danielianus hodie Vaticanus reginae 520 formati ex eiusmodi codicum decem ampliusve numero foliis residuis.

CAPVT SEPTIMVM.

THEODOSIANI EDITIONES ET APPARATVS.

AEGIDIVS a. 1517 (Haenel brev. p. C). Libellus inscriptus ***summae sive argumenta legum diversorum imperatorum ex corpore divi Theodosii, novellis divi Valentiniani Aug. Martiani Maioriani Severi, preterea Cai et Iulii Pauli sententiis nunc primum diligentissime excusa .... ex vetustissimo archetypo,*** cum praefatione, quam ***magnifico D. Ioanni Sylvagio Burgundiae cancellario*** direxit Petrus Aegidius Antverpiensis id. Febr. a. 1517, prodiit sive Antverpiae sive Lovaniae eo anno apud Theodorum Martinum Alustensem. ***AEGIDIVS***

SICHARDVS a. 1528 (Haenel brev. p. CIV). Breviarium integrum inscriptum ***Codicis Theodosiani libri XVI, quibus sunt ipsorum principum auctoritate adiectae novellae*** cet. eo anno Basileae apud Henricum Petrum edidit Iohannes Sichardus, usus plenis libris tribus Gothano eo tempore Mogontiacensi (p. LXXII), quem in Theodosiano ad 2, 25 presse sequitur, deinde quem sequitur in parte reliqua Basileensi descripto ex Murbacensi (p. XCV), tertio Augustensi deperdito (p. CIV), praeterea decurtato uno Bernensi tum Argentoratensi (p. XCVI). ***SICHARDVS***

TILIVS a. 1550 (Haenel Theod. p. XII) ex codice iam Vat. reg. 886 (p. XLIV) Theodosiani libros octo posteriores fere plenos primus edidit. Ad libros quinque priores praeter editionem Sichardi adhibuisse eum, ut alia omittam adlata ab Haenelio (Theod. p. XXVII), praesertim codicem Vaticanum reg. 1128 (= 16; supra p. LXXX), eundem, ex quo edidit Ulpianum, declarat subscriptio 1, 2, 8 translata ad 1, 3, 1. Interpretationem Alaricianam Tilius suppressit. ***TILIVS***

CVIACIVS (1522 – 1590; Haenel Theod. p. XIV) Theodosianum bis edidit in corpore iuris anteiustiniano primum Lugduni a. 1566 (quae editio repetita est Aurelianae Allobrogum sive Genevae a. 1586 et exemplarium nondum divenditorum titulo solo mutato Lugduni a. 1593), deinde Parisiis a. 1586 (mutato titulo Parisiis a. 1607). Ad priorem a. 1566 quae adnotavit in margine Cuiacius, longe maxima ex parte sumpta sunt ex editionibus duabus anterioribus Sichardiana et Tiliana. His abiectis, demptis item lectionibus, quae neque in codicibus comparent et ipsae speciem prae se ferunt coniecturae (quibus plerumque, non semper tamen praescribitur γρ. vel ἴσως), restant hae solae utiles ad determinanda subsidia eo tempore a Cuiacio usurpata. Cuiacii textus ubi cum Sich. Til. consentit, non adlegatur. ***CVIACIVS 1566***

Commonitorii Alariciani subscriptio ad Karolum magnum relata (supra p. XXXIV) redit in nullo codice hodie noto.

2, 6, 3, *1 ***int.*** tempus praescriptumque *Sich.*] praescriptumque tempus *Cui. text.*, per scripturam tempus *Cui. marg. cum NOPMLS (tacet F)*

2, 6, 4, 5 nec damnum aut fraudem *Sich. Til.*] nec clam ut fraudem *Cui. marg. cum F similiterque NOPMLS*

2, 12, 6, 1 pfp *Sich. Til.*] p̄ū *Cui. marg. cum PM et fere SL aliisque constitutionibus pluribus (tacet F)*

2, 17, 1, *4 legis natura *Sich. Til.*] leges et natura *Cui. marg. cum FNBGOS*

2, 29, 1, 1 quam *Sich. Til.*] γρ. quidam *Cui. marg. cum FNBGOE*

G*

2, 33, 3, 2 constituti *Sich. Til.*] constitutis *Cui. text. cum E,* constitutorum *Cui. marg. cum FNOC*

3, 1, 1, 2 id est *Sich. Til.*] fide *Cui. marg.,* fidem *FNBGOE*^{v}

3, 30, 6, 3 audiant *Sich. Til.*] adeant *Cui. marg. cum FNBOLS,* audeant *E*

4, 4, 2, 9 regulas *Sich.,* regula *Til.*] series *Cui. marg. cum FHNBOE*

4, 7, 1, 7 aut ex die publica *Sich. Til.*] γϱ. ita ut ex die publicatae *Cui. marg.,* id aut *F manu Pithoei patris,* vet. ita ut ex *ad idem ex. Sichard. Pithoeus filius*

4, 8, 5, 6 ad omnes *Sich. Til.*] γϱ. a dominis desertus *Cui. marg.,* a dominis *FBOE PMLQ,* dominis *N*

4, 8, 5, 16 indicant *Sich. Til.*] inducant *Cui. marg. (coniectura puto) cum E*^{v}*PMSK (non F)*

4, 8, 5 p. 182, 7 *int.* de peculio] *Sich.,* in peculio *Cui. marg. cum FNOECPMLQSK*

4, 8, 6, *14 propria *Sich. Cui. text.,* propriata *Til.*] et stipulata alias spoliata *Cui. marg. Lectio* et stipulata *adscripta est in exemplari Sich. F manu Petri Pithoei filii (pater adscripsit* his propriata, *quod redit in PMLQ),* spoliata *habent NE*

4, 8, 6, *17 libertatis *Sich.,* liberalique *Til.*] liberalitatis *Cui. marg. cum ENC*

5, 1, 3, *1 geniti *Sich. Til.*] genitoris *Cui. marg. cum FHNO,* genitores *E*

5, 1, 6, 1 p̄u *Sich. Til.*] p̄p *Cui. marg. cum FNE*

5, 1, 8, 4 patri *Sich.* (parti *marg.*) *Til.*] γϱ. pari *Cui. marg. cum FNBG*^{t}*OES*

5, 17, 2, 2 cynegio *Sich. Til.*] remigio *Cui. marg. (non ex F)*

7 honorio n̄p et euodio *Sich. Til.*] honorio uiiii et theodosio *Cui. marg. et sic* honorio uiiii (*vel* uiii) et theodosio *decurtati Vaticanus reginae 1048 et Parisinus 4409 aliique multi,* honorio uiii et eudicio *F*

5, 18, 1, *2 maximo *Sich. Til.*] monaxio *Cui. marg. cum FNOE*

9, 1, 14, 2 uel interneciui *Sich. Til.*] uel ciuilem interneciui *Cui. marg.; similiter G*^{t}*B Montispess. 84 Vatic. Ottob. 2225,* internociui *F*

Quamquam quibus libris scriptis usus sit Cuiacius supra ad singulos adnotavi, tamen utile visum est hoc loco omnes complecti adhibitos ad Theodosiani editionem priorem itemque ad Breviarium totum.

1. *R* noster tum Stephani Charpini, hodie Parisinus 9643 suppeditavit Cuiacio libros VI. VII. VIII fere integros, quos primus edidit.
2. *E* nostrum, et eo tempore et hodie bibliothecae capitularis Eporediensis n. 35, supra p. LXVII demonstravi a Cuiacio adhibitum esse ad edendum librum XVI integrum. Etiam 4, 8, 6, *14, *17 lectiones adlatae veniunt ex *E.*
3. *S* eo tempore Ranconneti, iam Parisinum 4405 supra p. XXXIII. LXXVII vidimus Cuiacio suppeditasse Commonitorii Alariciani textum pleniorem et emendatiorem. Praeterea in Theodosiano Cuiacii vestigia eius non deprehendi.
4. *F* exemplaris editionis Sichardianae adnotati a Petris Pithoeis duobus tam patre quam filio adnotationes paternae, sumptae ex codice Breviarii pleno hodie deperdito, et alia plura suppeditarunt Cuiacio, ut supra p. LXXIX exposuimus, et adnotationum marginalium modo compositarum longe plerasque apparet inde proficisci.
5. In eiusdem exemplaris marginibus lectiones hic illic, raro tamen adscripsit Petrus Pithoeus filius, scilicet per librum quartum has[1]):

   4, 4, 2 *inscr.* p̄u *cum PMSK*

   4, 4, 5, 3 confirmatur] firmatur *cum N*

   4, 7, 1, 7 aut ex] 'vet. ita ut ex' *(vide supra) cum NBO Iust.*

   4, 8, 5, 11 restitutisque] institutisque —

   4, 8, 6, *14 propria] 'vet. et stipulata fortasse recte ut firmatam significet' *(vide supra)*

   4, 14, 1, 2 speciali] specialem —

[1]) Paenitet, quod adnotationum ad hoc volumen adscriptarum duplicem originem sero intellexi et intellecta ea tantummodo in locis supra adlatis et per librum quartum manus distinxit a me rogatus Paulus Meyer. Quae veniunt a Petro filio, hoc loco composui omnes.

4, 17, 3 *inscr.* pū *cum PMSK*
4, 19, 1, 2 leges] legum —
4, 20, 3 *subscr.* dat.] dat. diae —

Sumptas esse has ex exemplari eodem probabile est neque tamen certum; et ut plures libros scriptos Petrus hic adhibuerit, certe unus eorum fuit ex plenis et praeterea ignotus. Nam 'vetus' is qui laudatur ad 4, 8, 6 lectionem suppeditavit non probabilem (*et stipulata* coniectura est audacissima et infelicissima), sed non inventam in ullo libro hodie noto.

6. Folia lacera Pithoeana hodie inserta Vaticano reginae 520 f. 95. 96 Cuiacio suppeditaverunt titulum ad senatus consultum Claudianum aliaque pertinentia ad l. IV (p. LXXXVI). Iisdem schedis usus est teste Blumio in edenda lege Burgundionum.
7. Ex Bellovacensi codice, sub quo nomine a Pithoeo laudatur in exemplari illo Sichardianae editionis, hodie bipertito Paris. 9652 et 4406 (p. XCIX) f. 60—67, Cuiacius edidit primus partem Novellarum Maioriani.
8. In principio Theodosiani Pithoeus filius codicis unius indicem enotavit sic (vide supra p. LXXIX not. 1): *vet. incipit lex Romana. In hoc corpore continentur libri legum Romanarum Theodosiani lib XVI, novellarum lib V, Gai lib I, Pauli lib V, Gregoriani Hermogeniani et Papiani libri singuli.* Praescripta ea cum totidem verbis redeant in decurtato Parisino 4409 (vide supra p. XCVII), Pithoeus eum videtur usurpavisse.
9. Montispessulanus 84 fortasse ut auctarium prius (p. LXXXI) ita adnotationem ad 9, 1, 14 Cuiacio suppeditavit.
10. Quae sic ex Cuiacii marginalibus ad Theodosianum restant non referenda ad originem certam: Comm. — 2, 6, 3 — 2, 12, 6 — 5, 17, 2 et numero pauca sunt et per se levia excepta una subscriptione Karolingica Commonitorii. Ea tamen ut per se sufficit ad demonstrandum unum certe codicem hodie deperditum a Cuiacio usurpatum esse, ita accedunt ex Novellis Theodosianis argumenta alia, quae in huius editionis volumine altero socius operis Paulus Meyer explicabit. Codicem eum plenum Breviarium habuisse non crediderim, quoniam talem si Cuiacius adhibuisset, indicia eius plura apparerent, nec magis epitomam Aegidianam, quoniam ex libris eius auctoritatem Alarici habentibus nullus dat subscriptionem Alaricianam, sine qua Karolingica recipi non potuit. Ita ex decurtatorum aliquo videtur desumpta esse, quorum in editione, qualis est Cuiaciana, in solis Alaricianis et in subscriptionibus Novellarum vestigia reperiri rationem habet.

Haec dicenda fuerunt de apparatu, quo Cuiacius usus est a. 1566. Iam videamus de collectaneis Pithoeanis et coniuncta cum iis editione Cuiaciana altera.

PETRVS PITHOEVS

PETRVS PITHOEVS filius (1539—1596) ad exemplum suum editionis Cuiacianae prioris adservatum hodie in bibliotheca Parisina publica (*Réserve F*[3], non, ut ait Haenel, *F*[6]) quae adnotavit vel in foliis praepositis perscripsit (de his diligenter exposuit Haenelius apud Hauboldium opusc. 2 p. 915 et Theod. p. XLVII), ea ut quaedam suppeditant ad codicum originem declarandam utilia, in his quae supra p. LXIX attulimus de codice Vesontino, ita vix quicquam habent quod ad textum Theodosiani ampliandum vel emendandum perveniat. Cuiacius etsi in editione priore Pithoeum adiutorem habuit, volumine hoc non usum esse ad editionem secundam parandam inde colligitur, quod excerpta ex appendice Kruegeri secunda in huius voluminis foliis praepositis perscripta (p. LXXXIII) etiam ab editione a. 1586 absunt. — De Gothofredianis, quae praeter Pithoeana in his adnotationibus adsunt, infra dicetur.

FRANCISCV PITHOEVS ET CVIACIV 1586

E contrario eiusdem editionis alterum exemplum secundam editionem Cuiacianam ita praeivit, ut haec quodammodo ex eo descendat. Id FRANCISCO PITHOEO (1543—1621) Petri fratri donum dedit praeceptor fratrum Cuiacius; inscriptum est manu Cuiacii: 'Iac. Cuiacius Fr. Pitheo [sic] d. d.', item manu Pithoei: 'liberalitate praeceptoris'. Usurpatum est deinde a Daniele (inscriptum est eidem: *a Mons. Poille procureur au bailliage d'Orleans ioignant le coing de la Lune pour faire incontinent tenir a Mons. Daniel Bailli de St. Benoist*). Deinde una cum altero Pithoeanae bibliothecae exemplari *F*[3] eo, de quo modo diximus,

fuit 'in libris collegii oratorii Trecensis'; iam adservatur (sed exsectis foliis 469 [= Th. 15, 5, 4] — 528 [= Nov. Theod. 3]) in bibliotheca publica Parisina numero notatum F^2; Haenelio id non oblatum est neque mihi in manus venit nisi post expressos Theodosiani libros V primos. In sequentibus librum citavimus sub nomine Pithoei plerumque nude, ibi vero, ubi consentit cum exemplari fratris, $F^{2.3}$; non pauca enim quae in huiusce libri marginibus adscripta sunt, cum praecedenti habet communia. Ita constitutio, quam dedimus 1, 15, 17, ut in exemplari F^3 ita in hoc quoque legitur sub praescripto *in lib(ro) fr(atris)* (supra p. LXXIX); item computatio de hiatus ambitu, quam dedimus ad 6, 4, 33, totidem verbis legitur in exemplari utroque; denique interpolatio 12, 1, 151, 2 *principalium* reperitur in margine utroque. — Adnotationes eas maiore certe ex parte adscriptas esse circa a. 1584 propterea probabile est, quod in alio bibliothecae Parisinae volumine (indicato mihi ab Henrico Omont egregio nostrae operae adiutore), scilicet codice Dupuy n. 952, inter adversaria diversa Francisci Pithoei leguntur (f. 8 seq.) excerpta complura ex codice Theodosiano nobis non utilia, sed aperte respicientia ad volumen nostrum, anno illo *(1584 Noveb.)* praescripto. Cum eo tempore recte convenit, quod hoc apparatu Pithoei iunioris Cuiacius ad adornandam editionem alteram, quae prodiit a. 1586, ita usus est, ut pleraque editioni secundae propria redeant in marginibus Pithoeanis. Relationis eius quae intercedit inter apparatum nostrum et editionem Cuiacianam alteram testimonia hoc loco pauca apposui; plura reperientur in apparatu nostro:

5, 9, 1 *additamentum ad interpretationem* et si adoptare . . . . potestate, *quod neque Haenelius in codicibus ab ipso inspectis repperit neque ego, editum in editione Cuiaciana secunda indeque a me repetitum, adest in Pithoeanis recte collocatum ad 5, 9, 2 extr.*

6, 2, 12 *et deinceps quae de libri R principio Cuiacius in editione altera protulit, omnia ex Pithoeanis venire adnotatio nostra ostendit.*

9, 1, 11 *in interpretatione post* celebrata *addunt* per ordinem *soli quod sciam Pith. et Cui. 1586.*

9, 1, 18 *additamentum ad inscr.* Maximo pf. p., *inventum in nullo codice hodie noto, item est et in Pithoeanis et apud Cuiacium 1586.*

9, 6, 3, 2 cuiuslibet domus] in quemlibet dominum *Pith. et Cui. 1586 soli.*

9, 8, 1, 1 post alia *ad inscr. addunt Pith. et Cui. 1586 soli.*

Haec ut facile intelleguntur, ita ipsum apparatum unde Pithoeus composuerit, ambiguum est. Ego quae deprehenderim, iam explicabo.

1. A coniecturis adnotatorem non abstinuisse inde efficitur, quod aliquoties lectiones adferuntur praemisso vocabulo ἴσως, ut 7, 4, 2, 1 *uel recens*] *aut ueruecina* — 9, 2, 3, 2 *uinciatur*] *initiatur* — 9, 7, 9, 3 *nec*] *ne* — 9, 16, 9, 4 *inuiuisset*] *lubuisset vel leg.* (ut 7, 4, 1, 5) *uitiatae atque corruptae.* Sed aliis locis vocabulo eo non praemisso lectiones adscriptae sunt et ipsae aperte coniecturales, ut a nobis in apparatu adnotatae ad 8, 5, 14, 2 — 12, 1, 162, 4 — 13, 1, 5, 10.
2. Theodosiani integri libros duos primarios, nostros *R* et *V*, Pithoeus noster diligenter contulit cum impressis nec raro lectiones inde adnotavit. De codice *R*, quem in praemissis (ubi eius alphabetum depinxit) appellat *Myrei*, id est *Miraei*, alias *vet(erem)* vel *authenticum*, conferri poterunt, quae attulimus ad principium libri sexti et ad 8, 14, 1; plura tamen non vidit quam quae supersunt neque opem fert constitutionibus in principio sexti libri et in fine octavi a Cuiacio solo plenioribus visis. — Codicem *V* diserte sub Tilii nomine adlegat et in praemissis, ubi alphabetum eius expressit, et praeterea uno loco (9, 7, 3, 1: 'femina *est in c[odice] Tilii, sed deletum*'), alibi (ut 9, 45, 4. 5 — 13, 1, 10 — 14, 27, 1 — 15, 1, 53) ei dicitur *v(etus) T(ilii)* vel (ut 10, 20, 16) *c(odex) T(ilii)* vel (ut 12, 1, 117 — 12, 6, 20) *v(etus)* nude. Constitutionis Graecae 9, 45, 4 textum apud Tilium non diligenter expressum Pithoeus accurate exhibuit.
3. Breviarii libros plures a Pithoeo adhibitos esse ut primo obtutu apparet, ita paucis locis (1, 5, 3 — 1, 16, 1 — 1, 22, 1 — 3, 1, 6) exceptis, ubi apposuit litteram *P*, ipsi qui fuerint, nominatim non enuntiatur, ne ibi quidem ubi plures reperiuntur compositae:

2, 15, 1, *13	naisso] necisso — nulsso — nisso
2, 33, 1, 7	ppt causa rauca — p̄p̄ū pf cercarca — propo. cerearca
9, 1, 12, 1	laodicio] laudatio — eladio — claudio
16	carnunti] carnuntio — carnuntii — carnucio
9, 3, 3, 4	acindyno] decentio p̄ū — cynegio — arcadio

Pleraeque lectiones cum procedant nudae, multis adscribuntur numeri, scilicet (1 nusquam) 2 passim, 3 item passim, ubi agitur de inscriptionibus vel subscriptionibus vel interpretationibus vel de constitutionibus interpretatione carentibus, ad textum vero raro (1, 34, 3 — 4, 4, 5 — 11, 26, 2 — 13, 10, 5), 4 item frequenter neque tamen ullo loco ad textum, 5 et 6 ad textum nusquam, ad reliqua raro; ultra numeri non procedunt. Quattuor codices potissimum adhibitos esse inde efficitur, quod ad constitutiones 4, 8, 8 sequentesque eas, quas Cuiacius edidit ex codice hodie Vat. reg. 520 in Breviario deficientes, adscripta sunt haec: '*(desunt) in vet(eribus) 4*', item ad additamentum interpretationis 4, 8, 7 *si quis in libertate* ... *vadit origo* adnotatur: '*haec non sunt in 5* [videtur corr. ex *4*] *codicibus: videtur interpretatio alicuius legis quae desideratur*'. Ad lectionem *cancellarius* 9, 19, 1, 14 adnotatur: *est in uno.* Itaque Franciscus Pithoeus codices suos ita contulit, ut eos non nominaret, sed ad singulas lectiones numeraret. Adhibuit secundum modo dicta Breviarii codices non minus sex, in his Breviarii pleni non minus tres eosque a principio integros vel certe habentes librum primum; numerus tamen adhibitorum quominus maior fuerit, nihil impedit. — Huiusce farraginis ut editio haec aliquam imaginem repraesentaret, laterculos subiunxi duos, quorum prior lectiones Pithoeanas comprehendit redeuntes in libris nostris, posterior in iis non inventas. Praeterea lectiones Pithoeanas in apparatum rettuli ad librum IX omnes, ad libros VI. VII. X—XV (XVI deficit in apparatu) selectas; ad libros V priores quoniam id fieri non potuit, in laterculis duobus earum uberiorem delectum dedi, ad textum potissimum attendens interpretatione, ad quam notae adscriptae sunt multo uberiores, plerumque praetermissa. — In codice quae inductae sunt lectiones exhibentur intra uncos quadratos.

1, 1, 1, 2	deprehensae *2*	*cum brev. plerisque*
1, 1, 2, 2	perpensas *2*	*cum NAS*
1, 3, 1, 2	nostris] dominorum *4* interpretatio *2* (*sic intellege* dominorum *vocabulum esse in interpretatione secunda; duas enim habet editio Cuiaciana secunda alteram petitam ex summa Aegidiana et ed. Cuiacii priore, alteram ex breviario adiectam in editione secunda.*	*cum breviarii libris omnibus*
1, 16, 13	*ad interpr.* ne quis ... videat *vet(eres) 2*	*cum F et decurtatis Leid. Voss. et Fuldensi*
1, 22, 1, 7	exitii suppliciio *P (sic)*	*cum A*
1, 34, 3	facilitas *3*	*cum NABPM*
2, 1, 9, 5	constantinopoli	*cum O*
2, 4, 1, 16	hoc d. i. adiectum est	*om. cum NBGOL*
2, 4, 5, 12	pro hac re	*cum NABGOL*
2, 11, 1, 2	caes. *2*	*cum NBGO*
2, 16, 2, 3	propagari	*cum L*
2, 16, 3, 4	constantino *2*	*cum NBE*
2, 17, 1, *2	legitimae	*cum NBGOE*
2, 18, 1, *2	ii cc	*cum O*
2, 19, 1, 9	a. u	*cum NO*
2, 31, 1, 4	actoriue	*cum OL*
*5	commodet a domino	*cum NOE*
2, 33, 2, 2	poenae	*cum N solo*
4	n̄b̄ p̄	*cum N et fere E*

2, 33, 3, 2	constitutorum *2*	*cum NOC*
3, 1, 1, 2	fidem	*cum NBGOE*^{1}
2	factam	*cum NOC*
3, 2, 1, *2	a. uii	*cum NOE*
3, 5, 2, *2	donatum	*cum NBGOE*
*14	uoluntas immutata *2*	*cum NBG*^{2}*O*
*16	cautionibus	*cum BGPMS*
3, 5, 6, 1	[sponsoribus]	*cum NBGELS*
3, 5, 11, 5	in *2*	*cum NBO*
3, 7, 2, 2	neque chr.	*cum O*
2	iudeam *2*	*cum BGOL*
3	coniugio *2*	*cum NBL*
3, 7, 3, 3	rectam *2*	*cum PMS*
3, 8, 1, 2	innubere	*cum NE*
3, 8, 2, *7	instituimus	*cum PMS*
p. 145, 3	{ suaserit / persuaserit } *duae hae lectiones scriptae sunt calamo diverso*	*cum BOELS* / *cum N*
p. 145, 5	iun.	*cum PMS*
3, 10, 1, 13	adnotationis suae	*cum NBL*
	indultum	*cum NBE*
14	se *om.*	*cum O*
3, 11, 1, 3	puellae	*cum NBEL*
*3	praeterea enim	*cum PMS*
*20	sin *2*	*cum NBOE*
3, 12, 3, *4	hoc est *om.*	*cum NPMLS*
3, 13, 1, 2	habetur	*cum CPMLS*
3, 16, 2, 10	praestat	*cum NBEC*
17	et dotum	*cum BOE*
3, 17, 1, 4	legis	*cum O*
3, 17, 3, 10	teneat	*cum B*
3, 17, 4, *6	neque fraude	*cum NB*
3, 30, 6, 6	iudicium	*cum NE*
13	non etiam inmobilia	*cum TBOE*
4, 4, 1, *5	ad uicem *3*	*cum N*
4, 4, 2, 14	uel *om. 3*	*cum N*
4, 4, 3, 7	sufficit	*cum BSF*
4, 4, 5, 3	firmatur	*cum N et Pith. (supra p. CVIII)*
*7	ea	*cum B*
4, 6, 4, *3	{ xuii *3* / xui }	*cum TE*
*4	concionace *3 (vel 5)*	*cum F*
4, 6, 8, 3	districtione	*cum OL*
4, 7, 1, 7	{ id aut / ita ut }	*cum EF* / *cum NBO Cui. 1566 (marg.) Iust.*
4, 8, 5, 5	uicti	*cum B*
15	multati cuius	*cum NBE*
*6	et *om.*	*cum L*
*7	petulantibusque	*cum N*
4, 8, 6, *25	iun. *2*	*cum N* Iust.*
4, 13, 1, *3	strenuas	*cum NO*
4, 19, 1, *1	iul. *3*	*cum HNOE*
4, 20, 3, *3	uoluntate *2*	*cum NC*^{1}
4, 22, 2, *5	dominum possessionis *2*	*cum BGC*^{1}
5, 1, 1, *4	iun.	*cum N**
5, 1, 3, *5	hic de i. a. q. a. fiducia *om. 3*	*cum HNOE*

5, 1, 7, 3	uncias	*cum NGE*
4	[transeundae]	*cum N*
5, 1, 7, 4	[constantianae]	*cum* E^a
*7	lata	*cum HNGE*
5, 1, 9, 2	quos *2*	*cum HNBGOE*
*4	qualiacumque	*cum BGCPMLSQE*
*5	xi k. *2*	*cum HNBO*
5, 3, 1, 18	petitionibus *2*	*cum BOE*
5, 9, 1, 5	aut	*cum HNBGOE*
6	constantinopoli *2*	*cum NBGOE*
5, 9, 2, 3	quodadmodum ad morem	*fere cum EG*
7	honorio nb. p. uiii	*fere cum N*
5, 18, 1, 18	praeiudicium	*cum* NG^tE^t
*1	conuentus	*cum* $HNBGOE^t$
8, 2 *rubr.*	olographis *3*	*cum BGEXCPMLS*
8, 2, 5, 19	detrimenti *om. 2*	*cum HN*
8, 12, 1, *1	donantium	*cum NGE*
9, 1, 1, 5	subrogetur	*cum* E^v
9, 1, 3, 1	intentandi	*cum E*
9, 1, 5, *3	acc. p̅p̅o̅	*fere cum YD*
9, 1, 11, 1	praescribtum	*cum NBO*
9, 1, 12, 1	laudatio	*cum* BG^aL
	eladio	
	claudio	*cum Par. 4403 A*
9, 1, 14, 1	ad marinianum *3*	*cum* HOP^aC
	mariano *2*	*cum reliquis*
9, 1, 19, *9	inquisitione *2*	*cum E*
9, 7, 2, 9	genealis	*cum N*
9, 7, 6, 1	flagitiosus *2*	*cum E*
	flagitiorum	*cum BG*
	flagitiis usus	
9, 7, 7, 6	fuerit *om.*	*cum HNB*
9, 10, 1, 16	de *om.*	*cum HN*
9, 16, 3, 8	iul.	*cum E*
9, 24, 1, 14	indubitanter	*cum G*
9, 37, 2, 4	concursum	*cum PMLS*
9, 45, 4, 6	posticia	*fere cum N*
p. 522, 9	dehinc	*cum G*
10, 14, 1, 1	macedonium	*cum G*
10, 17, 3, *3	constantini	*cum E*
11, 26, 2, 5	postulentur *3* (postuletur *Cui. cum V*)	*cum omnibus Brev.*
11, 31, 6, 4	adhibitum	*cum* E^b
12, 1, 151, 2	principalium	*cum *E*
2	excepit	*cum *E* (excepto *E recte*)
13, 1, 13, 2	agraria auraria	*cum *E* (auraria E^t, auraria E^v)
13, 10, 5, 5	curriculum *3*	*cum HNE Paris. 4403 A*
15, 1, 9, 5	de operibus publicis *add.*	*cum E*

Lectionum Pithoeanarum, quae in nostrorum librorum nullo inveniuntur, exempla haec erunt.

1, 1, 4, 2	xi kal.] xii kal. *2*
1, 2, 2, 1	quocumque] quo
1, 2, 7, 2	a. uiii] a. ix *2*
1, 5, 3, 2	sub eo fine] iubeo finem *P*
1, 16, 7, *1	cum pretio] [deportatio] *P*
1, 22, 2, 7	aliique] aliquaeque

1, 34, 3, *5 iudicis] maioris
2, 1, 8, 1 pasifilo] farsipilio *(fere cum Paris. 4403 A)*
2, 4, 1, 6 omnibus] hominibus
7 ne] nec *(cum Montispess. 84)*
15 excipiant] exibeant
2, 4, 4, 5 tempora] tempore
1* conuersationem] [contestationem]
2, 4, 5, 3 ante omnia] antea
2, 4, 6, *14 aut ordo] actos dum
2, 4, 7, *1 praestolari] postulari
2, 14, 1, *11 prodigos] proditos
2, 17, 1, *4 et natura] etiam maturae
*13 percepta] procerta
*16 in omnibus] nominibus
2, 22, 1, 4 agnationis] actionis
6 sortitus] [constitutus]
2, 26, 2, 4 inreptos] [ereptos]
5 acta] acta data *2*
2, 28, 1, 6 u id.] [ui id.] *2*
2, 29, 2, *2 discedere] decidere
*5 debuisset] non debuisset *(inde Cuiacius 1586)*
3, 1, 2, 8 currente] decurrente *(inde Cui. 1586)*
*2 cuniculis] [conecolis]
3, 1, 4, 3 curis] [curiis]
3, 1, 6, 1 flauiano] [flauino] *P*
5 arbitratu] arbitrio
3, 1, 7, 1 initus] [metus]
3, 5, 5, 1 patri (patri aut *Cui.*)] patri aut matri *(inde Cui. 1586)*
4 transcurso] [in transcursu]
9 post definitionem] p. d. si aetas permisit *2 (inde Cui. 1586)*
3, 5, 13, *3 et si] nec si *(inde Cui. 1586)*
3, 6, 1, 14 ob] inter *2*
3, 8, 2, 1 floro] flebino *(cum Paris. 4403 A)* — florentio *2*
p. 145, 5 xui kal.] xui kal. *2 et* xii kal. *2 (sic errore)*
3, 8, 3, 3 uitae] [uitae suae]
6 x kal.] xii kal. *2*
3, 11, 1, 5 inuitis] *deletum*
9 si circa] [sciret]
*7 per iudicem] super iudice
*16 fuerit] [non fuerit]
*22 idem] ibidem *(cum dett. Iust.)*
3, 12, 2, 3 mulieris] [mulieris eius]
3, 17, 2, 2 recuset] [reuocet]
3, 17, 3, 4 retentari] [retineri] *(similiter Paris. 4411)*
11 a metu] ab eo *(cum Paris. 4411)*
4, 4, 4, 1 officium censuale] ordinem censualem
4, 4, 5, 2 scriptae i. ac s. uoluutates] [scripta i. ac s. uoluntatis] *2 (similiter Paris. 4403 A)*
4 [ad nos *om.*]
*10 iii id.] iiii id. *2*
4, 6, 8, 4 nuper] nobis *(cum Paris. 4412)*
5 iustis] legitimis
4, 8, 5, 5 cunctantes] cunctanter
6 ducantur] deducantur *(inde Cui. 1586)*
16 indicant]

4, 8, 5, *4	ita] ita ut
*9	abductione] addictione *2 (corr. ex 3) (inde Cui. 1586)*
4, 10, 1, 5	dicionemque] [ditionis]
4, 13, 1, 1	iunium] iunianum *(cum Paris. 4403 A)*
4, 17, 2, 1	$\overline{\text{ppo}}$] pf u *2*
4, 23, 1, 4	possessori prima] possessio reprimi
5, 1, 7, *3	potior] [potentior]
5, 1, 9, 10	fauorem] feruorem
5, 2, 1, 2	uitae] uitae suae
	alio] alio quo *(inde Cui. 1586)*
5, 3, 1, 18	actibus] [conditionibus]
5, 7, 2, 7	consideratio] [conturbatio]
5, 9, 1, 3	collectum] recollectum *(inde Cui. 1586)*
6	recens] recenter
5, 9, 2, 4	suum] [seruum]
5, 10, *3	a sanguine] a sanguine ingenuo vel seruili
5, 17, 2, 8	euodio] eudicio *2*
5, 18, 1, 3	continuatione] causatione
8, 12, 9, 3	induxerat] iniunxerat
9, 1, 9, *2	gratiano] datiano ***cum Parisino 4409, Vaticano 1048, Bernensi***
9, 1, 10, 4	marcianopoli ualentiniano] martiano ***cum Parisinis 4411. 4414. 4415***
9, 1, 15, *3	alterum] alium
9, 1, 19, *3	commonitoriis secreto] commentariis *(del.* secreto*)*
9, 7, 2, 2	interpretatione] interpellatione
9, 7, 7, 3	perstrepere] praescribere
9, 10, 3, 9	in totius litis terminum] totius litis terminus
9, 10, 4, 3	luere] soluere ***cum Paris. 4403 A***
9, 14, 1, 2	si quis] quisquis ***cum Paris. 4403 A***
9, 14, 2, 8	k. iul.] uii k. iul. ***cum Paris. 4419***
9, 34, 9, 3	offenderit aut discerpat] inuenerit aut disrumpat ***cum Paris. 4403 A***
9, 37, 2, 3	adstringit] constringit ***cum Paris. 4403 A***
*2	catenas] poenas ***cum Paris. 4403 A***
9, 40, 10, 4	statuere] instituere ***cum Paris. 4403 A***
10, 19, 14, 6	dispendii] dispectum ***cum Paris. 4403 A***
12, 1, 47, 1	caeciliano $\overline{\text{ppo}}$ ***ad inscr. addit cum Parisinis 4414. 4415***
12, 6, 20, 3	editi] dediti
12, 6, 22, 3	concussionum] consensionum ***(praeter alia in ed. indicata)***
13, 10, 5, 5	competitionis] compeditionis
15, 1, 9, 2	struxisse] traxisse
3	aedificauerunt] aedificauerint

4. Codices adhibuit Franciscus Pithoeus hos:

a) Codicem Pithoei ipsius, hodie adservatum ex parte (3, 5, 5 — 12, 1, 12) in bibliotheca Rosnyana, ex parte (12, 1, 12 — fin.) in Parisina 4406, nobis *E, adsumptum esse non solum per se verisimile est, sed evidenter apparet in partis Parisinae, quam contuli, lectionibus ei libro aut communibus cum solo archetypo E aut adeo effectis interpolatione ipsi libro *E propria.

12, 1, 151, 2	curialium] principalium	***cum *E solo***
12, 6, 22, 3	concussionum] concussorum	***cum *E solo***
6	plectendum] compellendum *2*	***cum E*** (compelendum) ****E solis***
7	euodio] theodosio *2*	***cum E *E solis***
13, 1, 13, 2	auraria] agraria auraria	***cum E*** (agraria E^v, auraria E^t) ****E solis***
3	cumuletur] non cumuletur *2*	***cum E *E solis***
15, 1, 9, 5	de operibus publicis] ***add.***	***cum E *E solis***

Praeterea laterculus noster prior ostendit lectiones apparatus passim consentire cum *E* et ita iure referri ad **E* ex *E* descriptum. Etiam per librum XVI in apparatu deficientem quae eo videlicet usus Cuiacius in editione secunda mutavit, pleraque redeunt ad librum **E*. — Pithoeus utrum codicem **E* viderit imminutum, ut hodie est, scilicet incipientem 3, 5, 5, an a principio integrum, determinari non potest; nam quamquam iam ad partem in **E* deficientem Pithoeus citat libros tres breviarii pleni, inde, cum non constet eius eum contulisse codices tres solos, colligi non debet his locis comprehensum esse codicem **E*.

b) Plenos breviarii libros Pithoeus adhibuit certe tres. Duo pluresve reliqui qui fuerint si quaerimus, apparet ex laterculo nostro priore lectiones a Pithoeo adlatas alias easque plures redire ad classem nostram meliorem, in qua est **E*, alias multo rariores facere cum *PMLS*. Horum unus potest fuisse noster *S*, qui et a principio integer est et eo tempore Parisiis adservabatur, favetque ei coniecturae, quod 12, 1, 20, 1 corruptela *prouocationis* pro *procurationes* a Pithoeo inventa in libris duobus adest ut in *E* **E* ita in *S*; similiter quod 12, 6, 20, 3 corruptela a Pithoeo adlata item ex libris duobus *theudosio* pro *euodio* est et in *E* **E* et in *S*. Sed ut probabile est Pithoeum habuisse praeter **E* librum aut *S* ipsum aut certe similem, praeterea uno certe codice usus est habente lectiones non paucas a nostrorum librorum formis passim recedentes. Exemplaris Sichardiani, ad quod Petri Pithoei duo variam lectionem codicum deperditorum adscripserunt, in hoc apparatu vestigia nulla comparent.

c) Codicem antea Puteani, hodie Parisinum 4403 A, quem supra p. XCVII monui inde a libro nono constitutiones saepe proponere integras, passim adsumptum esse a Pithoeo lectiones ei propriae complures ostendunt in Pithoeano apparatu redeuntes. Eundem librum Pithoeus intellegit in adnotatione ad Gaium breviarii 2, 1, 4 post verba *ut tabula picturae cedat* adscripta: *ea tamen conditione, ut quantum studio meliorata fuerit ad mercedem pertineat factoris Put. vet.*; nam consultus Girardus rescripsit ea adesse in codice eo de quo agimus. Verba codici inscripta '*1585 contuli*' fortasse pertinent ad ipsum Franciscum Pithoeum.

d) Parisini 4408 certum vestigium repperi ad 2, 7, 3 in subscriptione post *romae* addita verba *propos. ad senatum;* nam ea ita is codex solus habet praeter *O*.

e) Parisino 4409 Pithoeum usum esse probabile est propter lectionem 9, 1, 9 supra adlatam.

f) Ex Parisino 4412 (supra p. XCVIII) veniunt quae ad locum Papiniani, in quo Breviarium finit, Pithoeus adscripsit: *de custodia reorum. Interpretatio. Qui . . . puniantur. Explicit liber.*

g) Ex Parisino 4413 Pithoeus traxit indicem titulorum libri primi, de quo diximus p. LXXXV; eum enim in fine voluminis proponit excerptum sub praescripto *ex scheda cuius titulus erat de nomine officialium qui curam gerebat* [sic] *antiquo iure.*

h) Parisinorum 4414 et 4415 alterum utrum inspectum esse ea declarant, quae in laterculo posteriore adnotantur ad 9, 1, 10 et 12, 1, 47.

i) Ex Parisino 4419 praeter adnotata ad 9, 14, 2 venit qui ante voluminis indicem adscriptus est prologus epitomae monachi in eo libro solo servatus.

k) Auctoritatis Alaricianae duo certe exemplaria Pithoeus excussit, quae quae fuerint determinari non potest, ut praeterea quoque multa in apparatum Pithoeanum relata ad certum auctorem referri nequeunt. Utilia is, quatenus nobis datum est iudicare, continet nulla et hoc solum ex nostra examinatione efficitur Cuiacium non recte editionem alteram passim ad Pithoeana haec mutavisse aut falsa aut certe nullo idoneo auctore testata.

IACOBVS GODOFREDVS Genevensis (1587—1652), cuius commentarii in Theodosianum post ipsius obitum prodierunt primum cura Antonii Marvillii Lugduni 1665, iterum cura Iohannis Danielis Ritteri Wittenbergensis Lipsiae 1736—1745, quali doctrina qualique sagacitate constitutionum hanc syllogen illustrarit, nemo horum temporum studiosus vel hodie post plus duo saecula ignorat. Nam quamquam in historia et cum ea con-

iuncta prosopographia Tillemontius ut posterior Godofredo ita etiam praestantior est, in rebus ad Romanorum ius et rerum administrationem spectantibus nemo adhuc Gothofredum nec superavit nec aequavit. Crisim Gothofredus nequaquam neglexit et coniecturis saepe eximiis textum purgavit, sed per codices non multum profecit. Ex integri Theodosiani libris vidit codicem *R* (p. XLIII). Ex codicibus Breviarii pleni vel, ut ipse loqui solet, Aniani vidit quae ex **E* sunt in Parisino 4406, cuius adfert lectiones 16, 1, 3, 15 *agnitae* pro *ac nicenae* et 16, 2, 23, 3 *dampnatis sensibus* pro *dissensionibus;* item tum Aurelianensem, hodie Parisinum *nouv. acq. Lat.* 1631 = *K* citat 9, 13, 1 sub nomine Aniani Aureliani indeque constitutionem 1, 22. 3 primus edidit; ex Seldeniano = *O* habuit excerpta quaedam (p. LXVI); inspexit certe, 'in comitatu regis Christianorum nuper agens' Phillippsianum nostrum = *P* (p. LXXV); denique, nisi error subest, constitutionem 1, 16, 3 praeterea non notam nisi ex Iustiniano intulit in Theodosiaunm 'ex mss. nonnullis et nominatim ex ms. P. Danielis'. Breviarii decurtati exemplaria excussit complura, in his Parisinum 4408 (nam inde magis quam ex Seldeniano veniunt quae inscripsit codici Pithoeano *Réserve F²: proposita ad senatum v[etus] c[odex]*), Anianum Puteani sive Parisinum 4403 A, item Anianos Rhemensem, Andegavensem, regium (Haenel apud Hauboldum 2 p. CXLIII et brev. p. LXXXIX. XC), in quibus indagandis tempus terere nolui. — Ad exemplar ed. Cuiacianae prioris Pithoeanum *Réserve F²* (p. CIX) non solum codicum lectiones quasdam adscripsit, sed etiam coniecturas suas, ut 16, 2, 10, 4 *vel leg. tabernulis* et 16, 2, 11, 4 *vel perfunctione vel per factionem* et 16, 5, 41, *10 *redundare*] *redeuntibus* ὅσως.

BECKIVS in iure civili anteiustiniano, quod prodiit Berolini 1815, Theodosianum repetivit ad editiones anteriores. *BECKIVS*

GVSTAVVS HAENEL quae ad codicem Theodosianum et breviarium Alaricianum per longa et diversa itinera in libris scriptis invenit, ea primus exposuit Christ. Gottl. Haubold in dissertatione edita a. 1822 ('praetermissorum inprimis ad breviarium Alaricia'num pertinentium e codicibus a Gustavo Haenelio professore Lipsiensi novissime collatis 'promulsis prima'; denuo edita inter Hauboldi opuscula a. 1829 vol. 2 p. 897—932), Auxit ea ex Haenelii schedis Hauboldianorum opusculorum editor Frid. Car. Gust. Stieber (vol. II praef. p. LXXXIV seq.), proponens ibidem codicum huiusce ordinis plenum recensum. Ipse Haenel in corpore iuris Bonnensi Theodosianum publici iuris fecit editione absoluta a. 1842 ('Codex Theodosianus: ad LIV librorum manuscriptorum et priorum editionum fidem 'recognovit et adnotatione critica instruxit Gustavus Haenel Lipsiensis.' Bonnae a. 1842). Secuta est post annos septem editio Breviarii cum epitomis ('Lex Romana Visigothorum 'ad LXXVI librorum manu scriptorum fidem recognovit, septem eius antiquis epitomis, 'quae praeter duas adhuc ineditae sunt, titulorum explanatione auxit, annotatione appen'dicibus prolegomenis instruxit Gustavus Haenel Lipsiensis. Editio post Sichardum prima.' Lipsiae 1849). Recensum codicum Stieberianum auctum et emendatum repetivit in Breviarii prolegomenis Haenelius. Hoc adhibito itemque quae de codicibus integri Theodosiani in eius editionis praefatione disputavit insuper habuimus commentariolos eiusdem argumenti ab eo ephemeridibus variis insertos. — Haenelius indefessis itinerum et studiorum laboribus eo pervenit, ut crisis Theodosianae ante eum plane neglectae fundamenta iaceret ea, quibus hodieque insistimus, nisi quod accesserunt praeter minora libri tres Eporedienses duo et Legionensis. Sed in apparatu conficiendo editorem virtutes defecerunt. Variam lectionem librorum scriptorum editorumque composuit magis quam aestimavit. Testimonia diserta non raro fallunt, silentio editoris nusquam tuto creditur. Lectio varia unde veniret parum curans, saepenumero adeo librorum suorum notis omissis 'nonnullos' esse vel 'multos' indicavisse contentus codicum etiam infimi ordinis et magis etiam editionum priorum adlegationibus utilia perpetuo obscuravit[1]), apparatum per se in hoc *HAENELIV*

---

[1]) Exempli causa addo adnotationem Haenelii ad 1, 5, 3, 5 *iam prompta*] *tam prompta* 9 [= *N*, errore, habet *iam pr.*]. 18 [= Paris. 16001 descriptus ex *N*] — *iam prouida* 19 [= *B*] — *promota uel iam prouida* 21 [Basil. descriptus ex *G*] — *legibus in prompta*, sed add. *uel iam* [immo *iam*] supra v. 20 [= *G*] — *prouida uel iam prompta* Sich. Til. — Ita non recte refert de lectione codicum *NG* et adfert lectiones cod. 18 descripti ex *N*, codicis 21 descripti ex *G*, Sichardi, qui pendet ex *G*, Tilii, qui pendet ex Sichardo. Vere ad *(iam) prompta* adscripta fuit in archetypo

libro difficilem et molestum male ordinans, item varia lectione ex codice Iustiniano perperam adsumpta et disquisitionibus ab ipsa crisi remotis maxime chronologicis passim eum onerans. Nihilo minus nisi Haenelii industria indefessa opus inivisset libris indagatis et aliquatenus varia lectione composita, ego certe non ausus essem per dumeta haec ad meliora tendere. Quam ob rem si qui erunt, quibus haec mea opera probabitur, ii sciant editionem curatam esse a recognitore apparatus Haeneliani non caeco, sed item grato decessori ei, qui per impeditum tractum primus viam stravit, et optimi viri iustae laudis primo praecone.

VESME CAROLVS BAVDI A VESME Cuneensis magnum opus inchoavit inscriptum 'Corpus 'iuris Romani: pars prima: ius anteiustinianaeum: tomus secundus: codex Theodosianus', cuius non prodiit nisi fasciculus unus Augustae Taurinorum 1839 (praefatio data est V id. Iul. a. 1841) pp. 1—208, finiens 4, 22, 4 verb. *iudicem quoque absentium com(moda)*. Apparatus, ut editor profitetur in praefatione, totus sumptus est ex editione Haeneliana, nisi quod ipse excussit libros duos Ambrosianum C 276 inf. (p. XCV) et Taurinensem 1. IV. 27 (p. CIII).

---

9, 1, 12, 7 periclitantium] peregrinantium *G*ᵗ*C*
9, 1, 15, 4 notus es] natus est *G*ᵗ*C*
9, 36, 2, 21 curriculum] circulum *GEC*
9, 37, 2, *15 ista lex expositione non indiget] ista lex sine expositione (interpretatione *G*) scribenda est *GC*
9, 38, 8, 2 perennitatis] *VHOE*ᵗ*PML Iust.*, serenitatis *GE*ᵛ*CS*
10, 17, 3, 6 adnumerauerint] adnominauerint *GC*

Raro *BG* eorumve alteruter lectiones probabiles proponunt sibi proprias:

2, 14, 1, 17 prolatis *BG*, probatis *NEPMLS*
4, 8, 6, *11 negatione] *BG Iust.*, negotiatione *reliqui*
8, 19, 1, 1 idem] *BE*, impp. theod et ualent *reliqui*
9, 6, 4, 1 āā] *VBG Iust.*, āā ad senatum *reliqui*
9, 10, 1, 10 repugnantibus] *V*, regnantibus *G*ᵛ, resistentibus *HNG*ᵗ*OECPMLS Iust.*
15, 1, 9, 2 super ergasteria] *GE*, supergateria *V*, ergasteria *plerique*
15, 2, 7, 3 ciuibus] *V Iust.*, quibusque *brev. (reliqui)*, quibusque ciuibus *G*

E contrario abundant in iis coniecturae temere factae neque ulla fides est lectionibus, quas soli habent (vide inter alias 2, 12, 7, 8 — 3, 10, 1, 16 — 3, 10, 1, *7 — 4, 20 rubr. — 9, 7, 8, 1 cet.).

E *E* = Eporediensis n. 35 incipiens 2, 8, 1 indole sua convenit cum libris *BG*, sed librarius hic homo religiosus et peritus eandem operam curatius et prudentius peregit. Id ipsum item insignia codicis additamenta confirmant, de quibus supra (p. LXXXVII seq.) tractavimus; accedunt interpretationes aucta ad 4, 4, 2, addita ad 8, 5, 59 (cf. item 9, 37, 1 fin.). Hiatus plerique ab ipso librario expleti sunt; remansit unus 10, 19, 14, 5. Dittographiae sunt in codice longe minore numero atque adsunt in *G*, sed prudenter receptae ita, ut altera lectio in textu sit, in margine altera; raro (ut 2, 16, 2, *15 — 9, 42, 17, 13) alteri lectioni in textu erasae altera superposita est. Harum dittographiarum cum pro re non paucae duarum classium lectiones repraesentent (2, 15, 1, *5 — 2, 16, 2, *15 — 3, 5, 2, *1 — 4, 4, 5, *13 — 5, 1, 7, *2, ubi cum sit in cl. I *omnibus reliquis*, in cl. II *contra omnes reliquos*, in *E* scriptum est *contra omnibus reliquis*, deinde deletum *contra* — 8, 8, 3, 4 — 9, 42, 17, 13 — 9, 43, 1, 15), utriusque recensionis copia librario fuerit necesse est. Confirmat rem textus condicio: lectio recepta solet esse classis melioris tam in bonis quam in erroribus, conveniens, ubi libri eius ordinis dissentiunt, modo cum *O* (vide supra p. CXXXII), modo cum *H* (9, 37, 1 — 9, 40, 18, 2), modo cum *N* (5, 1, 7, 4 — 5, 3, 1, 8). Sed non desunt

loci, ubi e contrario librarius praetulit lectionem classis inferioris (2, 11, 1, 1 — 2, 12, 7, *5 — 2, 14, 1, *9 — 2, 33, 3, 2 — 3, 5, 13, *4 — 3, 8, 2, **20 — 8, 2 rubr., ubi additamentum *id est scribis* ad verba *et censualibus* non post haec leguntur, sed antea loco alieno — 8, 13, 2, 6 — 9, 6, 3, *1 — 9, 21, 5, 3 — 11, 26, 2, 4 cet.). — Quibusdam locis codex lectiones proponit a reliquis Breviarii libris alienas, sed redeuntes in exemplaribus integris RV^1V^2, nec mirabimur scriptorem, qui ex ipso Theodosiano librum XVI integravit, alibi quoque textum ad eum immutasse.

9, 1, 12, 2 accusatis] V^2 *et fere reliqui,* accusantis V^1E
9, 9, 1, 5/6 nupta tali] V^2 *et fere reliqui,* nuptiali V^1E
9, 10, 1, 11 si] *brev. (reliqui),* ut si *VE*
9, 16, 4, 2 hariolum] V^2 *et reliqui,* hauriolum V^1, auriolum E^a
10, 10, 3, *3 xi k. apr.] *VE,* x k. apr. *reliqui*
10, 18, 2, 6 qui *VE,* quid *reliqui*
11, 36, 1, 12 interposita] *reliqui,* inposita VOE^a

Quaedam singularia communia sint libris *EF* (4, 5, 1, 9 — 4, 6, 8, 7 — 4, 8, 7, 1 — 4, 9, 1, 1). Ex erroribus libro propriis et interpolationibus, quae rarae sunt, pauca adnotavi.

2, 31, 1, 4/5 actoriue] OE^v, ac minui E^t, *alii aliter*
3, 5, 11, 4 undecimi metas] undecimum aetas E^a *et alii,* undecimo die aetas E^b
4, 5, 1, 9 executores] excuratores E^vF
9, 42, 17, 1 com̄ r̄ p̄] com̄ riccimeri *E*
11, 31, 6, 2 in notitiam] E^v *aliique,* innocentiam E^tL
11, 36, 8, 1 syriae coeles] africae *E*
13, 1, 13, 3/4 nectantur] E^t *et alii,* teneantur E^v

Deterioris ordinis codices *X* = Eporediensem n. 36 (incipit 3, 1, 4); *C* = Murbacensis *XCPMSLKQF*
apographum Basileense (incipit 2, 25, 1); *P* = Berolinensem Phillippsianum (incipit 1, 35, 3); *M* = Monacensem; *S* = Parisinum 4405 accedentibus plerumque *L* = Parisino 4403; *K* = Aurelianensi Parisino *nouv. acq.* 1631; *Q* = Lugdunensi; *F* = Pithoeano deperdito proficisci ex eodem archetypo inde efficitur, quod huius ordinis libri modo omnes, modo plerique consentiunt tam in hiatibus (1, 3, 1, 3 — 3, 13, 3, 1 — 4, 22, 3, *7 — 5, 1, 9, 16 — 5, 9, 1, 3 — 16, 7, 3, 4 — 16, 8 rubr.) quam in corruptelis plurimis gravissimisque (2, 4, 4, *4 — 2, 9, 3, *7 — 4, 4, 2, 9 — 4, 8, 5, 9 — 4, 22, 2, 8 — 5, 1, 7, *2 — 8, 2 rubr. — 8, 2, 5, 1 — 8, 5, 59, 1 — 8, 8, 3, 1 — 9, 10, 3, 20 — 9, 11, 1, 1 — 11, 6, 1, *5 — 11, 39, 7, 4 — 12, 1, 19, 9 — 12, 1, 47, 2 — 13, 1, 13, 3), id quod laterculus supra propositus multis exemplis aliis declarat. — Utilia quae hi libri habent neque omnibus communia sunt et minus eminent, sed nequaquam desunt. In dignitatibus, quas inscriptiones enuntiant, duae frequentissime nominatae praefecti urbi et praefecti praetorio cum in ordine priore, pariter atque in ordinis posterioris libris plerisque, in his *XC,* quodammodo mergantur substitutis vocabulis praefecti praepositive, notae p̄u (in *S* corrupta fere in *publium*) et p̄p̄o (vel p̄o, ut solet esse in *PM*) accurate distinguuntur in libris *PMS.* Praeterea compluribus locis (1, 4, 3, 1/2 — 2, 9, 3, *1 — 2, 12, 6, 1 — 2, 14, 1, *9 — 3, 5, 11, 5 — 3, 8, 2, **20 — 3, 11, 1, 3 — 4, 4, 6, 3 — 4, 20 rubr. — 7, 1, 1, 1) vitia ordini meliori communia sanantur adhibitis libris ordinis deterioris. Hi quomodo inter se differant, iam explicabitur.

X = Eporediensis n. 36 (incipiens 3, 1, 4, 6 et praeterea quoque passim mutilus neque *XC*
plene collatus) et *C* = Murbacensis deperditi apographum Basileense (incipiens 2, 25, 1) ut supra p. LXXIV exposuimus, ita gemelli sunt, ut ubi discedunt modo antiquus ille, modo recentior praestet. Ceterum in ordine deteriore hi duo primarii sunt; passim soli consentiunt cum ordine meliore (2, 33, 3, 2 — 3, 2, 1, *2 — 3, 16, 2, 10 — 4, 8, 6, 9 — 8, 18, 2, 5 — 9, 1, 18, *1 — 9, 3, 5, 2 — 9, 7, 7, 9 — 9, 7, 8, 1 — 9, 16, 3, 1 — 9, 24, 3, *5 — 9, 41, 1, 1 — 9, 42, 17, 3/4 — 10, 14, 1, *2), persaepe autem medii stant inter lectionem veram ordinis melioris et deterioris reliquorum ex corruptela *XC* male effectam (2, 31, 1, 5/6 — 3, 12, 4, *1 — 8, 8, 3, 1 — 9, 10, 1, 4 — 9, 16, 3, 5 — 9, 42, 17, 13 — 10, 17, 3, 2). In hac classe *XC* ubi discrepant a *PMLS,* horum librarii saepe non erarunt, sed interpolarunt; ita substituuntur pro *liberis filii* (8, 18, 2, 5 — 10, 14, 1, *2), pro *disceptatione discussio* (9, 1, 18, *1), pro *oblivione abolitio* (4, 8, 6, 2/3), pro *adulterii de adulterio* (9, 7, 8, 1). — Quod attinet ad

errores libris *XC* alterive utri eorum proprios, notabimus ex iis quas in laterculum recepimus interpolationes non magni momenti plerasque 3, 1, 2, 4/5 — 3, 5, 11, 5 — 3, 10, 1, *7 — 9, 24, 3, *1 — 9, 25, 2, *1 — 9, 45, 4, 9 — 12, 1, 170, 2 (cf. item 3, 13, 2, 7, ubi ad *sub titulo* addidit *C* numerum *xxii*, et 8, 18, 2, *11 *superius causa* pro *muneris causa*). Duobus locis *C* solus ex libris Breviarii veram lectionem servavit 7, 1, 1, 1 cum *R* et 8, 8, 3, *1 cum legibus geminis.

S *S* = Parisinus 4405, quem supra notavimus uno loco 8, 12, 1, *14/15 in hiatu convenire cum *NL*, non solum ibi, ubi *C* ad meliorem ordinem deflectit, aliquoties cum eo consentit, sed non raro vera et in ordine meliore recte tradita suppeditat contra *CPM* (2, 11, 1, 1 — 2, 12, 1, 6 — 2, 31, 1, 4/5 — 3, 11, 1, 23 — 3, 12, 3, 2/3 — 3, 30, 6, *4 — 4, 4, 3, 1/2 — 4, 13, 1, *5 — 4, 22, 2, *7 — 8, 18, 1, 14 — 10, 8, 3, 2 — 10, 17, 3, 3 — 12, 1, 12, 10 cet.), hic illic etiam veris substituens melioris ordinis errores (2, 9, 3, *1/2 — 4, 20 rubr.). Deterioris ordinis archetypum codex accurate plerumque videtur repraesentare, cum in eo pariter atque in *C* reperiantur loci quidam explicantes quodammodo corruptelas librorum *PM*:

4, 8, 6, *14 spoliata] *cl. I*, liata *S*, hispropriata *PM similiterque alii*
8, 18, 1, 23 facere] *cl. I C*, fale *S*, facile *PM*
9, 42, 17, 1 com̄ r̄ p̄] corporum rep̄ *S*, corporum *PML*
9, 43, 1, 14 quem *cl. I C*, admodum quem *S*, quemadmodum *PML*
9, 45, 4, 8 confugas] *cl. I XC*, confugis *PML*, confugissent *S*

Dittographiam non repperi nisi unam 2, 19, 4, 2.

PM *P* = Phillippsianus Berolinensis (incipiens 1, 35, 3) et *M* = Monacensis libri, ut p. LXXV vidimus, gemelli, sed ut ille paullo praestet, ut per aetatem praeter Legionensem reliquos superant, ita bonitate infimum fere locum obtinent, nisi quod, ut modo diximus, dignitates in inscriptionibus nominatas reliquis rectius exhibent. Praeterea bona propria habent perraro (ut 3, 5, 11, 5); contra in *PM* et passim in aliis huius ordinis deterioribus ingentem esse numerum errorum, qui absunt a *CS* vel certe aut a *C* aut ab *S*, demonstrat laterculus et longe plenius apparatus; hoc loco paucos speciminis causa subieci:

10, 17, 3, 3/4 subhastationis] subadstatio *PM*
10, 18, 2, *1 per famam] spermam *PML*
10, 19, 14, 5 diruatur] horreatur *PM*
11, 30, 2, 12 similis] singulis *PM*

L *L* = Parisinus 4403 inter libros huiusce ordinis longe deterrimus est, receptus a nobis maxime propterea, quod priores nimium ei tribuerunt. Classis deterioris libri ubi discrepant, *L* plerumque facit cum *PM*, aliquoties etiam in erroribus modo cum *S* (2, 3, 1, *1 — 2, 14, 1, *1 — 2, 31, 1, *5/6 — 4, 20 rubr. — 8, 12, 1, *14/15) modo cum *C* (3, 1, 2, 4/5 — 3, 10, 1, *7 — 5, 1, 5, *1); nec raro maxime in parte ea quae a *C* abest, deflectit ad classem alteram (2, 4, 4, *4 — 2, 9, 3, *7 — 2, 23, 1, 18 — 3, 11, 1, 3 — 5, 1, 7, *9 — 11, 6, 1, *5 — 11, 30, 15, 1). Uno loco 3, 5, 13, *4 textum dedit ad *CS*, male mutavit ad *PM*; alio 9, 37, 4, 10 pro *sumptibus* in *L* est corrupte *bis*, unde in *PM* per interpolationem factum est *ambis*; alio denique 9, 25, 2, *1 interpolationem libri *C* et diversam librorum *PM* librarius copulavit. Subscriptiones maxime in parte posteriore breviavit, quam ob rem in earum apparatu hunc codicem suppressi. Inscriptiones aliquoties temere mutavit:

4, 4, 1, 1 constantio p̄p̄o] aeterio p̄o (p̄u *K*) *LK*
9, 11, 1, 1 erythrio] cynidio *L*
13, 1, 13, 1 haue postumiane k. n.] altino p̄p̄o *L*
14, 7, 1, 1 consulari campaniare] cons̄ capaniae p̄f *L*
16, 2, 23, 1 artemio] artemio p̄o *L*, artemio ep̄o *G*

nec magis textui pepercit:

1, 16, 7, 2 uelum] uerbum *LG*
1, 16, 9, 4 ludicris] in decretis *L*
2, 8, 19, 2 fas erit] iusserit fas erit *L*, uel fas iusserit *G*
2, 12, 7, 8 reflante] refragante *L*
4, 4, 7, 13/14 liberti muneribus electis et]
11, 39, 7, 4 promiserint] protulleris

Denique corpori inseruit constitutiones duas ficticias (ad 3, 18, 2 supra p. LXXXVI et ad 14, 7, 1 supra p. LXXXVII), quarum priorem ex novellis deprompsit, item ad interpretationem 5, 1, 2 clausulam addidit et ipsam confictam.

K = antea Aurelianensis, iam Parisinus *nouv. acq. Lat.* 1631 (incipit 3, 1, 5). collatus est ad solum librum quartum, cum utilitatem propriam non habeat. Proxime accedit ad codicem *L* etiam in singularibus cum eo consentiens (4, 4, 1, 1 — 4, 6, 4, *7 — 4, 14, 1, *15 — 4, 14, 1, *29 — 4, 22, 1, *11); ab eo ubi recedit, fines secundi ordinis vix egreditur (4, 4, 6, *1/2 cum *CS* — 4, 8, 5, 11 cum iisdem et cl. I — 4, 14, 1, *27 cum *PM* — 4, 22, 3, 1/2 cum *X*). *K*

Q = Lugdunensis, incipiens mutilus 3, 16, 1, non magis collatus totus, plerumque se applicat ad *PM*, sed tamen aliquotics sequitur eiusdem classis libros meliores *XCS* (4, 4, 7, 13/14 — 4, 18, 1, 11/12 — 9, 45, 4, 7. 9. *10), raro facit cum cl. I (4, 22, 2, 8 — 9, 45, 4, 5 ex corr.), uno loco 9, 45, 4, **6/7 consulatum habet forma primitiva praeterea non reperta nisi in *VE*, altero 9, 45, 4, 11/12 praeter *T* reliquos omnes vincit tam *V* quam breviarii. Sed singularia haec retenta ex archetypo communi vere crisin non adiuvant. *Q*

F = Pithoeanum deperditum novimus ex margine exemplaris editionis Sichardianae supra p. LXXIX enarrati. Lectiones inde adlatas ad librum quartum post plagulas eas impressas denuo examinavit socius Paulus Meyer sustulitque quas supra p. CVIII. CIX composuimus lectiones utpote scriptas filii manu nec derivatas ex deperdito *F*. Contra addendae sunt lectiones hae a patre scriptae in editione praeteritae: 4, 2, 1, *3 *honorio iii*] *honorio xiii* — 4, 4, 7, 3 *cupiens* om. — 4, 4, 7, 20 *ad* om. — 4, 6, 4, 2 *constantinianis*] *constantianis* — 4, 7, 1, 9 *crispo i et constantino uic* — 4, 8, 5, *10 *xiii k.*] *xiiii k.* — 4, 8, 9, *1 *hominum*] *hominem* — 4, 13, 1, 6 *crispo c̄ ii*] *crispone* — 4, 13, 1, *2 *nauibus*] *conductoribus* — 4, 14, 1, *24 *uictore* est in *F* — 4, 17, 1, 1 *ppo*] *pf urb* — 4, 17, 5, 3 non *uiii sp*, sed *uiii ip* est in *F* — 4, 19, 1, 18 *quidem*] *est* — 4, 23, 1, 3 *possessori prima*] *possessio reprimi* — 4, 23, 1, 6 *iii kal.*] sic *F* cum *HO*. His examinatis apparet codicem eum in classibus duabus contaminandis etiam longius processisse quam reliquos nostros. Consentiunt enim alia cum ordine deteriore (4, 8, 6, 10. 12. *2/3 — 4, 13, 1, 4 — 4, 18, 1, 4 — 4, 19, 1, 4. 12. 18 [add.]), alia cum meliore (4, 4, 2, 9 — 4, 8, 5, 15 — 4, 9, 1, 1 — 4, 19, 1, 15 — 4, 22, 2, *2/3 — 4, 22, 4, 9 — 4, 22, 6, 3 — 4, 23, 1, 6 [add.]), ut utriusque tam bona quam mala huic librario praesto fuisse pateat. Proprias lectiones itemque utiles codex suppeditat nullas, sed supra p. LXXXV vidimus duas constitutiones ex integro Theodosiano ad Breviarium additas in eo solo comparere. *F*

Percensuimus singillatim codices Breviarii a nobis adhibitos. Inde quid efficiatur, iam complectemur per singula corporis membra.

1. Auctoritatem Alarici quod ex exemplaribus nostris non servarunt nisi duo *NS*, supra p. XXXII inde explicavimus, quod pleraque *OHEXCPMKQ* a capite mutila sunt. Sustulerunt eam tres libri non ex optimis *BGL*, praeterea librarius qui scripsit codicem *A* cum sibi proposuisset Theodosiani integri quatenus fieri posset restitutionem, auctoritati substituit constitutionem Theodosii et gesta senatus de Theodosiano publicando (p. LXXXIII).
2. Imperatoris eiusdem imperatorumve eorundem constitutiones ubi in Theodosiano continuo ordine referuntur, primae soli nomina praescribuntur, sequentibus formula *idem A.* vel *AA.* Haec cum omissis multis a breviarii compilatoribus passim mutanda esset, errores ita potuerunt duplici ratione generari, aut retenta formula illa, ubi mutanda esset aut male mutata ita, ut pro proxime in eodem titulo praecedente inscriptione ad anteriorem librarius aberraret. Prioris generis error in omnibus libris remansit 1, 2, 10. Pluribus locis tales errores ita sublati sunt, ut alii libri errorem retineant, alii formam veram exhibeant; neque dubium est lectionem perversam tempore praecedere a retractatore emendatam. Pertinent eo praescripta quae sequuntur.

*. 2 (a. 391) idem A. *MLS (praecedit* 1, 1, 1 Constantinus*)*; imppp. ualent. theod. et arcadius *NABG (recte)*

(382) impp. (idem *ins. N*) grat. ualent. et theod. *libri; fortasse dittographiae vestigium servat N*

5, 9, 1	(a. 331)	idem A. *XCPMLSK (quod quo referatur non habet),* imp. constantinus A. *HNBGOE*
5, 18, 1	(a. 419)	imp. Constant A et Iulianus C *BXCPMLS (quod videtur referri ad legem eiusdem tituli in Breviario omissam),* impp. Honor et Theod AA. *HNGOE (recte)*
8, 5, 59	(a. 400)	idem AA. *OE (ut R),* imp. Constant. A *BCPMLS (quod redit ad tituli eius inscriptionem primam),* impp. Arcadius et Honorius AA. *HNG (quod pendet ex inscriptione proxime praecedente* 8, 5, 53*)*
8, 8, 3	(a. 386)	idem A. *OE (ut R),* impp. Valent. et Valens *CPMLS (quod redit ad tituli eius inscriptionem primam),* imppp. Grat. Valent. et Theod. *NHBG (quod redit ad inscriptionem proxime praecedentem* 8, 8, 2*)*
8, 12, 9	(a. 417)	idem AA. *O (ut R),* idem aa Hon et Theod impp. *E (per dittographiam),* impp. Hon. et Theod. AA. *reliqui*
8, 19, 1	(a. 426)	idem A. *BE (quod quo referatur non habet),* impp. A. Hon. et Theod. et Valent. *reliqui*
9, 42, 10	(a. 383)	idem AAA. *O (ut V),* impp. Grat. et Valent. *PMLS,* imppp. Grat. Valent. et Theod. *HGEC (ut est in inscr. proxime praecedente* 9, 42, 8*)*
11, 7, 20	(a. 412)	idem A. *O (ut VT),* idem aug. impp. Hon. et Theod. *N,* impp. Hon. et Theod. *reliqui (ut est in inscr. proxime praecedente* 11, 7, 17*)*
11, 31, 6	(a. 373)	idem AAA. *(sic V),* imppp. Valent. et Valens *GCPML (quod redit ad tituli eius inscriptionem primam),* Valent. Valens et Grat. *NOE (quod redit ad inscriptionem proxime praecedentem* 11, 31, 4*)*
15, 1, 9	(a. 362)	idem A. *(sic V),* impp. Constantius et Constans *GXCPMLSK (quod redit ad inscriptionem* 15, 1, 4*),* imp. Iulianus A. *HNOE (quod redire videtur ad inscr. proxime praecedentem* 15, 1, 8, *quamquam corruptam in V)*
16, 2, 12	(a. 355)	idem AA *(sic VO),* impp. Constantius et Constans AA. *(similiterve) brev. (quod redit ad inscr. proxime praecedentem* 16, 2, 10*)*

Formulae hae ducunt ad duplicem retractationem Theodosiani. Scilicet praescriptum *idem A.* male retentum pertinet ad ipsum archetypum Alaricianum. Quo errore plerisque locis sublato efficitur forma ea, quam repraesentant libri classis nostrae deterioris *XCPMLSK.* Hanc rursus mutant libri *HNAOEBG* correcti denuo ad exemplar integrum. Sed passim confunduntur tres hae recensiones exemplaribus diversis temporibus neque aequabiliter correctis.

3. Nomina magistratuum supra vidimus duobus locis 9, 3, 3 et 9, 29, 2 in *O* reperiri ita mendosa, ut legebantur in ipso archetypo Alariciano; quos errores notandum est sublatos esse adsumpto Theodosiano integro ante scriptum classis nostrae antiquioris archetypum; nam eius ordinis libri duas constitutiones illas habent recte inscriptas. — Ad dignitates quod attinet, compendia a librariis posterioribus non intellecta magnas turbas crearunt; notas praesertim ppo et pu supra diximus praeter libros antiquissimos *PM* et aliquatenus *H* passim perturbari substitutis saepe vocabulis *praefecti* nude vel *praepositi.* Dittographiarum, ad quas dignitates facillime ducunt, exempla subieci.

2, 18, 3	pu *PMS,* ppo *G*ᵃ*EL,* po *B,* ppo urbis *N*
2, 22, 1	pu *PMS,* ppo *N,* praefectum *similiterve BGL,* preposito *O,* ppm *E*
2, 33, 4	pu *CPMS,* ppo *NE,* ppo urbis *BGL*
3, 5, 5	pu *FG*ᵇ*PMLS,* ppo *NG*ᵃ, ppo urbis *B*
3, 9, 1	com orientis *ECPMLS,* ppo orientis *NO,* ppo cum morientes *B*
4, 2, 1	pu *XCPMLSQ,* ppo *HNE,* ppo urb *B*
4, 17, 3	pu *PMSK,* ppo *NDL*ᵃ, ppo (po *G*) urb *BG*
5, 1, 1	pu *PMS,* ppo *NL,* pfu *GC,* ppo urb *B*
5, 1, 2, 5	(in textu) praefectum urbis *CPML,* publium *S,* praefectum *HE,* pm *N,* ppo *BG,* prepositum *O*

4. Ad constitutionum verba quamquam Breviarii recognitores antiqui minus fortasse attenderunt quam ad inscriptiones et subscriptiones, in laterculo supra p. CXXI. CXXII exempla adsunt codicum Breviarii ita variantium, ut utraque lectio redeat in Theodosiani integri exemplaribus. Supra iam adnotavimus potissimum codicem *E* qui scripsit, cum Theodosiani integri copiam haberet, ad eum locos quosdam mutavisse.

5. Clausulam constitutionis 4, 7, 7 cum interpretatio adnotet abolitam esse per novellas, eam suppressit familia deterior universa, item ex emendata *NO*, retinuerunt *HBE* soli, mero casu opinor.

6. Interpolationes arbitrariae et saepenumero ineptae, quarum documenta plurima apparatus suppeditat, abundant potissimum in libris ordinis vetustioris, sed etiam in altero non raro vera lectio sublata est errore; exempli causa in iis 1, 4, 3, 1 *Papinianus* factus est *Papianus*, in rubrica 4, 20 pro *qui bonis* substitutum *quibus bonis*, 12, 1, 47, 3 vera lectio *contemnationibus*, in ordinis antiquioris libris leviter corrupta in *condemnati omnibus*, hic pessumdata est admissa coniectura *condemnationis*. — Corruptelas illas saepe apparet factas esse industriose et propagari per locos plures. Exempli causa *Cynegius* per librum nonum eumque solum factus est *Cinedius* semel (9, 34, 9) in *CPMLS*, ter (9, 1, 10 — 9, 7, 4 — 9, 7, 5) in *PMLS*. Accuratius persequemur vocabulum *scriptionis* interpolatum pro *inscriptione*, scilicet accusatoria:

	inscriptio:	scriptio:
2, 1, 8, 7/8	*BG*	*ANOPMS*
11/12	*ANGOPMLS*	*B*
9, 1, 11, 2	*NYDOEC*	*BGPMLS*
6	*NYDBGECS*	*PML*
9, 1, 14, 6/7	*HNYDBGOECS*	*PMLK*
9, 1, 15, 10	*HNYBGEC*L^a	*PM*L^b*S*
11	*HNBG*L^a	*PM*L^b*S*
9, 1, 19, *5	*NYBGEC*	*HPMLS*
*6	*NYGEC*	*HBPMLS*
9, 7, 2, 12	*NBGOEC*	*PMLS*
15/16	*NBGOEC*	*PMLS*
*5	*NEC*	*BGPMLS*
9, 19, 4, 10	*GOECPM*	*LS*
*5	*GOEC*	*PMLS*
*27	*omnes*	
*28	*GECPML*	*S*
*29	*omnes*	
9, 36, 1, 2	*HOEC*	*GPMLS*
8	*HGOECS*	*PML*
9	*HGOECS*	*PML*

Haec interpolatio aliena omnino ab operis integri codicibus (nam 9, 36, 1, 2 — 9, 37, 2, 5/6 meri sunt errores), aliena item a deterioris ordinis libro optimo *C*, contra eiusdem ordinis libris *PMSL* itemque *BG* saepe ad hos accedentibus ita insedit, ut non multis locis verum remanserit. Melioris ordinis libros ab hac interpolatione non omnino abstinere, sed reperiri eam tabula supra proposita ostendit hic illic etiam in libris *AHNO*, aut quod contaminationem subierunt cum classe deteriore aut quod error postea animadversus in iis non omnibus locis sublatus est. Nam quod 9, 34, 1, 3 verae lectioni *scriptio* in duobus libris *HG* male substituitur *inscriptio*, eo ducere videtur librarios posteriores interpolatione intellecta eam hic quoque errore expellere voluisse.

7. Consulatus imperfectos propter collegam scribentis tempore nondum nuntiatum recentiores codices plerique explerunt nomine consulis alterius adscripto. Forma primitiva remansit 5, 1, 9, *5 in *HN* et in decurtatis plerisque, 9, 45, 4 p. 524, 5 praeter *V* in *EQ*, vestigia eius in *HGC*. Ceterum vix opus est monere in talibus casum magis regere quam consilium.

8. Subscriptiones librarii ut raro interpolando mutaverunt (vide supra p. CXXXII), ita passim eas breviarunt et corruperunt. Compendia earum quomodo tractarint, demonstrabitur in formula obvia in consulatibus annorum 366 (missis legibus iis, ubi errore originis diversae pro *n̄p̄* substituitur *Aūg*). 369. 386 *nobili puero* aut perscripta aut expressa per compendia sollemnia *nōb* *p̄* vel *n̄b* *p̄* vel *n̄* *p̄*.

	recte vel fere recte	*corrupte*
1, 16, 11	*AMS*	iib p *N**, ii̅ pp *N*, po *B*, septimo *G*
2, 33, 2	*NE*	uiiii *CPMS*, uiii *BG*, aug *O*
3, 4, 1	—	uiiii n̄p *N*, uiiii *EXCPM*, nono *S*, uii *G*, caes iii *B*, aug *O*
4, 17, 5	—	nobilio p̄ *S*, uiiii p *XCPMQ*, uiiii *D*, uiii sp *F*, uiiii *EK*, uiii *B*, uii *G*, *om. N*, *def. O*
4, 18, 1	*NXC*	uiiii p *FPMSQK*, nouies *App.*, uiii *BG*, aug. *O*, *om. DE*
4, 20, 3	—	n̄s̄ō (= *nostro*) p̄ *H*, n̄ō p̄r̄ *C*, uiiii n̄p *D*, p̄p̄ō uiiii n̄b p̄ *NN**, uiiii p̄c̄ *PMK*, uiii p̄c̄ *FS*, p̄c̄ *G*, uiiii *E*, uiii *O*, u *B*
5, 1, 2	*G* (adscribens *nobili praefecto*) *CPMS*	uiiii *NE*, uiii *H*, uii *B*, *om. O*
5, 17, 2	*NCPM*	in̄p̄ *S*, uiiii *BE*, *om. HGO*
8, 8, 3	*HNB*	in̄p̄ *S*, ne̅p̄ *CPM*, uiiii *EO*, *om. G*
9, 34, 9	*HN*PMS*	uiiii *E*, publico plebis *G*, *om. OC*
9, 37, 2	*HN* GPMS*	ne̅p̄ *C*, uiiii *E*, aug. *O*
11, 36, 20	*HNGCPMS*	a. uiiii *O*, uiiii *E*, aug. *O*
11, 37, 1	*HNGCMS*	uiiii *P²E*, *om. O*
12, 6, 20	*HNGᵃXCMS*	uiiii *E*, nono praefecto *Gᵇ*, *om. O*
12, 6, 22	*HNXCMS*	uiiii *E*, *om. GOP*

Archetypum Alaricianum formulam hanc nequaquam repraesentavisse corruptam inde efficitur, quod vera lectio in nostris quoque libris compareat eiusve vestigia nullo fere loco excepto. At mature admodum, certe antequam conscripti sunt codices nostri vel antiquissimi, compendium *nob* pro numero *novem* accepto (ut uno certe loco 5, 1, 6 pro vera lectione *Theodosio A. VIIII* in codice *N* substitutum est *theodosio ā nub p*) passim *nob* (vel *nub*) verum abiit in *nonies*, *nono*, *VIIII* vel invenitur per dittographiam *n̄p̄* *VIIII* similisve corruptela, neque ullus liber superest ab hoc errore immunis. Veram lectionem libri plerique hic illic retinuerunt exceptis duobus *EO*, quorum ille constanter pro formula hac numerum ponit, hic duobus locis exceptis (4, 20, 3 — 8, 8, 3) aut compendium delevit aut ei substituit vocabulum *Aug.*, testantes ita scriptorum eorum non religionem sane, sed eruditionem et diligentiam. Haec corruptela cum omnes Breviarii libros occuparit et nullo modo redigi possit ad classes quas fecimus duas, redit ad tempora non Alariciana, sed Alaricianis vicina et declarat, quanta tam cura quam licentia quinti exeuntis sextive saeculi periti constitutionum corpus emendando corruperint.

9. Additamenta sumpta ex codice Theodosiano pleno nulla reperiuntur in ordinis antiquioris libris melioribus *CXPMS* nec magis in alterius ordinis libris *NH*; contra adsunt in *AOEBGFLK*. Ea cum inserta sint Theodosiano breviato suis locis, qui primi ea adiecerunt sine dubio adsumpserunt Theodosianum integrum. Diximus supra singillatim de his additamentis neque ibi dicta hoc loco repetentur; sed non sine causa absunt ea a classe nostra antiquiore omnia (ut absunt item ab ea constitutiones Sirmondianae adiectae ad Theodosianum in libris *AOE*). Notabilis est eo nomine adiecta constitutio 3, 12, 1, quae nuptias inter fratrem et fratris sororisve filiam sub poena capitali interdicit. Scilicet laborarunt ecclesiastici, ut eiusmodi matrimonia etiam apud Germanos exterminarentur (Loening *Geschichte des deutschen Kirchenrechts* 2, 550 seq.) idque ut adsequerentur, legem hanc a iureconsultis Alaricianis reiectam

non solum receperunt, sed etiam suo loco eam, mutata propterea legis sequentis inscriptione et addita iusta expositione, ita corpori inseruerunt, ut pro legitima procederet.

Breviarii forma primitiva, cuius vestigia servavit solus fere codex *O*, mature videtur oblitterata esse exemplari adhibito Theodosiani integri. Successit forma ea, quam exhibent codices nostri secundi ordinis optimi quique, quorum archetypum haberet bona omnia quae servarunt codices aut *XC* aut *S* et praeterea singularia quaedam in huius familiae reliquis dispersa, ut in constitutione 9, 45, 4 quae habet *Q*. Sed eadem ab ipsa origine mendis abundavit et mox etiam magis a librariis corrupta est et interpolata.

Deinde Theodosianus Alaricianus semel certe, fortasse saepius retractatus est adhibitis denuo exemplaribus Theodosiani integri et ita ea forma effecta, quam in universum libri ordinis nostri melioris repraesentant. Quale exemplum ordinis vetustioris prudentes hi adhibuerint, ignoratur potestque id iis quae habemus praestitisse et bonorum eorum, quae habet ordo melior, pars inde proficisci. Nihilominus de his retractationibus breviarii adhibitis integri corporis exemplaribus dubitari non potest maxime propter ea quae supra adnotavimus de inscriptionibus constitutionum et de constitutionibus adiecticiis; prudentes a quibus haec profecta sunt fieri non potuit, quin etiam legum verba hic illic conferrent eaque aut emendarent aut certe adnotarent. Ita effecta est non recensio nova, sed antiqua subinde immutata. Plene ut distinguantur formae diversae, perfici non potest neque altera utra ad certos codices revocari; mixta traduntur omnia. Inde in libris non paucis dittographiae passim reperiuntur; praeterea ibi quoque, ubi de iis non constat per librarios, collatis codicibus pluribus binae lectiones antiquitus traditae multis locis agnoscuntur. Denique adnotationes temporariae, de quibus supra p. XXXV diximus, in hoc ordine fere inveniuntur sublatae.

Omnino in constitutionibus, quae a Breviario solo pendent, etsi non recte spernentur librorum praestantiorum lectiones etiam singulares, potissimum respiciendae sunt quae sunt duorum ordinum nec propterea de ordinibus ipsis dubitandum, quod saepenumero admittunt libros plus minus alienos; nam contaminatio antiquissima et late patens ordinum fines passim perturbavit. Ita duae lectiones ubi deprehenduntur, maior auctoritas erit eius, quam tenent libri a nobis meliores nuncupati; sed potest verum etiam servatum esse per deteriores. Sane non pauci loci ita remanebunt ambigui, ut exempli causa in interpretationis loco 3, 12, 2, *3 aliter relato in *NE*, aliter in *BCPMSL* utra forma antiqua sit, per codices non definitur. Denique hoc quoque in breviario potest evenisse, ut lectiones duae diversae redeant ad integri Theodosiani exemplaria discrepantia. At in universum breviarii textus talis, qualis in archetypo fuit, in codicibus nostris reperitur recte traditus; inscriptiones quoque constitutionum ipsaeque subscriptiones in iis libris plenae adsunt et incorruptae, et praestant hoc nomine breviarii Alariciani libri longe iis, per quos traditum habemus codicem Iustinianum.

CAPVT NONVM.

ORTHOGRAPHIA LIBRORVM ET COMPENDIA.

Orthographiam librorum duorum primariorum *RV* editio ita repraesentat, ut ambigua sicut tradita sunt reddantur, vitia certa, etiam ea, in quibus librarius sibi constat, in textu corrigantur falsa scriptura relata in apparatum. Operis integri codices ubi deficiunt, quatenus fieri potuit ad *PM* orthographica formata sunt suppressis naevis. — Hoc capite ex *RVT* orthographica, quae quidem aliqua adnotatione digna esse viderentur, composui coniuncta, specimen scilicet nequaquam plenum. Ex breviarii libris *PM* in orthographicis non multo inferiores sunt libris *RVT* et longe emendatius scripti quam ex integris *W*; contra codex *H* nec minus *N* et reliqui omnes referti sunt vitiis et barbarismis. Ego ex his omnibus selecta tantummodo adnotavi; Haenelius in praef. ad breviarium errores composuit p. XLI ex *M*, p. XLIX ex *L*, p. LIII ex Parisino 4406 (descripto ex *E*).

V	*R*	*T*	*varii*
ae e in Latinis raro permutantur	*ae e* raro permutantur	*ae e*	*ae e* *PM* fere ut priores
ae pro *e* in fine vocabuli, ut *manifestae* — *richomerae* *aeclesia* constanter fere (*ecclesia* 16,5,52,18 — 16,5,65,*12; *eclesia* 16,5,65,3) *aeculeus* *paenes, paenitus* raro *praec-* (*depraecantur*) raro *praetium* raro *quaerella, quaerimonia* aliquoties	in fine vocabuli *inhonestae* — *inlicitae* 6,35,14,11 *paenitus* raro *praehendere* *praetium* raro *quaerimonia* *saenatus* 6,4,8,1 corr. *taestabuntur* 6,2,15,3	*ae* pro *e* in fine vocabuli passim *litae* (corr.) — *maximae* — *paenae* (corr.) — *quae* enclitice (saepissime, sed saepe correctum) — *quantitatae* — *solitae* — *studiosae* *aeclesia* — *aedere*, *aeditio* — *aedictalis* — *aequus* — *interpraetatio* — *paenes* — *paenitus* — *praeces* — *praehendere* cum derivatis fere constanter — *praemere* — *praetium* plerumque	*ae* pro *e* passim, maxime *H*, in quo inter alia constanter fere datur *aetiam*
e pro *ae* raro *equus* 11,36,7,6 *extimatio* V^2 11,14,1,11 *heresis* fere constanter (*haeresis* 16,5,54,*6) *lesus*	*e* pro *ae* raro *elicite* *inheserunt* 7,1,5,1 *prestandum* 7,4 23,5	*e* pro *ae* in fine vocabuli *late* — *nostre* — *praede* — *que* passim *equitas* — *celestis* — *coherere* — *gyneceum* — *pene* — *premium*	*e* pro *ae* rarius. In *PM* constanter fere est *ledere*

V	*R*	*T*	*varii*
e oe *poenes* 12, 6, 17, 3		*e oe* *poenis (= penes)* 4, 13, 1, 1 *poenitus* 4, 12, 5, 2	*e oe* *foenus (= fenus) HPM* *fedus (= foedus) PM* *poene (= paene) PM*
e i raro permutantur *Beryt-* recte 15, 12, 1, *Berst-* 13, 9, 1, *Byrit-* 10, 24, 3. 13, 1, 9, *Byrith-* 11, 1, 19. 11, 2, 4. 11, 15, 2. 12, 1, 54. 12, 1, 63 *cylis (= coeles)* 11, 36, 8, 1 *Triv(eris)* in l. XIII—XVI (v. p. XLVI)	*e i* raro permutantur *Aurilianus* passim *Beryt-* recte 6, 27, 2, *Byrit-* 7, 13, 11. 7, 22, 7. 8, 5, 41 *Triu-*	*e i* *e* pro *i* *detenere* — *regor* — *sterelitas* — *ualeturus* *i* pro *e* *dilatus* — *linire* — *Triu-*	*e i* *W* passim permutat, habens *intellig-* et similia multa *PM* vix umquam *e* pro *i*, raro admodum *i* pro *e*, ut *eatinus* — *distituitur* — *vicisimus* *HN* saepissime et *e* pro *i* et *i* pro *e*, ut *letigiosus* — *inormis* cet.
			H i ante *st* passim aut male omittit: *ste* — *sta* — *spania* aut male addit: *istatuimus* — *istudium*
i y *i* pro *y* *Acyndinus* constanter — *polypticum* *y* pro *i* *bafyum* 11, 28, 3, *3 — *Bythyn-* 12, 1, 118 — *dyptic-* — *Epyrus*		*i y* *i* pro *y* *enfiteuticus*	*i y* *P presbyter* et *presbiter*, *M presbiter* constanter *PM* aliquoties *y* pro *i*, ut *cyrografum* — *phylippus*
o u non permutantur (semper *epistula* — *suboles*)	*o u* non permutantur (semper *epistula* — *suboles*)	*o u* *o* pro *u* *incolomis* 3, 30, 3	*o u* *WHN* passim permutant; ex *H* adnotavi *aepistholis* — *infolis* — *uficit (= officit)* — *sobule* *PM* non permutant
oe o *dioecesis* plerumque, *diocesis* 13, 5, 34, 2	*oe o* *dioecesis* plerumque, *diocesis* 8, 5, 42, 1		
oe y *cylis (= coeles)* 11, 36, 8, 1			
u inserta *urguere* rarius quam *urgere* *discinguas* 11, 36, 3, 12			

V	*R*	*T*	*varii*
b p in vocabulis a labendo nubendo scribendo derivatis *b* ante *s t* retinetur neque abit in *p*: scribitur *labsus* — *nubtiae* (*nupt-* raro, ut 9, 7, 8, 4) — *scribtum*	*b p* ut *V*	*b p* ut *VR* *inobs* 4, 8, 5, 6	*b p* *WPM* ut *VRT* *PM obtio* — *obtimus* cet.
b u *b* pro *u* raro *conhibentia* constanter — *habe* fere constanter — *iubare* passim — *Octabianus* 12, 1, 4 *u* pro *b* raro *Ablavius* constanter — *Avellinates* 12, 1, 62 — *aceruus* constanter	*b u* *b* pro *u* rarissime *cohibentia* 6, 30, 17, 5 *u* pro *b* raro *gleua* 6, 2, 12, 2 — 6, 2, 15, 2 (*gleba* 6, 2, 17, 2 — 6, 4, 17, 11 — 6, 23, 1, *2)	*b u* *b* pro *u* passim *adlubio* — *ferbor* 2, 8, 19, 3 (corr. ex *feruor*) — *nobellus* — *probocatio* — *grabatus* — *sibe* (corr.) — *ueriorbe* (corr.) *u* pro *b* passim *uellum* — *constauit, recusauit* — *contuuernium* — *mouilis* — *pleue* (1, 29, 3, 2 corr.) — *praeuendus* — *Prouianus* saepius — *ueruera*	*b u* *PM* fere ut antiquiores; *aceruus* constanter *H* has litteras non permutat
c d non permutantur: *quidquid* constanter, *quicquam* constanter	*c d* ut *V*		
	c g *neclex-* aliquoties, non constanter	*c g* *neclex-* 5, 7, 2, *7	
	c qu *inquoactam* *secuntur* et *sequuntur* alternant	*c qu* *inquata* 3, 32, 1, 5	*c qu* *PM* passim *relicum* — *secuntur*; *de corum* (= *de quorum*) *NX* M•L 14, 7, 1, *2
ci ti non permutantur	*ci ti* ut *V*	*ci ti* ut *VR*	*ci ti* *W conditio* constanter — *absulucio* — *sancio* — *pernitiosissimus* *Z conuencio* Sirm. 6, *16 *H iusticia* — *conditio* — *solatium* *PM* non commutant, sed scribitur *controuertia* constanter, item *animaduertio*

V	*R*	*T*	*varii*
d t *t* pro *d* passim in voc. extremis *athibitus* 11, 36, 4, 3 — *athuc* 12, 1, 56, 3 — *aput* passim — *haut* — *set* raro	*d t* *d* pro *t* *adque* — *capud* — *quod* (= quot 6, 4, 10, 3) *t* pro *d* *haut*	*d t* *d* pro *t* *adque* constanter *t* pro *d* *aliut* — *aput* (et *apud*) — *illut* — *set* (corr. in *sed* 3, 32, 1, 5)	*d t* *PM* ut antiquiores
f ph *f* pro *ph* constanter fere in Graecis et barbaris, ut est *Dagalaifus*; exceptionem faciunt *Philippus* (semel *Filipp-* 12, 12, 14) et *philosophia* (semel *philosofia* 14, 9, 3, 18)	fere ut *V* (sed *philosophus* 6, 4, 21, 3 — *Phoenice* 7, 22, 9, 5)	fere ut *RV*	
h omissa in Latinis raro *redibere* — *subveatur* 12, 1, 77, 3 in Graecis passim: *Alytarc-* — *apoc-* — *carta* — *concylium* — *dyptic-* — *olosericus* — *ypomnematografus* — *polyptic-* — *Syriarc-* *h* addita in Latinis *hisdem* constanter — *hostendi* — *cohartare* constanter — *cohercere* constanter — *exhorta* — *themonarius* in Graecis passim: *Alytharc-* — *Byrith-* (vide supra sub *e i*) — *enfytheuticarius* (corr. ex *enfyteut-* 11, 28, 14, 2/3) constanter — *gynechear-* — *hirenarcha* — *Machedon-* — *Neotherius* constanter — *thelon-*	*h* omissa in Latinis *exaurire* — *exibere* — *actenus* in Graecis *scola* (et *schola*) *h* addita in Latinis *hisdem* in Graecis passim	*h* omissa in Latinis *orror* — *incoare* in Graecis *pasca* (et *pascha*) — *scolasticus* *h* addita *hac* (= *ac*) — *cartha* — *conhibentia* — *enfytheuticus* — *honera* — *methallum*	*h* omissa *PM* fere ut antiquiores *H* in principio vocabuli passim: *oc* — *orrescit* *h* addita *H* in principio vocabuli frequentissime: *hac* — *hordo* — *horigo* — *hurbs* — *husurae* fere constanter — *hutiliter* *PM crehare* — *habund-* raro
m n *anplissimus* 12, 1, 180, 1	*m n* *eumdem* raro		*m n* *W anpotare* — *tenpus* *H uolumtas* — *solennis*
n omissa vel addita: *thensaurus* — *uicensimus*	*n* omissa vel addita ut *V*		

V	*R*	*T*	*varii*
		p omissa *exemti* 1, 32, 1 5	*p* male addita *H contempti* (= *contenti*) — *dampnum* — *volumptas* *p* male omissa *H presumtio* *PM contemserat* — *exemtus* *PM suscriptio* constanter
s *x* *extimatio* V^2 11, 14, 1, 11	*s* *x* (recte *sescent-*) *amplesi* 6, 27, 22, *2		*s* pro *x* *H* passim: *iusta* — *estraneus* — *estrinsecus* *x* pro *s* *H extimatio*
x *cx* *sancximus* *x* *xs* in vocabulis cum praep. *ex* compositis ubi sequitur *s* littera, ea plerumque adest, aliquoties additur emendando, ut *ex*ˢ*ecutio* 11, 36, 25, 1 — *ex*ˢ*equendas* 16, 5, 46, 6, passim tamen omittitur, ut *executor* 11, 36, 2, 2 — *exerere* constanter — *exurgere* 12, 1, 146, 5	*x* *cx* *iniuncximus* 6, 4, 25, 5 — *sancxisse* 6, 4, 17, 2 *x* *xs* *exortes* 6, 27, 13, 4 *exequantur* corr. in *exsequantur* 8, 5, 66, 3	 *x* *xs* *exsecutio* 5, 7, 2, *1	
geminatio consonantium *medella, querella* constanter — *rennuere* constanter — *repperire* fere constanter male neglecta: *aeclesia* (vide p. CXLII) — *oportunus* male admissa: *Thessallonica* constanter		geminatio consonantium male neglecta: *oportunitas* 1, 32, 6, 3 male admissa: *uellint* 1, 31, 2, 5	geminatio consonantium male neglecta: *PM* passim: *eclesia* constanter — *grasatus* — *oportunus* — *suplementum* *H* passim: *quatuor* plerumque — *codicilus* — *solennis* — *uficit* male admissa: *H uollumen*

V	*R*	*T*	*varii*
geminatio vocalium *i* pro *ii* remansit in *idem* inscriptionum constanter; in postconsulatibus subscriptionum fere constanter (excepta una 12, 12, 8) praeterea subinde: *Gallis* 12, 1, 171, 2 — *idem* 14, 3, 19, *4 — *intercolumnis* 15, 1, 45, 1 — *ordinari* 12, 1, 118, 6 — *quinquenni* 14, 3, 7, 1 uno loco 14, 4, 10, 8 pro *terti* cum scribendum esset *tertii*, errore positum est *certi*.			geminatio vocalium *PM* fere ut antiquiores; formae antiquae *is* — *idem* — *inisse* — *petisse* non rarae sunt, interdum tamen corruptae a librariis, maxime pro *is* substituto non *iis*, sed *his*, id quod retinuimus *H* similiter: *fili* (= *filii*) 5, 1, 1. 5, 1, 2
Adlitteratio	Adlitteratio	Adlitteratio	Adlitteratio
adf- plerumque	*adf*- plerumque, sed *affectare* 8, 4, 30, 11		*W* ab ea abstinet constanter, etiam in *conm*- et in *inmo* 16, 5, 18, *1
adl- plerumque, *allegare* constanter	*all*- plerumque, *allegare* constanter; sed *adlect*- 6, 24, 10, 4. 6, 35, 7, 12		*PM allegare, alligare* constanter
adt- plerumque, ut *adtinere*			
conl- constanter	*conl*- plerumque, sed *collatio* 7, 6, 3, 5 — *collocaui* 8, 5, 16, 10		
comm- plerumque, sed *conmod*- 12, 12, 3, 3/4	*comm*- plerumque, sed *conmun*- 7, 24, 1, 1	*conm*-: *conmitt*- 11, 8, 3, 3 — *conmun*- 11, 7, 16, 3	
inl- constanter, ut *inludere, inlustris*			
imm- plerumque, ut *immunis*			
imp- plerumque, sed *inpatientia* 11, 36, 18, 5 — *inpedire* — *inpetrare* 12, 1, 180, 3. 13, 5, 3, 2			
inr-: *inritus* 9, 39, 2, 3			
obp-: *obponere*			
subm- plerumque			
subp- raro: *subprimere*			
subr- plerumque			

Divisio syllabaria has fere leges sequitur.

V	*R*
Composita, scilicet ea quae loquens ipse sentiat in se habere vocabula duo, maxime quae incipiunt a praepositionibus similibusque, etiam a *con-* vel *re-*, dividuntur secundum eam bipertitionem: *ad|imat* — *de|strictus* — *con|stiterit* — *ex|istimat* — *inter|est* — *re|stituentur* — *sub|ire* — item *proto|stasia* et *anim|aduertere*. Exceptiones inveniuntur, raro tamen: *cons|tit-* *pe|risse* *praete|rire* *su|biecta* *su|bole* *tran|sierint*, *tran|sacta*	similia (praeter *anim|aduertere*) ex hoc libro non enotavi neque videtur eius librarius compositorum habuisse rationem peculiarem; scribitur *cons|tans* — *ins|taurare* — *praete|rea* — *praes|cribtum* 8, 5, 35, *12 — *subs|tantia*

Consonantes duae vel *x* ubi in medio vocabulo ita collocatae sunt, ut de syllabarum confinio dubitari possit, syllabae dirimuntur secundum has fere consuetudines:

V	*R*	*T* (Krueger p. 11)
liquidae *l r* secundo loco positae non separantur a muta quae praecedit	leges easdem observat atque *V* paucis locis exceptis	
bl: pu|blicus	*pub|licum*	
cl: in|clytus		
gl: ne|glexerit	*neg|lexerit*	*nec|lecto*
pl: am|plius		
br: salu|briter		
cr: sa|crum		
dr: qua|drupli		
gr: redinte|grandae	*eg|ressus*	
pr: pro|prius		
tr: pa|tricius		

praeterea anceps fere est consuetudo:

V	*R*	*T*
c|t: auc|tor — *edic|tum* passim	*c|t* constanter	*c|t* constanter
|ct: adie|ctio — *cun|ctatio* item passim (uno loco 10, 1, 11, 5 *cun|ctis* m. 1, *cunc|tis* m. 2)		
g|n: ig|notis perraro		*g|n* constanter
|gn: pi|gnora plerumque		
m|n: om|nia passim	*m|n* constanter	*m|n* constanter
|mn: da|mna item passim		
p|s et *b|s* constanter		*p|s* constanter
p|t et *b|t: rescrib|to* raro	*p|t* et *b|t* constanter	*p|t* et *b|t* constanter
|pt et *|bt: scri|btus* constanter fere — *se|ptem* — *susce|pta*		
s|c constanter: *nos|cuntur* — *popos|cit*		*s|c* constanter
s|p plerumque: *res|ponsum*	*s|p* constanter	
|sp: pro|sperior raro		

<table>
<tr><th>V</th><th>R</th><th>T</th></tr>
<tr><td>s|t: pos|tulat — Cons|tantius (ubi n littera videtur sonum perdidisse) constanter
|st: mon|strabuntur perraro</td><td>s|t plerumque</td><td></td></tr>
<tr><td>|x: ma|ximae</td><td>x|: trahitur fere ad syllabam posteriorem: perspe|ximus — pro|ximus; non semper tamen: dix|erit — ex|emplo. 8, 1, 4, 3 est sanc|xerimus</td><td></td></tr>
<tr><td>contra leges has quae peccant, ut sunt mai|oris — numeros|itate — se|ruet — in pecunia s|arciatur et si quae sunt similia singularia omnia, originem inde trahunt, quod librarius scribenda non intellexit vel alio modo erravit.</td><td>etiam in R inveniuntur errores similes: 6, 24, 4, 3. 6, 35, 1, 7 po|ena (sic bis) — 6, 24, 5, 5 sin [u]|ero — 6, 27, 2, 3 consulatu m|eo — 6, 27, 16, 1/2 quae s|tipendiis — 6, 35, 1, 2 in s|criniis — 7,8,8,6 abs|ente — 7,20,11,2 s|qualida — 8, 15, 1, 5 οὐ|κ ἦν</td><td>singularia haec enotavit Krueger: ali|qu|ibus — man|su|etudo — si|cut — tran|sigat — ani|maduertamus</td></tr>
</table>

Compendia reperta in libris duobus primariis *R* pleraque, *V* omnia haec editio repraesentat inclusis intra parentheses ( ) litteris per ea suppressis. Inventa in codice *T* diligenter composuit Krueger p. 8—11, item codicis *W* foliorum trium Taurinensium Patetta p. 131; foliorum Vaticanorum mihi praesto fuerunt apographi ope Kruegeriani. His subsidiis usus notitiam composui compendiorum in Theodosiani codicibus plenis adhibitorum, non singillatim minora minimaque persecutus, sed quae hoc volumine utentibus visa est sufficere. — Codices breviarii in hoc tractatu sprevi omnes.

Quod in gestis de Theodosiano publicando senatores exoptant (p. 5, 11) codici a constitutionariis faciendo 'notae iuris' ne adscribantur, id effectum est: scilicet notae eae, quibus scriptus est Gai liber Veronensis, exceptis paucissimis, de quibus infra dicetur, absunt a verbis tam constitutionum quam rubricarum. Sed tantum abest, ut haec lex pertineat ad praescripta iis subscriptaque, ut e contrario in his compendia quae iam explicabuntur legitima sint et eiusmodi vocabula per exceptionem tantummodo inveniantur perscripta. Compendia in his usitata redeunt fere in sequioris aetatis notarum laterculis (composui eos in grammaticorum Latinorum editorum a Keilio volumine quarto p. 277 seq.), destinatis opinor potissimum eius aevi prudentibus ad recte intellegendum Theodosianum et breviarium Alaricianum. Nam huius quoque codices vetustissimi et accurate scripti, praesertim *PM*, cum in textu constitutionum a compendiis abstineant, in inscriptionibus et subscriptionibus easdem leges sequuntur, quae iam secundum libros plenos explicabuntur.

1. Antiqua compendia in textum constitutionum admissa reperiuntur haec.

a) Contignationes litterarum (has enim licebit cum compendiis componere), earum scilicet quae propter formam iuncturis aptae sunt, in fine versus habet codex *R* has: *ae — nt* (hoc etiam in versu medio) *— oe — on — or — os — ul — ur — unt*, codex *V* has: *ae — il — li — np — ns — nt — ur — us*, codex *T* has: *ae — ns — nt — um — unt — ur — us*. Easdem omnes neque in versibus extremis solis habet codex *W* quadratis scriptorum recentissimus. Originem contignationes eae traxerunt cum ex aequabilitate paginarum requisita in scriptura quadrata, tum ex lege dividendorum vocabulorum ad syllabas. Ob easdem causas litterae versum finientes saepe figurantur forma minore.

b) Littera tam *m* quam *n* ubi versum finit[1]) *RV*, etiam in medio versu *W*, eam

[1]) 6, 4, 12, 4 post *et iam* in versu medio cum membrana hiet, similiter *m* per lineolam repraesentatur.

repraesentant per lineam litterae praecedenti superpositam (in *R* puncto ei subiecto); itaque scribitur *eosde¯*| et *co¯*|*trouersia*.

c) Compendia duo

q. = *que*
b. = *bus*

codices *RVT* ubivis admittunt.

d) contra singularia magis compendia sunt quae sequuntur:

M̄ in fine versus = *mus* raro reperitur in *V*.

T' = *tur* raro invenitur in libris *TV*, ex libro *R* non est adnotatum.

Ɔ = *con* passim *RV* ponunt in praescriptis et subscriptis, scilicet in vocabulis *conss., Constantinus, Constantinopolis.*

C̄ = *con* similiter usitatum invenitur raro in *R*, scilicet aliquoties pro ƆSS scribitur CSS (*cnss* 6, 4, 18; *coss* 7, 22, 10), item 6, 4, 11 in subscripto *cstantio,* 8, 7, 22, 7 in ipso textu *c̄uictus.*

P̄ = *prae* in textu 8, 15, 1, 7 *p̄tiū* (non, ut est in ed., *tiriū*) *R*

ꝓcons = *procons(uli)* est 6, 28, 7 in *R*, ꝓūales = *provinciales* 10, 10, 43 in *V*, utroque loco in praescriptis.

QDO = *quando* 8, 11, 2, 1 in textu *R*.

Q' = *quod* 8, 11, 4, 7 in textu *R*.

RES P̄ = *res publica* passim admittitur.

2. Anni menses dies etiam in textu notis legitimis perscribuntur. Sollemnes sunt in anno indicando notae *conss.* (sic perpetuo abolito compendio aetatis melioris *cos.*), cum perscriptum *consulibus* tam in *R* quam in *V* raro inveniatur, et *p(ost) c(onsulatum)* vel uno loco *post conss.* in *R*, item raro *ind(ictione)*. — Menses solent primis ternis litteris indicari scribiturque *Feb.*, non *Febr.* fere perpetuo, passim *Mar.*; attamen nec *Mart.* deest nec desunt *Septemb.* vel *Sept(em)b.* et *Octob.* et *Novemb.* et similia. — *k.* et *kal.* alternant, *n̄* pro *non* rarum est, item rarum *pr.* pro *prid.*

3. Pondera quoque more legitimo notantur, certe *lib(rae)* vocabulum non solet perscribi.

4. Numeri in textu constitutionum solent scribi litteris, quamquam exceptiones non desunt, id quod in utramque partem editio ostendit.

5. Scribendi ratio hac aetate recepta ubi compendia aut flagitat aut admittit, vetusta lex syllabaria, scilicet ut compendium finiat non cum syllaba, sed in syllaba media, etsi in plerisque retinetur, non raro neglegitur scribiturque *Gra(tianus)*, *Mar(tias)*, *Sir(mium)*.

6. Altera lege aevi melioris, ut in compendiis tantummodo vocabuli littera prima usurpetur primaeve, hac aetate abolita, omnino ut recitantis commodo consuleretur, saepenumero ad primam litteram primasve adiungitur terminatio. Sic scribitur *Aug(usta)li* — *Aug(usta)lem* — *Gra(tia)no* — *Gra(tia)nus* — *mag(is)tro* vel *m(a)g(is)tro* — *off(ici)orum* — *Theod(osi)o* — *p(raetori)o* — *Val(en)te* — *Val(entini)ano* — *vic(ari)o* et sic deinceps. Duae partes vocabuli non raro separantur puncto interposito: THEOD · O cet. Etiam in numeris *xxti* et *xxxta* habet *R*. Vocabula dignitatum et civitatum similiter etiam in textu non raro breviantur; latius eius generis breviationes extendit *W* scribens *d(e)i* 15, 5, 5, 17 — *d(omi)nus* 15, 1, 50, 7 — *n(ost)ri* 15, 5, 5, 13 — *n(ostr)i* 16, 5, 17, 5. 9 — *n(ostr)o* 16, 5, 21, 6.

7. Elementa in compendio ideo repetita, ut vocabulum ad duas pluresve personas referatur, similiter in Theodosiani codicibus usurpantur scribiturque *Augg.*, *Auggg.* — *impp.* *imppp.* — *CC* = Caesares — *dd.* *nn.*, *ddd.* *nnn.* — *vv. cc.* = viri clarissimi, *vv. ss.* = viri spectabiles cet. Praeter honores tamen similia non offenduntur; *hh* = heredes quod habent *PMS(L)* 9, 9, 1, 18 ut in his solitarium est, ita in melioribus sine exemplo.

8. Nomina propria in praescriptis et subscriptis saepissime leguntur non perscripta.

a) Imperatorum nomina tam in inscriptionibus quam in subscriptionibus solent proferri non integra: scribitur *Arcad.*, *Arc.* — *Constant.*, *Const.* — *Grat.*, *Gra.* — *Honor.*, *Hon.* — *Iul.* — *Lic.* — *Theod.* — *Valent.*, *Val.* Perscripta admodum raro reperi-

untur. Compendia haec ubi ad duos pariter trahi possunt, ut *Constant.* ad Constantinum et Constantium, *Val.* ad Valentinianum et Valentem, ambiguitas saepe tollitur addita terminatione neque tamen semper culpa ut videtur librariorum.

b) Privatorum nomina ut plerumque plene scribuntur, ita non raro, maxime in consulatibus haec quoque ponuntur non integra, exempli causa *Asclep(iodoto)* — *Olyb(rio)* — *Merob(aude)* — *Sat(urni)no* — *Syag(rio)* — *Symm(acho)*.

c) Denique urbium clariorum in subscriptis nominatarum vocabula solent compendiari scribique *Ant(h)ioc(hiae)* — *Aquil(eiae)* — *Cart(h)ag(ine)*, *Cart(hagine)* — *Const(antino)p(oli)* constanter *RT*, *Constantinop(oli)* vel *Constant(ino)p(oli)* vel *Constan(tin)op(oli) V* — *Hadrianop(oli)* — *Herac(leae)* — *Marcian(o)p(oli)* — *Med(iolano)* — *Nic(omediae)* — *Rav(ennae)* vel *R(a)v(ennae)* — *Rem(is)* — *Rom(ae)* — *Serd(icae)* — *Sir(mio)* — *Thessal(onicae)*, *Thess(alonicae)* — *Trev(iris)* vel *Triv(eris)*[1]). Eadem similiave nomina ubi reperiuntur perscripta, nomina formata singulari ad declinationem primam genetivo potissimum efferuntur, reliqua ablativo, quamquam et in illis interdum reperitur ablativus et in his genetivus. Haec etiam in textu hic illic (ut 5, 14, 36) leguntur semiplena. — In nominibus provinciarum et reliquis geographicis, pariter atque in hominum privatorum, breviatio ut non legitima est, ita permissa.

9. Officiorum compendia ex parte legitima sunt, ita ut quaedam vix inveniantur perscripta. Reperiuntur potissimum haec:

com(es)
c(omes) r(ei) p(rivatae) vel *r(erum) p(rivatarum)*[2])
c(omes) s(acrarum) l(argitionum)
conss solet esse in *RVT*; raro invenitur perscriptum. — In codice *W* passim legitur *cons*; in codice *H* solet scribi *ccssl*
cons(ularis)
corr(ector)
mag(ister) mil(itum)
mag(ister) off(ici)orum
p(rae)f(ectus) ann(onae)
p(rae)f(ectus) Aug(usta)lis
p(raefectus) p(raetori)o[3])
p(raefectus) u(rbi)
praes(es)
procons(ul) vel *proc(onsul)*; in *V* non raro *p(ro)c(onsul)*
quaestor sac(ri) p(alatii)
vic(arius)

10. Dignitates similiter habent compendia sua legitima, admissa non raro etiam in textum.

imp.
A.; rarum est *Aug.*
C. plerumque *RT*; *Caes.* plerumque *V*
id(em) in praescriptis etiam ubi de pluribus agitur; *idem* perscriptum raro offenditur (8, 5, 33. 34), vix usquam (v. p. CXLVI) *iid(em)*
n(obilissimus) p(uer) vel *n(o)b(ilissimus) p(uer)*
v(ir) inl(ustris) vel *v(ir) i(nlustris)*
v(ir) s(pectabilis)
v(ir) c(larissimus)
v(ir) p(erfectissimus)

---

[1]) *Treū*-, quae est forma genuina, legitur in *V* per libros IX—XII (p. XLVI), *Triū*- vel *Trib*- in eodem per libros XIII—XVI, item in *RT*.

[2]) *Rei privatae* invenitur perscriptum 10, 3, 6, 1 — 10, 10, 27, 11 — 10, 10, 32, 11 (*privatae rei* 10, 1, 4, 1); *rerum privatarum* 10, 1, 8, 1 — 10, 1, 9, 2 — 10, 9, 1, 1.

[3]) Ex breviarii libris antiquum hoc compendium saepe retinent libri *HN* estque item aliquoties in *PM*, quamquam hi plerumque pro *ppo* substituunt *po*.

sub(limis)

mag(nificentia) [vel *mag(nitudo)*] *tua* 5, 14, 33, 7 *T*; *m(agnificentia) t(ua)* 7, 1, 13, 9 *R*

11. Ad rerum actum spectant compendia haec:

d(ixit)

h(aue?) 6, 35, 6 *R*

dat(a)

acc(epta)

lect(a)

p(ro)p(osita). Etiam in breviarii libris haec nota usurpari solet, praesertim in *P*, cuius loco *M* saepe scribit *prop.*

12. Christianae religioni propriae breviationes in hisce libris vix comparent. Ipsum *Christ-* vocabulum solet perscribi, quamquam uno certe loco 16, 9, 3, 2 in *V* compendium invenitur semigraecum $\overline{\text{XP}}$IST. Nec magis breviatur *episcopi* vocabulum. At $\overline{scm}$ est 9, 45, 4 p. 522, 3 in *V* itemque reperitur in *T*.

CAPVT DECIMVM.

CONSTITVTIONVM AVCTORES ET ACCEPTORES ET DIES LOCIQVE.

Constitutiones imperatorum, quae quidem legis vicem obtineant, excludunt emissas ad privatos. Sane eae hac aetate neque emitti desierunt neque colligi, ut testantur rescripta Valentiniani et Valentis ex Hermogeniani editione ea quam adhibuit sumpta ab auctore Consultationis c. 9. Sed cum iis deesset *sacra generalitas* (Th. 1, 1, 5), inter leges referri non debuerunt, neque receptae sunt in Theodosianum.[1]) Leges ipsae, quod attinet ad publicandi formam, in duo quodammodo genera discedunt, alterum earum quae directae sunt ad populum populive partem, alterum earum quae emittuntur ad senatum magistratumve. Ille ordo antiquior est pendens ex iure edicendi, quo imperatores ab ipso imperii initio usi sunt, hoc supra (p. XXIX) vidimus incipere a Constantino, quippe qui ius legum ferendarum primus adsumpserit. Dicemus de his ita, ut earum rerum potissimum ratio habeatur quae ad Theodosianum perveniunt.

Ad edicta imperatorum pertinent ex constitutionibus nostris *edictum ad populum urbis Constantinopolitanae et ad omnes provinciales* (4, 4, 5), *edictum ad populum urbis Romae* (nov. Valent. 14, 1), *edictum ad populum urbis Constantinopolitanae* (16, 1, 2), *edictum ad populum* (11, 28, 9 fin.), *edicta ad provinciales* (7, 13, 8 — 9, 27, 6 — 10, 10, 13), *edictum ad populum per provincias Illyrici* (11, 28, 9 fin.), *edictum ad Afros* (8, 4, 2), *edicta duo ad Italiam et Alpes* (7, 18, 1), fortasse item edicta ad singulas civitates[2]), praeterea *edicta* nude quae dicuntur (9, 34, 7 — 11, 3, 4 — 16, 5, 38 — 16, 6, 3), ut recenseamus solas leges edicti vocabulum praescriptum habentes; multo plures eo omisso similiter inscriptae enumerantur in laterculo secundo. Edicta haec quamquam solebant cum iis, quibus destinata erant, communicari publice proposita per magistratus, praesertim praesides provinciarum, in iis ipsi imperatores cives adloquuntur utentes uno loco (8, 11, 2) adeo forma epistulari *(impp. provincialibus salutem dicunt)* neque videntur magistratus illi haec edicta proposuisse adiectis suis, id quod in legibus ad ipsos directis quotidiano usu et fortasse legitimo fecerunt. Dies locusque in edictis ii sunt, quibus imperator cives adloquitur vel secundum formulam etiam aetate imperatoria usitatam ubi *dicit.* Meliore tempore ii non subscribuntur edicto, sed ipsum praecedunt, ut exempli causa in noto edicto Anaunensi (C. I. L. V, 5050) post annum et diem et locum *(Bais in praetorio)* leguntur verba: *edictum Ti. Claudi .... propositum fuit id quod infra scriptum est,* sequitur ipsum edictum: *Ti. Claudius ... dicit.* Praescriptiones eius generis in edictis aetatis labentis nullae inveniuntur, sed ad exemplum constitutionum *Edicta*

[1]) Constitutiones Theodosiani non multae subscriptionem habentes *lecta apud acta* (cf. p. CLV) nequaquam huc pertinere ostendunt non solum praescripta magistratuum nomina, sed etiam argumentum quarundam (exempli causa 4, 6, 3 — 11, 16, 14).

[2]) Inscriptiones *ad edictum Calchedoniensium et Macedoniensium* (11, 16, 3) et *ad edictum Heliopolitanorum* (5, 13, 1), item *ad edictum* nude (12, 1, 7 — 12, 6, 1) aut mutilae sint necesse est aut corruptae, cum civitas edicere nequeat; quam ob rem aut earum civitatum magistratus in inscriptionibus suppressi sunt, quamquam ne sic quidem intellegitur ad eiusmodi edictum imperatorem rescribere potuisse, aut *ad* praepositio male locum mutavit, ad quam coniecturam secunda constitutio mutata est in corpore Iustiniano.

reliquarum dies locusque adsunt subscripti; pertinentque ii aut ad dationem edicti aut ad propositionem. Dati edicti subscriptio frequentissima est pertinetque ea, ut modo diximus, cum loco suo ad imperatorem. Propositio cum datione ut potest uno actu contineri, ita nihil impedit, quominus edictum datum certo die et loco alio die aliisve et alio loco aliisve proponatur. Eius in edictis mentio rarior est, sed reperitur tam coniuncta cum datione (8, 16, 1 — 9, 7, 3 — 11, 30, 16 — 11, 30, 17 — 11, 34, 1) quam solitaria (8, 4, 2 — 9, 1, 4 — 11, 30, 15 — 12, 1, 7 — 12, 5, 2). Locus si qui propositioni additur ad ipsam pertinet nominanturqe in edictis ad populum provincialesve datis modo Roma (1, 9, 1 — 8, 16, 1 — 9, 7, 3 cf. 1, 9, 1), modo Nicomedia (9, 1, 4), modo Constantinopolis (11, 30, 16), ut appareat respici in eorum propositione praesertim urbes imperii praecipuas; minores in his non comparent. Similiter edicta directa ad Afros proponuntur Karthagine (8, 4, 2 — 11, 30, 15 — 12, 5, 2). Minores urbes in eiusmodi propositionibus non nominantur praeter unam Capuam (7, 9, 1). *Accipi* edictum antiquae consuetudini contrarium est neque invenitur in edictis nisi duobus locis (7, 9, 1 — 11, 16, 3) minus proprie opinor usitatum.

Alterum genus legum imperatoriarum aetate meliore non tam ignotum quam non inter leges veras relatum efficiunt directae aut ad senatum aut ad magistratum aliquem. Hae leges quamquam et ipsae passim inter 'edictales' numerantur (ut nov. Val. 7, 1, 5 — 24, 1, 20 cet.), id ad vim legis pertinet, non ad formam, neque dubium est has esse, quas Theodosius edictis opponit, leges 'sacra generalitate subnixas' (1, 1, 5 pr.; 'edictales generalesque' constitutiones 1, 1, 6), scilicet constitutiones generalis argumenti ab imperatoribus missas aut ad senatum aut ad magistratum aliquem. Videamus primum de constitutionibus datis per senatum.

Constitutiones directae ad senatum

Constitutiones (vel, ut 12, 11, 2 in constitutione a. 386 secundum usum antiquum appellantur, *orationes*) directae *ad senatum* vel magis proprie per epistularem formam: *imperatores consulibus praetoribus tribunis plebis senatui suo salutem dicunt*[1]) postquam datae sunt ab imperatore subscriptae[2]), dicuntur *lectae in senatu* (6, 4, 11 — 6, 4, 23 [in his duabus deest *in senatu*] — 9, 1, 13 — 10, 9, 8 — 15, 1, 19) vel *recitatae in senatu* (6, 2, 25 — 8, 18, 1 — Nov. Val. 1, 3). Additur aliquoties, apud quem vel per quem lectae sint (*apud Vettium Rufinum p̄ ū.* 8, 18, 1 — *ab Araxio proconsule,* scilicet urbis Constantinopolis 6, 4, 8. 9 — *per v̄. c̄. proconsulem Postumianum* nov. Val. 1, 3 — *per Theodosium primicerium notariorum* 6, 2, 25). — Legis ad senatum datae in senatu recitatio cum locum promulgationis obtineat, eiusmodi leges non proponuntur. — Constitutiones directas ad magistratum cum subscriptione nuda *lecta* infra p. CLV ostendemus et ipsas referendas esse inter eas, quae datae sunt ad senatum.

Constitutiones directae ad magistratum

Longe maxima pars constitutionum directa est ad magistratum aliquem eam promulgaturum. Iam de harum diebus locisque tractandum est et explicandae formulae in subscriptionibus sollemnes constitutionis *datae, acceptae, lectae apud acta, praelatae, propositae, regestae.*

Constitutionum ad magistratum directarum dies et loci

Dies cum locis suis in constitutionibus directis ad magistratum aliquem possunt adnotari tres, constitutionis datae, constitutionis acceptae, constitutionis propositae. Coniuncti tres quod sciam non reperiuntur nisi in constitutionibus quibusdam Valentiniani III (nov. 20, 2. 22, 1. 30, 1); in Theodosiano enuntiantur aut singuli, id quod praevalet in recentioribus, aut bini et ita quidem, ut dies datae legis iungatur aut cum die acceptae aut cum die propositae; acceptae et propositae numquam simul nominantur. Duo dies ubi enuntiantur, annum adscriptum posteriori item pertinere ad priorem ibi dubium non est, ubi anni ratio id admittit; ubi refragatur diesque datae constitutionis et acceptae vel propositae ubi incidunt in annos diversos, annus utrique adscribi debuit. At in subscrip-

---

[1]) Ita inscriptae sunt leges datae a Constantino a. 315 (8, 18, 1), ab Honorio a. 423 (1, 6, 11 cum iunctis), a Valentiniano III a. 450 (Nov. Val. 1, 3), ab Anastasio a. 516 (Thiel epist. pontif. 1, 765).

[2]) Ipsa subscriptio servata est in novella Valentiniani 1, 3: *et manu divina: optamus vos felicissimos ac florentissimos nostrique amantissimos per multos annos bene valere, sanctissimi ordinis p(atres) c(onscripti). et ad latus: dat. III non. Mart. Romae d̄. n̄. Valentiniano A. VII et Avieno v̄. c̄. cons.*

tionibus nostris id in una sola 9, 15, 1 (nam mittimus perturbatam 15, 7, 1) evenit. Ita in reliquis quaestio surgit, utrius anni dies sit enuntiatus vel potius relictus; nam vix dubium est alterum annum sublatum esse sive a compilatoribus Theodosiani sive a librariis posterioribus (ut fecerunt librarii breviarii in constitutione illa 9, 15, 1). Re quamquam praevalet dies legis datae, nihilominus posteriorem magis relictum esse ostendit ipsa constitutio illa plena 9, 15, 1 priorem diem habens in solo exemplo Vaticano confirmantque collatae inter se subscriptiones aliae (8, 10, 1 et 10, 15, 1 — 11, 28, 1 et 8, 5, 15. 15, 3, 2 — 11, 29, 1 et 11, 30, 1 — Sirm. 12 et 16, 5, 43. 16, 10, 15) et ubiubi quaestio aliunde determinari potest, in subscriptionibus ad duos annos pertinentibus et unum solum enuntiantibus hic annus est propositionis. Demonstravimus id de a. 407/8 ad 16, 5, 43; idem locus requirit 11, 28, 1: *data V k. Nov. Antiochiae [Mamertino et Nevitta conss.]; acc. XV k. Apr. Karthagine Iuliano A. IIII et Sallustio conss.* Similiter postconsulatus 10, 17, 3 et 11, 1, 13 ut recte aptantur ad dies propositionis *id. Ian.* et *XV k. Febr.*, ita cum diebus legum earum emissarum conciliari nequeunt. Ad eam normam explevi subscriptionem evidenter imperfectam 11, 28, 5 poteruntque constitutiones eae quae solum diem propositionis servarunt, si is in anni principium incidit, iure retrahi ad annum qui praecedit. Sed ut in laterculo ab eiusmodi coniecturis abstinui, ita ubi cum consulatu uno dies duos traditos habemus annorum diversorum, constitutionem rettuli ad annum, qui traditum praecedit. — Loci etsi possunt enuntiari ad diem et datae constitutionis et acceptae vel propositae, etiam saepius omittuntur aut in utroque die aut in altero utro. Pleniorem formam breviatam esse per ipsos Theodosiani compilatores in una certe constitutione (Sirm. 12 = 16, 5, 43. 16, 10, 14) paene certum est et alibi quoque passim id videtur accidisse; certe cum subscriptio *data et accepta* (2, 1, 3) non offendat, formula *data et proposita*, quae legitur 1, 9, 1 — 2, 6, 4 — 4, 12, 6 — 5, 15, 17 — 7, 22, 5 — 10, 10, 2 — 13, 9, 1 — 14, 10, 2 (in his duabus abest copula) — 14, 11, 1 — 14, 14, 1 — 15, 12, 3, vix ullo loco poterit defendi reditque omnino ad omissionem diei prioris male substituta copula.

datae *Data*, pro qua formula sollemni aliquotiens substituuntur aliae: *directa* (8, 5, 28) — *emissa* (6, 27, 3 — 8, 1, 3 — 8, 7, 11 — 11, 30, 30 — 11, 30, 50 — 12, 1, 112) — *subscripta* (10, 15, 3; Vat. fr. 34), usu legitimo non refertur nisi ad imperatorem. Datam ab imperatore constitutionem *mittit* proprie magistratus superior ad inferiorem (8, 11, 3: *missa a ppo*, fortasse etiam 8, 6, 1), item *scribit* (7, 22, 9 = 12, 1, 83); aliquoties tamen per abusum is dicitur constitutionem *dare* (ita Vat. 35: *data a praefecto [praetorio] ad correctorem Piceni;* similiter leges 5, 14, 34. 7, 13, 11 dicuntur *datae Tyro metropoli* a consulari Phoenices ad magistratus Berytenses). — Itaque locus, unde datur constitutio, is est, ubi eo die imperator consistit.

acceptae *Accipi* dicitur constitutio cum a magistratu eo, ad quem ab imperatore directa est vel deficiente eo a successore (6, 30, 11), tum a magistratu ordinis inferioris, ad quem superior eam transmittit. Ita passim reperiuntur rescripta data ad praefectum praetorio, accepta Karthagine aliove loco, ubi consistebat non praefectus, sed proconsul vicariusve vel praeses provinciae. — *Actum sub die eodem* quod est in novella Anthemii secunda subiunctum dationi videtur referendum esse ad acceptionem.

lectae *Lectam* esse constitutionem *apud acta* (vel *lecta actis*, si fida est subscriptio 13, 9, 2) aliquoties reperitur in directis ad praefectum praetorio (2, 12, 1 — 4, 6, 3 — 11, 16, 14), ad praefectum urbi (2, 26, 2), ad consularem Aemiliae et Liguriae (11, 16, 2), ad praefectum annonae Africae (13, 9, 2), ad episcopum [urbis Romae] (16, 2, 14), item *lecta* est *in ecclesiis* constitutio altera directa ad eundem (16, 2, 20). Loci lectionis enuntiantur duo Capua (11, 16, 14) et Carthago (4, 6, 2 — 4, 6, 3). *Lectio apud acta* videtur promulgationis vices facere, certe cum hac formula altera proponendi nusquam reperitur coniuncta. Certe re non magnopere differunt acceptio et lectio apud acta, quae nusquam inveniuntur iunctae (nequaquam fidam esse subscriptionem 13, 9, 2 *acc. Aquil.*, *lecta actis* supra p. CXIX indicare volui hunc locum intellegens); nam acceptio significat constitutionem ad magistratum pervenisse, lectio apud acta eius iussu eam in secretario esse recitatam. — Constitutiones quae nude dicuntur *lectae* vel *recitatae* directae ad praefectum urbi (2, 2, 1 — 9, 38, 1 — 10, 8, 3 ubi additur *in Palatio*, in quo eo tempore morabatur im-

perator — 14, 3, 10, ubi additur *in Pantheo*) vel ad vicarium [urbis] (9, 38, 6) vel ad praefectum praetorio (11, 16, 4, ubi additur *Romae*) quamquam magistratibus inscriptae rectius referentur inter directas ad senatum, cum et dicti magistratus huic opinioni conveniant et formula *lecta*, ut supra vidimus, propria sit constitutionibus directis ad senatum.

propositae *Proponitur* lex a magistratu eo qui eam accepit sive ab imperatore sive a magistratu superiore. Acceptio et propositio licet saepe simul procedant, cum possint fieri diebus diversis, corpus nostrum alteram utram solam enuntiat et saepius longe propositionem quam acceptionem, omnino propterea, quod ut constitutio pro lege observetur, acceptio non sufficit, sed requiritur propositio. Propositionis mentio non fit in constitutionibus datis ad magistros militum et ad duces fortasse non casu; nam quamquam non desunt constitutiones in castris propositae (ita epistula Traiani ad Similem proposita in castris legionum Aegyptiacarum servata est in papyro Aegyptiaca musei Berolin. 140), propositionem constitutionum sollemniter ordinatam probabile est foris propriam fuisse. — De loco propositionis id ipsum obtinet quod de acceptionis loco diximus. Saepe facta est etiam per magistratus municipales. Ita leges a praefectis praetorio missae ad comitem Orientis, ab hoc ad consularem Phoenices, a consulari residente Tyri ad Berytenses non paucae adsunt in sylloge cum subscriptione *proposita Beryti;* similiter constitutionis Iuliani datae ad praefectum praetorio 1, 16, 8 exemplaria extant lapidi incisa proposita in insulis Lesbo (C. I. L. III, 14198) et Amorgo (l. c. III, 459). Eo referenda videtur esse cui Theodosius obviam ire studet constitutionum imperatoriarum *fides dubia et privata adsertio* (1, 1, 5); nam eiusmodi propositio municipalis, similis certe privatae, interpolationi obnoxia est. — Leges promulgatae in urbe Roma passim dicuntur propositae *in foro divi Traiani*, semel (13, 5, 29) *in foro Aproniani*, item proposita Alexandriae (14, 27, 1) in *Eutycheo*, quamquam eius nominis aedificium alibi non memoratur nec facile haberi poterit pro non ignoto *Τυχαίῳ*.

praelatae Constitutioni quae promulgatur, ut non raro quae eiusdem argumenti antea editae sunt, repetitae 'anteferuntur' (13, 5, 10. 16, 5, 37; cf. 16, 2, 31), ita magistratus ei solet edictum suum subiungere vel, ut leges loquuntur, edicto suo constitutionem *praeferre* vel *anteferre*. Ita in ipso tenore legum praefecti praetorio iubentur sua edicta proponere *praelata iussione nostra* (8, 5, 7) sive *praelata oraculi huius auctoritate* (11, 13, 1). Potest autem similiter inverso ordine edicto magistratus promulgantis constitutio subiungi, id quod in legibus appellatur proponere constitutionem *sub programmate* magistratus. Huc spectant subscriptiones hae:

1, 16, 10 *praelata* (dies) *Veronae* (annus) sub constitutione ad vicarium Hispaniarum data.

7, 8, 11 *praelata litteris ad Eutycheanum praef. urbi* (dies et annus) sub constitutione data ad comitem sacrarum largitionum. Ea missa videtur ab imperatore ad praefectum urbi subiuncta ei altera ad hunc ab imperatore directa, quamlicet cum hac propositam nos non habemus.

8, 4, 6 *data epistula praefecto, cui haec sacra fuerat antelata* sub constitutione data Mediolani ad Taurum ppo. Haec perturbata sunt; fortasse scribendum est *epistula a praefecto* et intellegenda epistula a Tauro missa magistratui cuidam praemisso exemplo constitutionis illius ab imperatore acceptae.

8, 5, 22 *prolata* (scr. *praelata*) *litteris sub die XII k. Mart. Rom.; acc. IIII k. Apr. Venabri (Venafri?) consulatu Valentiniani et Valentis AA.* sub epistula imperatorum data ad Volusianum p u (vel potius vicarium praefecti urbi): subscriptio perturbata ita videtur accipienda litteras imperatorum datas ad Volusianum d. XII k. Mart. et Romae ab hoc propositas praemissas esse epistulae datae a Volusiano ad magistratum nescio quem acceptae Venafri die IIII k. Apr.

9, 3, 4 *praelata litteris v. c. vicarii* (dies et locus) sub epistula data ad vicarium Hispaniarum: videtur intellegi rescriptum datum Veronae ad vicarium Hispaniarum praemissis eius litteris ab eo missum esse ad magistratum nescio quem alium.

11, 1, 25 *proposita in programmate Vari v. c. vicarii urbis Romae* (annus) sub epistula data ad comitem s. l.: intelle[illegible] ab impera-

tore missum ad vicarium urbis Romae ab hoc sub ipsius programmate propositum esse.

11, 12, 4 *praelata litteris v. inl. com. s. l.* (dies et annus) sub epistula ad eundem: rescriptum videtur propositum esse subiuncta ei epistula, ad quam imperator respondit.

Sirm. 12: *dat.* (dies) *Romae; proposita Karthagine in foro sub programmate Porfyrii proconsulis* (dies et annus) sub epistula data ad praefectum praetorio.

Nov. Val. III 22, 1: *data* (dies) *Romae; acc.* (dies) *Romae* (annus); *proposita in foro divi Traiani* (dies) *antelata edicto Albini v̄. c̄. iterum p̄p̄o et patricii* sub constitutione missa ad eundem. Similiter 20, 1. 24, 1.

Nov. Val. III 26, 1: *dat.* (dies) *Ravennae* (annus); *pp. in foro Traiani* (dies) *sub edicto Firmini v. inl. p̄p̄o* sub constitutione data ad eundem.

Subscriptiones hae etsi ex parte dubiae et incertae aliquatenus declarant, quomodo fieri potuerit, ut rescripta Romae proponerentur data ad magistratus provinciales, exempli causa ad rationalem Africae (10, 1, 2).

Scriniorum tabulariorumque mentionem subscriptiones non faciunt, nisi quod ad ea pertinere videtur unica subscriptio *regesta* (11, 28, 14; cf. nov. Theod. II 1, 1, 6: *regesta diversorum officiorum*), quod redit in constitutione Honorii a. 417 servata in corpore canonum Pithoeano (cod. Paris. 1564, Maassen *Quellen* p. 604): *regestum Ravennae* (dies et annus). Constitutiones tamen ad magistratus plures datas *eodem exemplo*, quod raro reperitur adnotatum in Theodosiano (1, 8, 1 — 6, 28, 8 — 8, 4, 30 — 8, 7, 11 — 11, 28, 9 — 12, 1, 187), frequentius in novellis Theodosii II, Marciani, Iustiniani, dubitari non potest proficisci ex ipsis scriniis sacris; quod tamen non trahendum est ad eas leges, quae in ipsa inscriptione plures magistratus nominant (6, 23, 1 — 6, 26, 17 — 6, 30, 21 — 11, 17, 3 — 12, 1, 71 — 16, 5, 42 — 16, 10, 11 — 16, 10, 15). *regestae*

Denique descendant ex scriniis necesse est pauca quae reperiuntur actorum apospasmatia digesta per interrogationes et responsiones, Constantini duo, alterum 8, 15, 1 iudiciale, ubi imperator loquitur Latine, Graece mulier quaedam in iudicium adducta, alterum 7, 20, 2 castrense, ubi imperator 'principia' intrat et acclamatus a militibus cum iis conloquitur; unum Iuliani 11, 39, 5; unum 1, 22, 4 Gratiani; duo (4, 20, 3 — 11, 39, 8) Theodosii I, quae omnia sententiam referunt ab imperatore in consistorio prolatam. Secundum formam antiquiorem, quae remansit 11, 39, 5 fuitque sine dubio etiam 8, 15, 1, in his dies locusque enuntiantur in exordio; extremo loco inveniuntur sub praescripto *actum* 1, 22, 4, sub praescripto quod huc non quadrat *datum* 4, 20, 3 — 7, 20, 2. *acta*

Constitutionum syllogae Theodosianae adsumptis etiam iis in editionem nostram non receptis, quas non habemus nisi in corpore Iustiniano, admissis item tam Sirmondianis quam aliis quibusdam a Theodosiano alienis, sed his distinctis per uncos quadratos, inscriptiones et subscriptiones quomodo tractarem, id est quatenus opera impendenda esset in personis, ad quas datae sunt, determinandis, item in temporibus locisque, quae subscripta sunt, examinandis et corrigendis, diu multumque dubitavi. Quod si editoris provincia eo continetur, ut archetypum libri quatenus fieri potest accurate repraesentet, non magno labore res perfici potuit; nam quamquam tam librarios quam epitomatores supra vidimus in inscriptionibus et subscriptionibus non abstinuisse a breviando, maxime in annis duplicibus, et interpolationes etiam graviores in his quoque hic illic reperiri (p. CXL), tamen ut in universo corpore ita vel maxime in inscriptionibus et subscriptionibus dubium non est tradita ab archetypo Theodosiani non magnopere differre. Aliter longe evenit in constitutionibus per solum codicem Iustinianum servatis. Non solum huiusce syllogae compilatores licenter rem egerunt et locis ex arbitrio mutatis (ut *Cp.* posuerunt 9, 21, 2 pro *Roma*, 16, 8, 1 pro *Murillo*) et passim ibi, ubi legibus duabus contaminatis uni soli subscriptioni locus dari potuit, sed etiam librarii exemplarium nostrorum omnium uno palimpsesto Veronensi excepto tam inscriptiones quam subscriptiones ita pessum dederunt, ut saepe non supersint nisi particulae mutilae et perturbatae. Propterea in elencho qui sequitur tertio subscriptionibus ex Iustiniano desumptis auctoritas addita est, levis

maxime in Haloandrinis, sed vere praeter Veronensem etiam in reliquis omnibus. — E contrario non minus constat subscriptiones et etiam magis inscriptiones Theodosiani per totum corpus et omnium maxime in Constantini legibus, gravissimis et molestissimis naevis iisque aut cum ipsa compilatione natis aut etiam antiquioribus passim laborare. Eorum naevorum ut multi nobis insuperabiles sunt, ita non paucis medela potest afferri, dignitas quae deficit expleri, corruptela in annis locisque commissa aut tolli aut certe demonstrari; versaturque si non editoris officium, certe editionis utilitas vel maxime in eo, ut cui hac vel illa lege utendum est, ea ad eam ipsam reperiat usui parata quae de talibus afferri possunt totius corporis examine instituto et ratione operis perspecta. Sed ab alia parte in his modus tenendus est providendumque, ne editoris adnotatio excurrat in rerum gestarum disquisitionem ab ipso corpore alienam et in legum diversarum inter se comparationem necessariam omnino, sed iusta adnotatione non comprehendendam. Gothofredi opera ut utilissima et fuit et erit, ipsa egregii viri vestigia praeclara editorem deterrebunt monentia, ne pro editione commentarii substituantur. Ego in laterculis qui sequuntur tribus huic officio satisfacere conatus quas leges secutus sim, iam breviter exponam.

I. Augusti simul imperantes secundum usum legitimum omnes simul constitutionibus omnibus praescribuntur, etiam iis, in quibus is eorum, a quo vere emissa est, sui collegaeque mentionem facit, id quod fit in novellis duabus Theodosii II prima (c. 5) et Valentiniani III vigesima quinta (cf. Hermae vol. 17 p. 539) vel adeo in iis quas alter Augustus ad alterum mittit, id quod fit in novella Theodosii II prima missa cum legibus ab eo latis ad collegam. Propterea nulla reperitur constitutio ab Augusto uno ex pluribus scripta; nam epistularum duarum Honorii ad Theodosium et huius ad illum de episcopis Illyrici (Haenel corp. leg. p. 240) inscriptiones plene traditas esse nequaquam constat. — Caesarum qui per haec tempora fuerunt nomina in constitutionibus plenis semper adscripta esse verisimile est (cf. Hermae vol. 17 p. 542). Sed haec similiaque hoc loco non persequimur, cum praesertim inscriptiones in Theodosiano traditae ita breviatae sint et interpolatae, ut in eiusmodi disquisitionibus auctoritatem nullam habeant. — Imperatorum qui fuerunt ab a. 312 ad a. 438 nomina recenset laterculus primus adiectis spatiis tam veris quam iis quae reperiuntur in Theodosiano exacta ad laterculum mendosum et subscriptioni saepe contraria. Praeterea singillatim interposui in laterculo tertio recensui constitutionum ad tempora digesto nomina imperatorum, qualia in Theodosiano reperiuntur.

II. Laterculus alter comprehendit recensum tam corporum quam hominum, ad quos constitutiones datae sunt additis annis diebusque. Homines ordinati sunt secundum dignitates ad formam eam fere, quam proponit Notitia Dignitatum utriusque imperii aetatis Honorianae. Quantum fieri potuit coniunguntur constitutiones directae ad magistratum eundem separanturque personae diversae; sed in ea re cum multa necessario ambigua remaneant, etiam plura sine disputatione ab eiusmodi laterculo aliena expediri nequeant, retinebunt qui eum adhibebunt laterculum magis ad commoditatem utentium institui debuisse quam ad rerum veritatem. Sicubi personis, ad quas leges datae sunt, magistratus non adicitur, id quod in Constantinianis saepissime, praeterea raro evenit, ut ad ipsas leges in adnotatione factum est, ita etiam ad laterculum cum ibi, ubi ex aliis legibus videbatur probabiliter posse suppleri, tam ubi aliunde de ea certis testimoniis constabat, dignitas adiecta est; neutra ratione vel certe non sine commentariis amplioribus ubi defectus suppleri poterat, in appara adnotavi magistratum esse incertum, abstinens omnino a coniecturis ductis legum argumento. Magistratus hac ratione suppleti in laterculum recepti sunt, ut *nom(en)* solum enuntiatum esse adnotaretur. Praeter finem adiectus est index eorum hominum, qui in inscriptionibus le dignitate non adscripta. — Magistratus et annus ubi discrepant e emendatio probabilis, haec adiecta est intra uncos quadratos; passim huic asteriscum praescripsi, non semper tamen; maxi rum ubi ambigua sunt neque apparet utro loco erratum sit

vacanea visa est. A magistratuum temporibus determinandis abstinui, ne ad commentarios deferrer, sperans fore, ut aliquando horum quoque saeculorum idoneam prosopographiam nanciscamur, quae sola his quaestionibus pertractandis apta est.

III. Ad recte adhibendum laterculum tertium constitutiones enumerantem ordine chronologico tenenda sunt haec.

1. Ordinatus est laterculus primario loco ad imperatorum nomina constitutionibus praescripta, quae expressa sunt litteris maioribus, adiectis pro varia lectione diversitatibus inscriptionum.

2. Secundario loco laterculus ordinatus est ad consules, ut similiter ubi in iis subscriptiones variant, id pro varia lectione adiciatur.

3. Anni, dies, loci, acceptores ita in laterculum recepti sunt, ut in libris scriptis traditi sunt adiecta eorum varia lectione. Ad eandem constitutionem quae pertinerent fragmenta quantum fieri potuit coniunxi, quamquam ubi subscriptiones differunt, iunctura saepe dubia est. Ad errata ubi fieri potuit, emendatio adiecta est intra uncos quadratos, ubi nulla suppetebat probabilis, signum interrogandi item intra uncos. Causae emendandi aut dubitandi aut ad ipsas constitutiones breviter indicatae sunt aut in laterculo adnotatae, minoribus tamen, maxime ubi ad menses diesque solos perveniunt, plerumque praetermissis. Iustiniana cum sint parum certa omnia, auctoritatibus adscriptis a dubitandi notis abstinui. — Vera esse ea, quibus nulla nota adposita est, nequaquam contendo prae numero ingenti luxationum et fraudium, neque ausus sum, id quod in legibus Constantinianis ausus est Seeckius *(Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, röm. Abth.* vol. 10 a. 1889 p. 1—44. 177—251, maxime p. 207 seq.*)* fortius opinor quam prudentius, correctis traditis laterculum componere quem verum praedicarem.

4. Magistratus cum in inscriptionibus passim tradantur imperfecti, eos ubi fieri potuit explevimus additamentis clausis intra uncos quadratos, maxime ut constitutiones partium Occidentis et partium Orientis facile distinguerentur.

5. Constitutiones quae annum habent aut ita corruptum mutilatumve, ut laterculo inseri non posset, aut nullum, quae rarae sunt in Theodosiano, in Iustiniano vero plurimae, iis quae diem habent interpositae sunt per singula imperia.

6. Quamquam summo cum fructu qui Theodosiano utitur simul adhibebit rerum gestarum enarratores, maxime diligentissimum Tillemontium, qui non solum scripsit post Gothofredum, sed etiam quae Gothofredus per singulas leges dispersit, meliore consilio iuncta exposuit, mihi a rebus enarrandis abstinendum fuit. Nihilo minus necessarium visum est imperatorum per singulos annos quatenus fieri potuit itinerarii instar aliquod contexere in tertio nostro elencho singulis annis praemissum; nam ad subscriptiones recte tractandas loci adscripti potissimum adhibendi sunt longe minus corrupti quam anni diesque.

I. IMPERATORES.

CONSTANTINVS I ad a. 337; mortuo eo die Mai. 23, sub nomine defuncti acta continuata sunt ad Sept. 9.

[LICINIVS († 324) ET LICINIVS CAES. non comparent.]

In consulatibus enuntiandis Liciniorum nomina retinentur detracta patri dignitate Augusti; in codicibus aliquoties (1, 2, 2 — 16, 2, 1, cf. Iust. 1, 22, 3) adicitur *Caes.* ex interpolatione.

Leges per hos annos latae directae in Orientem, ut 13, 10, 2 ad praesidem Lyciae et Pamphyliae, 8, 4, 3 cum iunctis ad Bithynos, quamquam traduntur sub uno nomine Constantini, nisi annus fallit, Licinii sint necesse est.

Quattuor constitutiones, quae sunt in Iustiniano codice sub praescripto *impp. Constantinus et Licinius Augg.* (3, 1, 8 — 6, 1, 3 — 7, 16, 41) sive *exemplum sacrarum litterarum Constantini et Licinii Augg.* (7, 22, 3), veniant necesse est ex corpore Hermogeniano, cum praesertim uni earum 6, 1, 3 subscripta sit formula *sine die et consule* a Theodosiano aliena.

CONSTANTINVS, CONSTANTIVS, CONSTANS Caesares.

Raro (2, 22, 1 — 3, 5, 4 [si vera est lectio codicis Iust.] — 3, 17, 1 — 3, 17, 2 — 7, 1, 1 — 7, 12, 1 — 9, 16, 3 — 10, 1, 1 — 11, 39, 2) patri Constantino filii Caesares adiunguntur nominibus nullo loco enuntiatis; nam 4, 4, 1 Constantius non Caesar est, sed praefectus praetorio.

[CONSTANTINVS II († 340 mense Aprili) non comparet omissus etiam p. 26 in indice imperatorum Theodosiano praefixo.]

CONSTANTIVS II (337 Sept. 9 — 361 Nov. 3).

Per omnes hos annos constitutionibus praescribitur nomen Constantii modo solius, modo cum Constante Augusto vel Iuliano Caesare. Anni 361 extremi constitutiones extant nullae.

CONSTANS (337 Sept. 9 — 350 Ian. 18).

Legum emissarum a filiis Constantini primi pleraeque, sicut per annos singulos declarat laterculus tertius, solum Constantii nomen praescriptum habent, eae autem, quibus praescribuntur Constantius et Constans, reperiuntur non solum annorum 337—350 hoc vivo, sed pariter post mortem ad a. usque 361. Errorem non librariorum, sed compilatorum explicat index modo citatus, ubi inter Constantinum et Iulianum interponuntur *Constantius et Constans.* Tribuerunt scilicet prudentes Byzantii constitutiones subscriptiones habentes annorum 337—361 omnes Constantio et Constanti, promiscue modo nominantes utrumque, modo solum priorem.

[MAGNENTIVS (350—353) non comparet.]

CONSTANTIVS GALLVS Caesar (351—354).

Constantium Gallum Caesarem excepta una constitutione 15, 14, 5, ubi tamen pro Constantio appellatur Constans, inscriptiones non adiungunt Augusto. — In consulatibus adest quidem, sed sub vero nomine *Constantii* raro (6, 4, 7 — 8, 5, 5 — 8, 5, 6 — 8, 5, 7 — 12, 1, 41 — 12, 1, 42), plerumque item dictus *Constans,* non errore fortasse, sed ut tollatur nomen damnati.

IVLIANVS Caesar (355 Nov. 6 — 360), deinde Augustus (360 — 363 Iun. 29).

Iulianus Caesar nominatur in constitutione a. 355 Apr. 30 (3, 12, 2) erronea anticipatione, deinde in inscriptione raro praeteritur per annos duos 356 et 360, quibus consulatum obtinuit, propter subscriptionem videlicet; e contrario raro cum Augusto nominatur per a. 357. 358. 359. — Eiusdem Augusti nomen constitutiones annorum 360. 361 non habent praescriptum, habent a. 362 omnes (praeter unam 1, 15, 4

errore puto librarii relatam ad Constantium), item omnes a. 363, etiam diem habentes eius morti posteriorem. Hic quoque ni fallor compilatores ex subscriptionibus inscriptiones composuerunt non attendentes ad rerum veritatem.

IOVIANVS (363 Iun. 21 — 364 Febr. 16).

Ioviani nomen prae se ferunt duae solae constitutiones dies habentes a. 364 Febr. 19 et a. 364 Sept. 27. In anno eo inter Iovianum et Valentinianum distribuendo compilatores neque veros dies secuti sunt neque unum constanter.

VALENTINIANVS I (364 Febr. 26 — 375 Nov. 17).

Valentinianus in praescriptis nominatur inde a die 364 Ian. 11 ad a. 375 extremum.

VALENS (364 Mart. 28 — 378 Aug. 9).

Valentis nomen constitutiones prae se ferunt inde a die 364 Ian. 11 ad a. 378 extremum, etiam emissae post diem mortis.

GRATIANVS (367 Aug. 25 — 383 Aug. 25).

Gratianum quomodo praescripta admittant vel omittant, ad singulas constitutiones declarat laterculus tertius. Constitutiones a. 366 non paucae in praescriptis eum adiungunt Augustis duobus, quamquam eo anno ipse Augustus non fuit, quoniam in subscriptionibus nominatur utpote consul eius anni. Ab anno eo, quo Augustus factus est, Gratianus in praescriptis nominari solet non solum dum advixit, sed etiam post mortem per a. 384 exceptis tantummodo constitutionibus tribus (15, 9, 1 et Iust. 1, 16, 1 et Iust. 1, 48, 2), item, quamquam non ita constanter, per a. 385. 386. Ab a. inde 387 tollitur Gratiani nomen; certe ita dispositus est titulus 12, 1 ad compositionis leges intellegendas omnium maxime aptus, nec reperitur postea nomen diserte enuntiatum, quamquam per formulam *idem AAA.* incuriose admissam etiam postea adest (3, 1, 6 — 7, 1, 13 — 9, 1, 17 — 12, 13, 6 — 16, 5, 14 — 16, 5, 15 — 16, 5, 16 — 16, 10, 10). — Ubi ita per a. 384. 385. 386 Gratianus deficit, substituitur ei Arcadius.

VALENTINIANVS II (375 Nov. 22 — 392 Mai. 15).

Valentinianus II in praescriptis nominatur ab initio a. 376 non solum ad mortem usque, sed etiam post mortem per a. 392 extremum et a. 393 nomen diserte enuntiatur 1, 12, 4 — 2, 1, 7 — 3, 15, 1 — 7, 4, 18 — 7, 8, 4 — 7, 9, 3 — Iust. 2, 12, 25.

THEODOSIVS I (379 Ian. 19 — 395 Ian. 17).

Theodosius adest in praescriptis ab a. 379 ad a. 394 extremum. Postea neque nominatur in paucis constitutionibus emissis a. 395 eo etiamtum vivo neque post mortem; nam inscriptio 1, 14, 2 tota corrupta est. Formula quoque *idem AA.* raro (1, 2, 10 — 3, 1, 7) ita posita est, ut ad Theodosium I perveniat errore, et ibi tantummodo, ubi error redit ad breviarii ordinatores.

[MAXIMVS (384 — 388) non comparet.]

ARCADIVS (383 Ian. 16 — 408 Mai. 1).

Per a. 384. 385. 386 ad Augustos Valentinianum II et Theodosium ubi non adiungitur Gratianus a. 383 defunctus, ibi ei substituitur, ut supra diximus, Arcadius. Aliquoties (scilicet 6, 27, 5 — 6, 28, 3 — 8, 7, 16 — 8, 7, 18 — 9, 27, 6 (cf. Iust. 9, 27, 3 — Iust. 11, 62, 7) per eosdem annos 384. 385. 386, ubi praecedunt *imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius*) *AAA.* (vel *AA.*) additur *et Arcadius A.;* sed nullo loco horum quattuor Augustorum nomina diserte enuntiantur coniuncta. Ab a. 387 ad a. 407 adest Arcadius; in anno extremo 408 modo adest, modo abest; adest item in duabus constitutionibus a. 409 vel a. 412 (9, 37, 4 — 11, 16, 23).

[EVGENIVS (392 — 394) non comparet.]

HONORIVS (393 Nov. 20 — 423 Aug. 15).

Honorius quamquam Augustus factus est a. demum 393 Nov. 20, in praescriptis a. 391 et 392 modo nominantur, ut supra dictum est, Valentinianus II Theodosius Arcadius, modo Theodosius Arcadius Honorius. Ab a. 394 ad a. 423 extremum constanter nominatur.

THEODOSIVS II (408 Mai. 1 ad finem).

Errore Theodosius II nominatur cum Arcadio et Honorio in constitutione a. 405 (9, 38, 10). In constitutionibus a. 408 modo abest, modo adest, deinceps adest constanter.

CONSTANTIVS III (421).

A constitutionibus a. 421 modo abest, modo adest. In praescripto 10, 10, 31 per formulam *idem* significatur errore. — Constitutionis traditae sub solo nomine eius omissis collegis Honorio et Theodosio (Haenel corp. leg. p. 240) inscriptio sine dubio decurtata est.

[IOHANNES (423) non comparet.]

VALENTINIANVS III Caesar (424 Oct. 16 — 425), deinde Augustus (426 ad finem).

II. CONSTITVTIONVM ACCEPTORES.

Senatus, populus, provinciales

SENATVS. POPVLVS. PROVINCIALES.

CONSVLES, PRAETORES, TRIBVNI PLEBIS, SENATVS	319 [315] Iul. 18 (8, 18, 1) 423 Aug. 6 (1, 6, 11 — 2, 1, 12 — 4, 10, 2 — 9, 1, 19)
SENATVS ET POPVLVS	397 Apr. 15 (6, 2, 17 — 6, 2, 18 — 6, 4, 31 — 12, 6, 24 — 13, 5, 27 — 13, 9, 5 — Iust. 4, 40, 3)
SENATVS urbis Romae *additur in constitutionibus a. 426 plerisque* urbis Constantinopolis *non reperitur additum, quamquam plures adsunt in Oriente datae*	326 Iul. 15 (15, 14, 4) 340 Sept. 9 (6, 4, 5 — 6, 4, 6) 356 Apr. 11 (6, 4, 8 — 6, 4, 9) — Mai. 9 (6, 4, 10) 357 Aug. 12 (6, 4, 11) 359 Mai. 22 (6, 4, 14 — 6, 4, 15) — Dec. 30 (6, 4, 16) 361 Mai. 3 (1, 6, 1 — 1, 28, 1 — 6, 4, 12 — 6, 4, 13 — 7, 8, 1 — 11, 1, 7 — 11, 15, 1 — 11, 23, 1 — 12, 1, 48 — 13, 1, 3 — 15, 1, 7) 365? 368? 370? 373? Nov. 30 (9, 13, 1) 370 Aug. 10 (1, 29, 5) 371 Mai. 19 (9, 16, 9 — 9, 38, 5) — Iul. 16 (3, 7, 1) 372 Apr. 13 (6, 4, 19) 373 Iun. 9 (6, 4, 22 — 6, 4, 23) 376 Febr. 11 (9, 1, 13) — Mai. 30 (6, 4, 24) — Aug. 13 (10, 19, 8) — .... (15, 1, 19) 376/8 Mart. 1 (Iust. 3, 24, 2) 384 Iul. 25/6 (15, 9, 1 — Iust. 1, 16, 1) — Oct. 23 (6, 4, 25) 397 Apr. 15 (14, 15, 3) 426 Ian. 3 (10, 10, 33 — 10, 26, 2) — Apr. 26 (6, 2, 25) — Nov. 7 (1, 4, 3 — 4, 1, 1 — 5, 1, 8 — 8, 13, 6 — 8, 18, 9 — 8, 18, 10 — 8, 19, 1 — Iust. 1, 14, 2 — Iust. 1, 14, 3 — Iust. 1, 19, 7 — Iust. 1, 22, 5 — Iust. 6, 30, 18) — .... Iust. (12, 3, 1) 429 Mart. 26 (1, 1, 5)
POPVLVS VRBIS CONSTANTINOPOLITANAE ET OMNES PROVINCIALES edictum 4, 4, 5	416 Mart. 13 (4, 4, 5)
POPVLVS VRBIS CONSTANTINOPOLITANAE edictum 16, 1, 2	380 Ian. 26 (10, 18, 2) — Febr. 28 (16, 1, 2)
POPVLVS *ad Occidentem et potissimum urbem Romam pleraeque spectant, ad Orientem certe 3, 1, 9*	312/337 .... (Iust. 4, 32, 25) 313 Ian. 18 (10, 10, 1 — 13, 10, 1) 315 Aug. 29 (1, 2, 2) — Sept. 13 (10, 1, 1) 317 Iul. 21 (Iust. 4, 21, 15) 319 Mai. 15 (9, 16, 2) — *Dec. 1 (10, 10, 2)

320 *Ian. 31 (3, 2, 1 — 4, 12, 3 — 8, 16, 1 — 11, 7, 3 — Iust. 6, 9, 9 — Iust. 6, 23, 15 — Iust. 6, 37, 21)
321 Iul. 3 (16, 2, 4)
326 Mart. 15 (2, 16, 1 — 3, 30, 3) — Apr. 1 (9, 24, 1) — Mai. 29 (9, 9, 1) — Iun. 14 (Iust. 5, 26, 1) — Dec. 31 (3, 17, 2)
329 Sept. 24 (Iust. 1, 19, 3)
333 Sept. 27 (13, 3, 3)
334 Aug. 11 (Iust. 6, 21, 15)
342 Dec. 4 (9, 7, 3)
355 Oct. 31 (9, 34, 6)
356 Mart. 8 (9, 42, 2) — Apr. 2 (11, 16, 7)
357 Ian. 25 (9, 16, 4) — *Iun. 13 (9, 17, 4) — *Dec. 4 (9, 16, 5)
362 Febr. 1 (2, 29, 1)
363 Febr. 12 (9, 17, 5)
365 Oct. 1 (7, 4, 13)
369 Aug. 1 (14, 17, 5)
381 *Dec. 26 (11, 1, 18)
383 Mart. 5 (13, 10, 8)
395/407 . . . . (Iust. 11, 48, 11)
396 Apr. 26 (7, 18, 9)
397 Apr. 7 (14, 10, 2 — 14, 11, 1 — 14, 14, 1 — 15, 12, 3)
415 Febr. 17 (3, 1, 9)

PROVINCIALES ET PROCONSVLES

395 Iun. 15 (8, 8, 6)

(VNIVERSI) PROVINCIALES
provincialibus salutem dicunt 8, 11, 2
edictum 7, 13, 8. 9, 27, 6. 10, 10, 13

315 Iun. 2 (2, 30, 1)
319 Mai. 30 (10, 1, 3)
325 Febr. 12 (15, 14, 2) — Sept. 17 (9, 1, 4)
331 Iul. 23 (Iust. 3, 19, 2) — Aug. 1 (2, 26, 3 — 3, 30, 4 — 4, 5, 1 — 11, 30, 16 — 11, 30, 17 — 11, 34, 1 — *Iust. 3, 13, 4) — Nov. 1 (1, 16, 6 — 1, 16, 7)
332 Oct. 30 (5, 17, 1)
335 Mart. 22 (10, 10, 3)
340 Aug. 12 (7, 9, 1)
352 Nov. 3 (15, 14, 5)
364 Nov. 17 (7, 20, 8)
365 Ian. 11 (8, 11, 2)
380 Ian. 29 (7, 13, 8) — Aug. 31 (10, 10, 13)
382 Mai. 10 (12, 12, 9)
386 Iun. 22 (9, 27, 6)
391 Iul. 1 (9, 14, 2)
406 Apr. 17 (7, 13, 16 — 7, 13, 17)

CONCILIVM PROVINCIAE AFRICAE 11, 30, 15 — 12, 5, 2
PROVINCIALES AFRI (AFRICAE) 10, 10, 10 — 13, 5, 24 — 13, 6, 6
PROVINCIALES PROVINCIAE PROCONSVLARIS 7, 4, 26 — 8, 5, 63 — 11, 1, 29
AFRI 8, 4, 2 — 9, 34, 5 — 11, 7, 4
HONORATI ET PROVINCIALES AFRICAE 9, 40, 21

315 Mai. 10 (8, 4, 2)
320 Febr. 20 (12, 1, 7)
327 Mai. 18 (11, 7, 4)
329 Iul. 29 (11, 30, 15)
337 Mai. 21 (12, 5, 2)
338 Iun. 18 (9, 34, 5)
365 Febr. 4 (10, 10, 10)
372 Apr. 7 (13, 6, 6)
395 Mai. 26 (13, 5, 24)
401 Mart. 31 (7, 4, 26 — 8, 5, 63 — 11, 1, 29)

HONORATI ET POSSESSORES PER AFRICAM 11, 28, 5 edictum 8, 4, 2 — 12, 1, 7	410 [409] Nov. 25 (11, 28, 5) 412 [413] Iul. 5 (9, 40, 21)

Ad eandem provinciam pertinent constitutiones destinatario carentes 12, 1, 7 — 16, 10, 20.

ALPES edictum	365 Mart. 26 (7, 18, 1)
BITHYNI	317 Iul. 21 (8, 4, 3 — 10, 7, 1 — 10, 20, 1 — 12, 1, 5)
CONCILIVM BYZACENORVM 2, 19, 3 — 4, 10, 1 PROVINCIALES BYZACENI 5, 15, 16 — 10, 10, 9 — 11, 19, 3 BYZACENI 12, 1, 59 — 12, 1, 60 — 16, 2, 17	*332 Iul. 27 (2, 19, 3 — 4, 10, 1) 364 Sept. 12 (5, 15, 16 — 10, 10, 9 — 11, 19, 3 — 12, 1, 59 — 12, 1, 60 — 16, 2, 17)
POPVLVS PER PROVINCIAS ILLYRICI	414 Apr. 9 (11, 28, 9)
ITALI 5, 10, 1 ITALIA 7, 18, 1 edictum 7, 18, 1	329 Aug. 18 (5, 10, 1) 365 Mart. 26 (7, 18, 1)
LVSITANI	322 Iul. 26 (1, 1, 1)
MACEDONIENSES V. CALCHEDONIENSES	
MAVRI SITIFENSES	368? 370? 373? Apr. 23 (7, 1, 6 — 12, 1, 64)
PROVINCIALES PHOENICES	342 Mart. 31 (3, 12, 1)
EDICTVM ad edictum 9, 34, 7 — 12, 1, 7 — 12, 6, 1	320 Febr. 20 (12, 1, 7) 321 Apr. 7 (12, 6, 1) 363 Febr. 27 (11, 3, 4) 365? 368? 370? 373 Febr. 16 (9, 34, 7) 405 Febr. 12 (16, 5, 38 — 16, 6, 3)

Civitates et corpora

CIVITATES ET CORPORA.

THEODORVS DEFENSOR CIVITATIS	385 Ian. . . (Iust. 1, 55, 4)
DECVRIONES AGRIPPINIENSES	321 Dec. 3 (16, 8, 3)
SENATORES CIVITATIS ALEXANDRINAE	387 Mart. 2 (10, 10, 19)
ANTIOCHENI	361 Febr. 14 (16, 2, 16)
ORDO CAESENATIVM	354 Mai. 22 (11, 1, 6 — 12, 1, 42)
CALCHEDONIENSES ET MACEDONIENSES ad edictum eorum *(v. p. CLIII)*	324 Apr. 24 (11, 16, 3)
ORDO CIVITATIS (om. 12, 1, 41) KARTHAGINIENSIVM (KARTHAGINIS 11, 30, 32)	353 Iul. 23 (12, 1, 41) 364 Febr. 4 (11, 30, 32 — 11, 36, 15)
ORDO CIVITATIS CONSTANTINAE CIRTENSIVM	340 Ian. 19 (12, 1, 29)
HELIOPOLITANI ad edictum eorum *(v. p. CLIII)*	341 Febr. 12 (5, 13, 1)
AGENTES IN REBVS	359 Nov. 1 (1, 9, 1) — Nov. 30 (6, 29, 3 — 6, 29, 4)
ARCHIATRI	362 Mai. 9 (13, 3, 4)
(illis et ceteris) DECVRIALIBVS	404 Iul. 8 (14, 1, 4)
NAVICVLARII ad decretum eorum	326 Oct. 28 (13, 6, 1)
NAVICVLARII PER AFRICAM 13, 5, 36 — 13, 5, 37 — 13, 9, 6; NAVICVLARII AFRI 13, 9, 3; CORPVS NAVICVLARIORVM 13, 5, 16	380 Febr. 6 (13, 5, 16 — 13, 9, 3) 412 Mart. 17 (13, 5, 36 — 13, 5, 37 — 13, 9, 6)

NAVICVLARII ORIENTIS	334 Dec. 1 (13, 5, 7)
(VNIVERSI) PALATINI	314 Oct. 29 (6, 35, 1) 328 Iul. . . (6, 35, 5)
VNIVERSI VETERANI	320 Oct. 13 (7, 20, 3)
VNIVERSI EPISCOPI PER DIVERSAS PROVINCIAS	353 Mai. 26 (16, 2, 10)
EPISCOPI: ARTEMIVS EVRYDICVS APPIVS GERASIMVS ET CETERI	376 Mai. 17 (16, 2, 23)
FELIX	357 Dec. 6 (16, 2, 14)
HOSIVS	321 Apr. 18 (4, 7, 1)
PROTOGENES	316 Iun. 8 (Iust. 1, 13, 1)
EPISCOPVS VRBIS ROMAE: DAMASVS	370 Iul. 30 (16, 2, 20)
CLERICI	343 Aug. 27 (16, 2, 8)
IVDAEI	396 Febr. 27 (16, 8, 10)
HIERES ET ARCHISYNAGOGI ET PATRES SYNAGOGARVM ET CETERI QVI IN EODEM LOCO DESERVIVNT	331 Dec. 1 (16, 8, 4)
ANNAS DIDASCALVS ET MAIORES IVDAEORVM	415 Nov. 6 (16, 9, 3) 416 Sept. 24 (16, 8, 23)

ACTA.

Acta

ACTA	312/334 . . . . (8, 15, 1) 386 Mai. 1 (4, 20, 3)
ACTA IN CASTRIS	320 Mart. 1 (7, 20, 2)
ACTA IN CONSISTORIO	362 Mart. 23 (11, 39, 5) 381 Iun. 29 (11, 39, 8) 383 . . . . (1, 22, 4)

PRAEFECTI PRAETORIO.

Praefecti praetorio

Praefecti praetorio perperam ita appellati in Theodosiano vel Iustiniano recepti sunt praeposito * asterisci signo. — Partes a singulis rectae in constitutionibus non solent enuntiari; ubi id fit per exceptionem, nomini subnotatur. Praefectis eis, qui quas partes rexerint parum constant, receptis inter praefectos Italiae signum crucis † apposui.

VV. CC. PRAEFECTI PRAETORIO vv. cc. *praemittitur* 8, 4, 5 — 8, 7, 4 — 12, 1, 18	*354 Mart. 8 (6, 27, 1 — 7, 13, 1 — 7, 21, 2 — 8, 4, 5 — 8, 7, 4 — 8, 7, 5 — 8, 7, 6 — 12, 1, 14 — 12, 1, 18) 390 Iun. 17 (8, 5, 50)

PRAEFECTI PRAETORIO SVB CONSTANTINO I.

Praef. praet. Constantiniani

Praefecti praetorio postquam saeculo quarto incipiente duces esse desierunt et facti sunt magistratus civiles, prima eorum tempora parum nota sunt. Probabile est Constantinum et Licinium singulos praefectos praetorio habuisse, alterum igitur Occidentis, Orientis alterum, idque etiam mansisse devicto Licinio sub Constantino; deinde tribus fratribus singulos praefectos adfuisse. Eundem numerum easdemque partes mansisse Con-

stantino II sublato ostendit titulus nuper eruderatus Traianae in Thracia (C. I. L. III, 12330), quem simul posuerunt inter a. 341 et 344 praefecti tres, Antonius Marcellinus Italiae, Domitius Leontius Orientis, Fabius Titianus Galliarum. Implicatam quaestionem cum parum illustrent constitutiones aetatis Constantinianae, hoc loco eas composuimus quibus sive recte sive errore praefecti praetorio magistratus in codicibus adscribitur, additis iis non paucis quae eadem nomina praescripta habent magistratu non enuntiato, quamquam nequaquam certum est viros hoc indice comprehensos summum illum locum vere tenuisse ne eos quidem, cui dignitatem eam libri adscribunt. Neque enim improbabile est in constitutionibus antiquitus traditis dignitate non expressa hanc potissimum a compilatoribus librariisve adiectam esse interpolatione.

EVAGRIVS	313 Mart. 15 (12, 1, 1 *nom.*) 315 Sept. 18 (14, 8, 1) — Oct. 18 (16, 8, 1 *nom.*) 326 Febr. 3 (9, 3, 2 *nom.*) — Apr. 25 (9, 7, 2 *nom.*) — Mai. 17 (12, 1, 13) — Sept. 22 (Iust. 2, 19, 11) 331 Aug. 4 (7, 22, 3 *nom.* — 12, 1, 19 *nom.* — 12, 1, 20) 336 Aug. 22 (12, 1, 22)
RVFINVS	313 [352] Aug. 10 (7, 21, 1) 319 [352] Apr. 27 (6, 35, 3) — Mai. 12 (2, 9, 1 — 3, 5, 1) — Dec. 1 (5, 2, 1) 326 [354] Mai. 21 (13, 3, 2)
CONSTANTIVS	315 [324] Ian. 22 (8, 5, 1 *nom.*) — Apr. 28 (8, 4, 1) 324 Mai. 16 (15, 14, 1) 325 Aug. 29 (1, 5, 1) — Oct. 7 (12, 1, 11) 326 Dec. 22 (4, 4, 1) 327 Iun. 11 (2, 24, 2) . . . . (Iust. 11, 68, 1)
ABLAVIVS [recte ABLABIVS]	315 Mai. 13 (11, 27, 1 *nom.*) 326 Iun. 1 (16, 2, 6) — Sept. 18 (13, 5, 5) 330 Nov. 29 (16, 8, 2) 331 Apr. 17 (5, 9, 1) — Mai. 5 (Sirm. 1) — . . . . (3, 16, 1) 333 Nov. 13 (7, 22, 5)
MAXIMVS	325 Oct. 1 (15, 12, 1) 327 Ian. 21 (1, 5, 2) — Sept. 27 (1, 4, 2) 328 Dec. 29 (1, 16, 4 *nom.* — 7, 20, 5) 332 Mai./Iun. (Iust. 6, 36, 7) 333 Mai. 5 (8, 1, 3) 337 Aug. 2 (13, 4, 2)
FELIX	325 Oct. 19 (7, 4, 1 *nom.*) 326 Iul. 22 (15, 1, 4 *nom.*) 333 Apr. 18 (3, 30, 5 *nom.*) — Oct./Nov. (1, 32, 1 *nom.*) 334 Aug. 27 (13, 4, 1 *nom.*) — Sept. 18 (13, 5, 6 *nom.*) 335 Aug. 4 (12, 1, 21) — Oct. 21 (Sirm. 4 = 16, 8, 5 = 16, 9, 1) . . . Mart. 9 (Iust. 4, 62, 4)
AEMILIANVS	328 Mai. 9 (11, 16, 4)
BASSVS	331 Febr. 28 (4, 8, 7) — Oct. 20 (1, 5, 3)
PACATIANVS	332 Apr. 12 (3, 5, 4 — 3, 5, 5) 334 Mart. 8 (14, 4, 1) — Iul. 5 (10, 15, 2) 335 Apr. 17 (8, 9, 1 *nom.*)
GREGORIVS	336 Iul. 21 (4, 6, 3 *nom.*) — Oct. 9 (11, 1, 3) 337 Febr. 4 (3, 1, 2 *nom.*)

Praefecti praetorio Italiae

415	III id. Nov.	Constantinopoli	Helioni mag. offic. [Or.]	6, 27, 17
415	III non. Dec.	. . . .	Aureliano ppō [II Orientis]	11, 24, 6
415	III id. Dec.	Ravennae	Seleuco ppō [Italiae]	Iust. 1, 51, 5 [*Hal.*]

416 D. N.[1]) THEODOSIO A. VII ET PALLADIO V. C.[2]) CONSS.[3])

[1]) sic 8, 8, 9 — 9, 26, 4 — 9, 40, 23 — 11, 29, 6 — 12, 1, 147. 181 — 12, 12, 15 — 14, 10, 4 — 15, 14, 14 — 16, 10, 21.

[2]) sic 6, 33, 1 — 7, 9, 4 — 7, 13, 21 — 9, 26, 4 — 9, 40, 23 — 12, 12, 15 — 14, 16, 2 — 15, 14, 14.

[3]) *Theod. A. VII et qui fuerit nuntiatus VI id. Febr.* 6, 32, 1.

Honorius Ravennae, Theodosius II fere Constantinopoli, Aug. 27 in viciniis eius Eudoxiopoli sive Selymbriae (Socrates hist. eccl. 7, 36, 17, Theod. 15, 1, 42 al.).

416	VII id. Ian.	Ravennae	Palladio p̄p̄ō [Italiae]	11, 5, 2
416	XIII k. Febr.	Constantinopoli	Helioni mag. offic. [Or.]	6, 27, 18
416 [?]	III k. Febr.	. . . .	Hadriano p̄p̄ō [Italiae]	7, 13, 21
416	VIII id. Febr.	Constantinopoli	Eustathio v. inl. quaest. et Helioni v. inl. mag. off. [Or.]	6, 26, 17
416	VI id. Febr.	Constantinopoli	Narsi v. sp. com. et castrensi sacri palatii	6, 32, 1
416	XIIII k. Mart.	Constantinopoli	Urso p̄ū [Constantinopolis]	12, 1, 180
416	k. Mart.	Ravennae	Constantio com. et patricio	15, 14, 14
416	III id. Mart.	Constantinopoli	edictum ad populum urb. Const. et ad omnes provinciales	4, 4, 5
416	id. Mart.	Ravennae	Palladio p̄p̄ō [Italiae]	9, 26, 4
416	V non. Mai.	Ravennae	Palladio p̄p̄ō [Italiae]	12, 1, 181
416 [?]	VI id. Mai.	. . . .	Aureliano II p̄p̄ō [Orientis]	7, 9, 4
416	III k. Iul.	Constantinopoli	Anysio com. s. l. et Tauro com. r. pr. [Or.]	6, 30, 21
416	IIII non. Iul.	Ravennae	Ursacio com. r. pr. [Occ.]	13, 11, 14
416	X k. Aug.	Constantinopoli	Urso p̄ū [Constantinopolis]	14, 16, 2
416	VII (VI *III*, III *I*) k. Sept.	Eudoxiopoli	Monaxio p̄p̄ō [Orientis]	*I* 9, 40, 23 *II* 12, 1, 182 *III* Iust. 1, 46, 2 [*Par. 4518 Hal.*]
416	V id. Sept.	Heracleae	Monaxio p̄p̄ō [Orientis]	11, 28, 11
416	V id. Sept.	Ravennae	Palladio p̄p̄ō [Italiae]	*I* 11, 29, 6 *II* ⌊ ‡ 12, 1, 147 —
416	X k. Oct.	Ravennae	Palladio p̄p̄ō [Italiae]	8, 8, 9 —
416	VIII k. Oct.	Ravennae	Annati didascalo et maioribus Iudaeorum	16, 8, 23
416	III non. (k. *II*) Oct.	Constantinopoli	Monaxio p̄p̄ō [Orientis]	*I* 12, 12, 15 — *II* 16, 2, 42
416	prid. non. Nov.	Constantinopoli	Helioni com. et mag. offic.	6, 33, 1
416	III id. Nov.	Constantinopoli	Monaxio p̄p̄ō [Orientis]	6, 25, 1
416	XV k. Dec.	Constantinopoli	Monaxio p̄p̄ō [Orientis]	6, 24, 8
416 [?]	VII id. Dec.	. . . .	Aureliano p̄p̄ō II [Orientis]	— 16, 10, 21
416	prid. id. Dec.	Ravennae	Probiano p̄ū [Romae]	14, 10, 4
416	XV k. Ian.	Constantinopoli	Monaxio p̄p̄ō [Orientis]	6, 24, 9

417 D. N.[1]) HONORIO A. XI ET CONSTANTIO V. C. II[2]) CONSS.

[1]) sic 8, 12, 9 — 15, 11, 2.
[2]) sic 8, 12, 9 — 16, 9, 4. *II v. c.* 6, 27, 19 — 7, 11, 2 — 8, 1, 16 — 14, 3, 22 — 14, 4, 9 — 15, 11, 2. *v. c.* om. 6, 2, 24 — 10, 3, 7 — 13, 6, 9 — 13, 11, 15. 16. 17 — Paris. 1564.

Honorium Prosper (ad h. a.: chr. min. 1 p. 468) ait hoc anno triumphantem Romam ingressum esse praeeunte currum eius Attalo biennio ante capto. Constitutiones habemus ex Ravenna tantummodo datas Ianuario, Maio et Decembri. Theodosius II fuit Constantinopoli.

[417	XV k. Febr.	regestum Ravennae	Constantio v. inl. patricio	cod. Paris. 1564 apud Haenelium corpus leg. p. 238]
417	prid. id. Mart.	Constantinopoli	Monaxio ppo [Orientis]	8, 12, 9
417	IIII id. Apr.	Constantinopoli	Monaxio ppo [Orientis]	16, 9, 4
417	prid. id. Mai. (*sic II. V,* Mart. *III. IIII*)	Ravennae	Sebastio com. primi ordinis (pr. ord. *om. I. II*)	*I* 6, 2, 24 *II* — 13, 6, 9 — *III* — 13, 11, 15 *IIII* 13, 11, 16 — *V* — 13, 11, 17 —
417	prid. id. Mai.	Ravennae	Ursacio com. r. pr. [Occ.]	— 10, 3, 7
417	V k. Aug.	Constantinopoli	Monaxio ppo [Orientis]	7, 11, 2
417	V k. Oct.	Constantinopoli	Monaxio ppo [Orientis]	15, 11, 2
417	VIIII k. Nov.	Constantinopoli	Vitaliano duci Libyae	8, 1, 16
417	V k. Dec.	Constantinopoli	Helioni mag. offic.	6, 27, 19
417	VII k. Ian.	Ravennae	Palladio ppo [Italiae]	*I* 14, 3, 22 — *II* — 14, 4, 9

418 DD. NN.[1]) HONORIO XII ET THEODOSIO VIII AA. CONSS.

[1]) sic 4, 4, 6; *dominis nostris* Maassen, Quellen p. 316 — *domno n.* ep. Arelat.

Honorius Ravennae, Theodosius II Constantinopoli.

418	III non. Febr.	Constantinopoli	Monaxio ppo [Orientis]	16, 2, 43
418	VI id. Mart.	Ravennae	Palladio ppo [Italiae]	16, 8, 24
[418	XVI k. Mai. X k. Iun.	dat. . . . . . accept. Arelate	Agricolae praef. Galliarum	epp. Arelat. MG. EPP. 3 p. 13]
418	XV k. Mai.	Constantinopoli	Monaxio ppo [Orientis]	12, 1, 183
[418	prid. k. Mai.	Ravennae	Palladio ppo [Italiae]	Maassen *Quellen* p. 316]
418	X k. Iul.	Ravennae	Palladio ppo [Italiae]	4, 4, 6
418	XII k. Sept.	. . . .	Monaxio ppo [Orientis]	13, 1, 21
418 (415 *II*)	V id. Oct.	Ravennae	Largo procons. Africae	*I* 10, 9, 3 — *II* 10, 10, 27 — *III* — 10, 10, 28 —
418	XVII k. Dec.	Ravennae	Palladio ppo [Italiae]	11, 28, 12

419 MONAXIO ET PLINTA VV. CC.[1]) CONSS.

[1]) sic Sirm. 5. 13.

Honorius Ravennae, Theodosius II Constantinopoli.

419	VIII id. Mart.	Constantinopoli	Monaxio p̄p̄ō [Orientis]	11, 30, 66
419	IIII non. Mai.	Constantinopoli	Anysio com. s. l. [Or.]	6, 30, 22
419	XV k. Iun.	. . . .	Proiecto consulari	Sirm. 5
[419	V id. Iun.	Ravennae	Aurelio episcopo	Maassen *Quellen* p. 319]
419	VI k. Iul.	Ravennae	Palladio p̄p̄ō [Italiae]	5, 18, 1
419	IIII k. Aug.	Ravennae	Palladio p̄p̄ō [Italiae]	14, 4, 10
419	VIII k. Oct.	Constantinopoli	Monaxio p̄p̄ō [Orientis]	9, 40, 24
419	IIII non. Oct.	Constantinopoli	Aetio p̄ū [Constantinopolis]	14, 6, 5
419	XI k. Dec.	Ravennae	. . . .	Sirm. 13; Maassen *Quellen* p. 319

420 D. N.[1]) THEODOSIO A. VIIII ET CONSTANTIO III V. C.[2]) CONSS.[3])

[1]) sic 16, 2, 44 — Sirm. 10. [2]) sic 9, 25, 3 — 16, 2, 44 — Sirm. 10.
[3]) *d. n. Theodosio A. VIIII et qui fuerit nuntiatus* 7, 16, 3.

Honorius Ravennae (epistulae hoc anno ab eo datae servatae in sylloge Avellana non sunt receptae), Theodosius II Constantinopoli.

420	III non. Mai.	Constantinopoli	Monaxio p̄p̄ō [Orientis]	Iust. 8, 10, 10 [*Hal.*]
420	VIII id. Mai. (Mart. *II*	Ravennae	Palladio p̄p̄ō [Italiae]	*I* Sirm. 10 *II* — 9, 25, 3 *III* 16, 2, 44
420	XIIII k. Oct.	Constantinopoli	Eustathio p̄p̄ō [Orientis]	7, 16, 3
420	V k. Oct.	Ravennae	Maximo p̄ū [Romae]	5, 1, 6
420	III k. Ian.	Constantinopoli	Patricio com. r. pr. [Or.]	10, 1, 17

IMPPP. HONORIVS THEODOSIVS ET CONSTANTIVS[1]) AAA. 421.

[1]) Constantii nomen ubi in inscriptionibus legum abest, addidimus notam ⌊.

421 EVSTATHIO ET AGRICOLA CONSS.

Honorius Ravennae, ubi sororis Placidiae maritum Constantium consortem adsumit post septem menses imperii defunctum; quem Theodosium, quamquam vivum collegam admittere noluit, defunctum pro imperatore agnovisse sylloge nostra testatur, id quod factum esse verisimile est, postquam Placidiam fugientem Constantinopolim recepit. — Theodosius II Constantinopoli.

421	VI id. Mart.	Ravennae	Palladio p̄p̄ō [Italiae]	3, 16, 2
421	VIII id. Iul.	Ravennae	Palladio p̄p̄ō [Italiae]	*I* ⌊ — 4, 15, 1 *II* ⌊ — 9, 42, 23 *III* 10, 10, 29 *IIII* — 10, 10, 30 —
421	prid. id. Iul.	. . . .	Philippo p̄p̄ō Illyrici	⌊ 16, 2, 45
421	V k. Aug.	Ravennae	Palladio p̄p̄ō [Italiae]	2, 27, 1

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. 422. 423.[1]

[1]) Constantius additur 10, 10, 31 per formulam *idem AAA.*

422 DD. NN.[1]) HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS.

[1]) sic 1, 34, 2 — 2, 10, 6 — 2, 13, 1 — 2, 32, 1 — 3, 5, 12 — 8, 8, 10.

Honorius Ravennae, Theodosius II Constantinopoli.

422	prid. id. Ian.	Constantinopoli	Scholastico v. sp. com. et castrensi sacri palatii	6, 32, 2
422	X k. Mart.	Ravennae	Venantio com. r. pr. [Occ.]	11, 28, 13
422	V non. Mart.	Constantinopoli	Eustathio ppo [Orientis]	7, 8, 13
422	X k. Apr.	Constantinopoli	Eustathio ppo [Orientis]	*I* — 1, 34, 2 *II* 2, 10, 6
422	III k. Mai.	Constantinopoli	Asclepiodoto com. s. l. [Or.]	6, 30, 23
422	XIII k. Iul.	Constantinopoli	Eustathio ppo [Orientis]	8, 4, 27
422 [412]	V *(om. III)* id. Iul.	Ravennae	Iohanni ppo [Italiae]	*I* — 2, 13, 1 *II* — 2, 28, 1 *III* — 2, 30, 2 *IIII* — 2, 31, 1 *V* — 2, 32, 1 *VI* — 8, 8, 10
422	VIII k. Sept.	pp. in foro Traiani	Proculo com. r. pr. [Occ.]	10, 10, 31
422	III non. Nov.	Ravennae	Mariniano ppo [Italiae]	*I* — 3, 5, 12 - *II* — 3, 13, 3 - *III* Iust. 5, 9, 4 [*Paris. 4517. Con*
422	VIII id. Nov.	Constantinopoli	Florentio pu [Constantinopolis]	6, 8, 1

423 ASCLEPIODOTO ET MARINIANO VV. CC.[1]) CONSS.

[1]) sic 1, 34, 3 — 8, 4, 28.

Honorius Ravennae obiit die Aug. 27 (Olympiodorus frg. 41 Müll.). — Iohannis, qui ei successit, sed a Theodosio non agnitus est, constitutiones extant nullae. — Theodosius Constantinopoli, unde mense Augusto Eudoxiopolim excurrit.

423	VI id. Febr.	regesta Ravennae	Rufino com. s. l. [Occ.]	11, 28, 14
423	XV (XVI *I*) k. Mart.	Constantinopoli	Asclepiodoto ppo [Orientis]	*I* 7, 4, 35 *II* 15, 8, 6 *III* 16, 8, 25
423	V k. Mart.	Ravennae	Crispino com. et mag. eq.	2, 23, 1
423	non. Mart.	Constantinopoli	Asclepiodoto ppo [Orientis] et cons. ordinario	7, 15, 2
423	VII id. Mart.	Constantinopoli	Asclepiodoto ppo [Orientis]	7, 6, 5
423	VII id. Mart.	Ravennae	Venantio ppo [Italiae]	6, 28, 2
423	III k. Apr.	Constantinopoli	Asclepiodoto ppo [Orientis]	*I* 4, 18, 2 *II* — 11, 30, 67 *III* — 11, 31, 9

423	V id. Apr.	Constantinopoli	Asclepiodoto p̄p̄ō [Orientis]	*I* — 16, 5, 59 *II* 16, 8, 26 — *III* — 16, 9, 5 — *IIII* — 16, 10, 22 —
423	XVII k. Mai.	Constantinopoli	Asclepiodoto p̄p̄ō [Orientis]	12, 1, 184
423	XV k. Iun.	Constantinopoli	Asclepiodoto p̄p̄ō [Orientis]	*I* 6, 35, 14 *II* 8, 4, 28 —
423	XV k. Iun.	Ravennae	Proculo p̄p̄ō [Italiae]	13, 6, 10
423	XIIII k. Iun.	pp. in foro Traiani	Trygetio com. r. pr. [Occ.]	11, 20, 4
423	prid. k. Iun.	Constantinopoli	Macedonio mag. mil.	Iust. 3, 21, 2 [*PLM Hal.*]
423	prid. k. Iun.	Constantinopoli	Asclepiodoto p̄p̄ō [Orientis]	1, 34, 3 —
423	VI id. Iun.	Constantinopoli	Asclepiodoto p̄p̄ō [Orientis]	*I* 16, 5, 60 — *II* 16, 8, 27 — *III* — 16, 10, 23 *IIII* — 16, 10, 24
423	VIII id. Aug.	Ravennae	consulibus praetoribus tribunis plebis senatui suo salutem dicit (*om. V*)	*I* — 1, 6, 11 *II* — 2, 1, 12 — *III* — 4, 10, 2 — *IIII* 9, 1, 19 — *V* — 9, 6, 4 —
423	VI (V *I*) id. Aug.	Eudoxiopoli	Asclepiodoto p̄p̄ō [Orientis]	*I* 12, 3, 2 *II* 16, 5, 61
423	III k. Oct.	. . . .	Severino p̄p̄ō [p̄ū Constantinopolis]	Iust. 8, 10, 11 [*Hal.*]

HONORII ET THEODOSII SINE CONSVLE:

	. . . .	. . . .	Cereali com. r. pr.	5, 16, 32
[410?]	. . . .	. . . .	Faustino p̄p̄ō [Italiae]	Iust. 4, 40, 4
	VIIII k. Oct.	Ravennae	Gaisoni com. s. l.	Iust. 4, 61, 12 [*P*]
[408/409]	. . . .	. . . .	Theodoro p̄p̄ō [Italiae]	Iust. 4, 63, 3
[408/415]	. . . .	. . . .	Anthemio p̄p̄ō [Orientis]	Iust. 4, 63, 4
[423 ?]	. . . .	. . . .	Maximino com. s. l. [Or.]	Iust. 4, 63, 6
[408/409]	. . . .	. . . .	Theodoro p̄p̄ō [Italiae]	Iust. 5, 4, 20
[412/414]	. . . .	. . . .	Probo [com. s. l. Occ.]	Iust. 11, 48, 15
[408/415]	. . . .	. . . .	Anthemio p̄p̄ō [Orientis]	Iust. 11, 64, 3
[422 ?]	. . . .	. . . .	Eustathio p̄p̄ō [Orientis] et Nestorio p̄p̄ō Illyrici	Iust. 12, 46, 4

IMP. THEODOSIVS A. 424 ad Oct. 10.

424 VICTORE V. C.[1]) CONS.

[1]) *v. c.* om. 10, 20, 14.

Iohannis, qui hoc anno regnavit in Occidente, rescripta inveniuntur nulla. — Theodosius II Valentinianum Constantii et Placidiae filium sexennem Caesarem creat Thessalonicae (Olympiodorus frg. 46; Philostorgius 12, 13), constitutiones si in eo omittendo vel admittendo accuratae sunt, inter Oct. 10 et 16.

424	V id. Ian.	. . . .	Severino p̄ū [Constantinopolis]	15, 1, 52
424	XVII k. Febr.	Constantinopoli	Maximino com. s. l. [Or.]	10, 21, 3
424	XVI (VII 2, 19, 7) k. Mart.	Constantinopoli	Asclepiodoto p̄p̄ō [Orientis]	2, 19, 7 = 4, 4, 7
424	X k. Mai.	Constantinopoli	Isidoro p̄p̄ō Illyrici	15, 5, 4
424	VII k. Mai.	Constantinopoli	Sallustio v. inl. com. et quaestori	1, 8, 2
424	III k. Mai.	Constantinopoli	Helioni com. et mag. offic.	1, 8, 3
424	III id. Mai.	Constantinopoli	Asclepiodoto p̄p̄ō [Orientis]	11, 20, 5
424	V id. Iul.	Constantinopoli	Maximino com. s. l. [Or.]	10, 19, 15
424	VI id. Oct.	Constantinopoli	Isidoro p̄p̄ō Illyrici	11, 1, 33

IMPP. THEODOSIVS A. ET VALENTINIANVS CAES.[1]) 424 inde ab Oct. 16 et 425.

[1]) et Val. C. *ubi deficit, apposita est nota* ⌊, *Honorius ubi significatur, nota* ‡.

424	XVII k. Nov.	Constantinopoli	Maximino com. s. l. [Or.]	10, 20, 14
424	XVIII k. Dec.	Constantinopoli	Asclepiodoto p̄p̄ō [Orientis]	*I* 2, 12, 7 — *II* ⌊ — 4, 14, 1
424	III non. Dec.	Constantinopoli	Procopio mag. mil. per Orientem	⌊ ‡ 7, 4, 36
424	V id. Dec.	Constantinopoli	Maximino com. s. l. [Or.]	⌊ 11, 21, 3
424	XIII k. Ian.	Constantinopoli	Constantio p̄ū [Constantinopolis]	⌊ 1, 6, 12

425 D. N.[1]) THEODOSIO A. XI ET VALENTINIANO CAES. I[2]) CONSS.

[1]) *sic* 9, 41, 1 — 15, 1, 53 — 16, 2, 46. 47 — 16, 5, 63. 64 — Sirm. 6.
[2]) *sic cod. W* 15, 1, 53 — 15, 5, 5, I *om. libri reliqui,* Caes. I *om.* Sirm. 6.

Exercitus a Theodosio missus in Italiam pervenit et occupavit Aquileiam (Socrates h. e. 7, 23); inde sub nomine Valentiniani licet Caesaris etiamtum emissa sunt rescripta per mensem Augustum. Mox Augustus creatus est Romae Oct. 23 (Tillemont ad Valentinianum III not. 2). — Theodosius Constantinopoli; Sept. 22 fuit Topiri in ora Thracica.

425	X k. Febr.	Constantinopoli	Hierio p̄p̄ō [Orientis]	9, 41, 1
425	k. Febr.	Constantinopoli	Asclepiodoto p̄p̄ō [Orientis]	15, 5, 5
425	III k. Mart.	Constantinopoli	Constantio p̄ū [Constantinopolis] *(om. I)*	*I* 14, 9, 3 *II* 15, 1, 53
425	id. Mart.	Constantinopoli	Theofilo p̄ū [Constantinopolis]	6, 21, 1
425	III non. Mai.	. . . .	Aetio p̄p̄ō	15, 4, 1
425	III id. Mai.	Constantinopoli	Valerio com. r. pr. [Or.]	10, 10, 32
425	VIIII k. Iun.	. . . .	Maximino com. s. l. [Or.]	10, 20, 15
425	prid. non. Aug. (Iul. *I*)	Aquileiae	Georgio procons. Africae	*I* — 16, 2, 46 — *II* 16, 5, 63 —

425	VIII id. Aug. *(IIII)*, VII id. Iul. *(I)*, XVI k. Aug. *(III)*, VIII id. Oct. *(II)*	Aquileiae *(sic omnes)*	Fausto pū [Romae] *(III)*, Amatio v. inl. ppō Galliarum *(I)*, Basso com. r. pr. [Occ.] *(II. IIII)*	*I* Sirm. 6 *II* 16, 2, 47 — *III* 16, 5, 62 *IIII* — 16, 5, 64 —
425	X k. Oct.	Topiso [Topiro]	Hierio ppō Orientis (Or. *om. II*)	*I* — 6, 10, 4 — *II* 6, 22, 8
425	XV k. Dec.	Constantinopoli	Hierio ppō [Orientis]	6, 30, 24
425	id. Dec.	Constantinopoli	Valerio com. r. pr. [Or.]	5, 16, 34

IMPP.[1]) THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. 426—437.

[1]) d̄d. n̄n. *interponitur uno loco* 14, 27, 2.

426 DD. NN.[1]) THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA.[2]) CONSS.

[1]) sic 1, 4, 3 — 4, 1, 1 — 5, 1, 8 — 6, 2, 25 — 6, 26, 18 — 8, 7, 21. 23 — 8, 13, 6 — 8, 18, 9. 10 — 8, 19, 1 — 10, 20, 16 — 10, 26, 2 — 12, 12, 16. *d. n.* 9, 42, 24.

[2]) *pp. AA.* 6, 26, 18. — *Theod. A. XII et Val. A. II* 4, 10, 3.

Valentinianum III Romae mansisse per mensem Ianuarium, a Martio inde moratum esse Ravennae subscriptiones declarant. — Theodosius Constantinopoli, nisi quod mense Maio vel Iunio fuit Nicomediae.

426	III non. (VI k. *I*) Ian.	Romae	senatui urbis Romae (u. R. *om. I*)	*I* 10, 10, 33 — *II* — 10, 26, 2
426	X k. Febr.	Constantinopoli	Hierio ppō [Orientis]	9, 42, 24
426	III k. Febr.	Romae	Albino pū [Romae]	5, 1, 7
426	VII k. Mart.	Constantinopoli	Acacio com. s. l. [Or.]	10, 20, 16
426	prid. non. Mart.	Ravennae	Basso ppō [Italiae]	10, 26, 1
426	VII (III *I*, VI *III*) id. (k. *I*) Apr.	Ravennae	Basso ppō [Italiae]	*I* — 4, 10, 3 *II* — 16, 7, 7 *III* 16, 8, 28 —
426	VI k. Mai. [?]	recitata in senatu per Theodosium primicer. notar.	senatui urbis Romae	— 6, 2, 25
426	X *(om. II)* k. Iul. (Iun. *II*)	Nicomediae	Hierio ppō [Orientis]	*I* 8, 7, 21 — *II* 12, 12, 16
426	k. Iul.	Nicomediae	Theophilo pū [Constantinopolis]	8, 7, 22
426	k. Iul.	Nicomediae	Acacio com. s. l. [Or.]	8, 7, 23
426	VII (VIII *VIII. VIIII. X. XI*) id. Nov.	Ravennae	senatui urbis Romae (u. R. *om. II. IIII. VI. VII. VIII. VIIII. X. XI. XII*)	*I* — 1, 4, 3 — *II* — 4, 1, 1 *III* — 5, 1, 8 — *IIII* — 8, 13, 6 — *V* — 8, 18, 9 — *VI* — 8, 18, 10 — *VII* — 8, 19, 1 — *VIII* Iust. 1, 14, 2 [*PLDHal.*] *VIIII* Iust. 1, 14, 3 [*Hal.*] *X* Iust. 1, 19, 7 [*Hal.*] *XI* Iust. 1, 22, 5 [*PbLD Hal.*] *XII* Iust. 6, 30, 18 [*PL Hal.*]

426	VII k. Dec.	Constantinopoli	Acacio com. s. l. [Or.]	6, 26, 18
426	X k. Ian.	Constantinopoli	Helioni patricio et mag. officiorum [Or.]	6, 27, 20
426	X k. Ian.	. . . .	Hierio ppo [Orientis]	6, 27, 21
426	VII k. Ian.	Constantinopoli	Cyro pu [Constantinopolis]	Iust. 2, 7, 5 [*Hal.*]

427 HIERIO ET ARDABVRE VV. CC.[1]) CONSS.

[1]) sic 7, 8, 14.

Valentinianus III videtur mansisse Ravennae; leges deficiunt. — Theodosius II Constantinopoli.

427	XVII k. Apr.	. . . .	Hierio ppo [Orientis]	6, 24, 10
427	X k. Apr.	Constantinopoli	Valerio com. s. l. [Or.]	10, 20, 17
427	XII k. Iun.	. . . .	Eudoxio ppo	Iust. 1, 8, 1 [*PLD Bamb. Hal.*]
427	X k. Iul.	Constantinopoli	Helioni patr. et mag. off. [Or.]	7, 8, 14
427	XIIII k. Sept.	. . . .	Helioni mag. offic. [Or.]	13, 3, 18
427	prid. id. Oct.	Constantinopoli	mandata missa ad Antiochum ppo per referendarium	Iust. 1, 50, 2 [*Hal.*]

428 FELICE ET TAVRO VV. CC.[1]) CONSS.

[1]) sic 7, 13, 22. Haec consulatus forma occidentalis eo tempore, quo Theodosianus componebatur, in Oriente quoque praevaluit, ubi antea primis anni mensibus *Tauro et qui fuerit nuntiatus* 5, 1, 9 (lectio prima), tum *Tauro et Felice* 2, 3, 1 — 3, 5, 13 — 4, 6, 8 — 5, 1, 9 (lectio recognita) — 6, 27, 22 scriptum erat.

Valentinianus III Ravennae, Theodosius II Constantinopoli.

428	prid. k. Febr.	Constantinopoli	Proculo pu [Constantinopolis]	*I* — 6, 2, 26 *II* 6, 27, 22 —
428	X k. Mart.	Constantinopoli *(om. VII)*	Hierio ppo [Orientis]	*I* — 2, 3, 1 — *II* — 3, 5, 13 — *III* 3, 7, 3 — *IIII* — 3, 13, 4 — *V* — 4, 6, 8 *VI* 5, 1, 9 — *VII* Iust. 6, 61, 2 [*PL Hal.*]
428	III (V *II*) k. Mart.	Ravennae	Volusiano ppo [Italiae]	*I* 1, 10, 8 *II* 7, 13, 22
428	XI k. Mai.	. . . .	Hierio ppo [Orientis]	Iust. 8, 53, 29 [*VL Hal.*]
428	XI k. Mai.	. . . .	Florentio ppo [Orientis]	15, 8, 2
428	III k. Iun.	Constantinopoli	Florentio ppo [Orientis]	16, 5, 65
428	V id. Iun.	Constantinopoli	Florentio ppo [Orientis]	*I* 12, 4, 1 — *II* Iust. 10, 34, 2 [*Cui.*] *III* Iust. 10, 35, 1 [*Cont.*]
428	VI id. Iul.	Constantinopoli	Florentio ppo [Orientis]	8, 4, 29
428	III id. Iul.	Constantinopoli	Proculo pu [Constantinopolis]	13, 3, 19

429 { *In Occidente*[1]): POST CONS. FELICIS ET TAVRI VV. CC.[2]) / *In Oriente:* FLORENTIO ET DIONYSIO CONSS.

[1]) Consules orientales nominat lex occidentalis una Iust. 1, 14, 4.
[2]) sic 11, 30, 68 — 12, 1, 185. 186 — 12, 6, 32.

Valentinianus III Ravennae, Theodosius II Constantinopoli.

429	V k. Mart.	Ravennae *(om. I)*	Celeri [procons. Africae]	*I* 11, 1, 34 *II* 11, 30, 68
429	III (XVI *I*) k. Mart.	Ravennae	Volusiano ppō [Italiae]	*I* — 11, 1, 35 — *II* — 12, 6, 32
429	V id. Mart.	. . . .	Florentio ppō [Orientis]	Iust. 6, 62, 4 [*Hal.*]
429	VII k. Apr.	Constantinopoli	senatui	1, 1, 5 —
429	VI k. Apr.	Constantinopoli	Florentio ppō [Orientis]	Iust. 1, 19, 8 [*P*b*LD Hal.*]
429	V k. Mai.	Ravennae	Celeri procons. Africae	*I* 12, 1, 185 *II* 12, 1, 186
429	III k. Iun.	Constantinopoli	Iohanni com. s. l. [Or.]	16, 8, 29
429	III id. Iun.	Ravennae	Volusiano ppō [Italiae]	Iust. 1, 14, 4 [*DHal.*]

430 DD. NN.[1]) THEODOSIO XIII ET VALENTINIANO III AA.[2]) CONSS.[3])

[1]) sic 11, 20, 6 — Act. conc. Ephes.
[2]) *III pp. AA.* Act. conc. Ephes. *V AA.* 12, 6, 33.
[3]) *Theodosio A. XIII et qui fuerit nuntiatus VIII k. Mart.* 7, 8, 15 — 10, 10, 34. *XVI k. Mai.* 6, 27, 23.

Valentinianus III Ravennae, Theodosius II Constantinopoli.

430	XV k. Mart.	Ravennae	Theodosio ppō [Italiae]	12, 6, 33
430	VIII k. Mart.	Constantinopoli	Iohanni com. et mag. off. [Or.]	7, 8, 15
430	VIII k. Mart.	Constantinopoli	Thalassio com. r. pr. [Or.]	10, 10, 34
430	XVI k. Mai.	Constantinopoli	Paulino mag. offic. [Or.]	6, 27, 23
[430	XIII k. Dec.	Constantinopoli	Cyrillo episcopo	acta conc. Ephes.: Maassen *Quellen* p. 321]
[430	XV k. Ian.	Ravennae	Viro (?) ppō	Maassen *Quellen* p. 321]
430	prid. k. Ian.	Constantinopoli	Antiocho ppō [Orientis]	11, 20, 6

431 { *In Oriente:* ANTIOCHO ET BASSO CONSS.[1]) / *In Occidente:* BASSO ET ANTIOCHO CONSS.

[1]) sic 9, 45, 4 (lectio emendata); *Antiocho v. c. cons. et qui fuerit nuntiatus X k. Apr.* 9, 45, 4 (lectio prima); *consulatu Fl. Antiochi et qui fuerit nuntiatus III k. Iul.* Mansi 5, 567.

Valentinianus III Ravennae, Theodosius II Constantinopoli.

431	X k. Apr.	Constantinopoli	Antiocho ppō [Orientis]	9, 45, 4
431	III k. Mai.	Ravennae	Flaviano ppō [Italiae]	11, 1, 36
[431	III k. Iul.	. . . .	Ephesino concilio	Mansi 5, 567; Maassen *Quellen* p. 322]

432 *In Oriente:* VALERIO ET AETIO VV. CC. CONSS.[1])
In Occidente: AETIO ET VALERIO CONSS.

[1]) *Valerio et qui fuerit nuntiatus V k. Apr.* 9, 45, 5.

Valentinianus III Ravennae, cuius postrema in Theodosiano lex est huius anni Mart. 24; Theodosius II Constantinopoli.

432	VIIII k. Apr.	Ravennae	Flaviano ppo [Italiae]	6, 23, 3
432	V k. Apr.	Constantinopoli	Hierio ppo [Orientis]	9, 45, 5
432	III id. Iun.	Constantinopoli	Heliodoro pu [Constantinopolis]	6, 24, 11

433 THEODOSIO A. XIIII ET MAXIMO V. C.[1]) CONSS.

[1]) sic 11, 28, 16.

Theodosius II Constantinopoli.

433	X k. Mai.	. . . .	Tauro ppo [Orientis]	11, 28, 16
433	V non. Iul.	Constantinopoli	Tauro ppo [Orientis]	*I* 8, 1, 17 — *II* Iust. 1, 51, 9 [*Hal.*

434 ARIOVINDO ET ASPARE CONSS.

Theodosius II Constantinopoli.

434	XIIII (XII *II*) k. Iul.	Constantinopoli	Tauro ppo [Orientis] et patricio	*I* 5, 12, 3 *II* 11, 28, 15 —
434	V k. Dec.	Constantinopoli	Leontio pu [Constantinopolis]	14, 16, 3
434	XVIII k. Ian.	. . . .	Tauro ppo [Orientis] et patricio	5, 3, 1

435 D. N.[1]) THEODOSIO A. XV ET QVI FVERIT NVNTIATVS CONSS. *ad VII id. Oct.*
DD. NN.[2]) THEODOSIO XV ET VALENTINIANO IIII AA.[3]) CONSS. *inde a XVIII k. Dec.*

[1]) sic 7, 8, 16 — 10, 8, 5 — 16, 5, 66.
[2]) sic 1, 1, 6.
[3]) *Theod. A. XV et Valano IIII A.* 1, 1, 6.

Theodosius II Constantinopoli.

435	IIII k. Febr.	Constantinopoli	Valerio mag. offic., Isidoro ppo [Orientis], Regino ppo Illyrici, Leontio pu, Theodoto com. Aegypti, Abthartio com. Orientis, Cleopatro praef. Aug., Hesychio procons. Achaiae, Eustathio vic. Asiae, Nectario vic. Ponticae	6, 28, 8
435	IIII id. Mart.	Constantinopoli	Valerio mag. offic. [Or.] et excons. ordinario	7, 8, 16

435	III non. Aug.	Constantinopoli	Leontio pū [Constantinopolis]	16, 5, 66
435	VII id. Oct.	Constantinopoli	Hermocrati com. r. pr. [Or.]	10, 8, 5
435	XVIII k. Dec.	Constantinopoli	Isidoro p̄p̄ō [Orientis]	16, 10, 25
435	XIII k. Ian.	Constantinopoli	. . . .	1, 1, 6

436 ISIDORO ET SENATORE CONSS.

Theodosius II Constantinopoli, Aug. 28 in Bithynia Apameae.

436	VIII id. Mart.	Constantinopoli	Apollonio com. s. l. [Or.]	10, 20, 18
436	III non. Apr.	Constantinopoli	Isidoro p̄p̄ō [Orientis], Eubulo p̄p̄ō Illyrici (Eub. p. Ill. *om. III*)	*I* — 8, 4, 30 *II* 12, 1, 187 — *III* — 12, 1, 188 —
436	prid. non. Iun.	Constantinopoli	Isidoro p̄p̄ō [Orientis]	*I* 11, 5, 3 *II* 12, 1, 189 *III* 12, 1, 190 *IIII* 12, 1, 191 *V* 14, 26, 2 *VI* 14, 27, 2
436	prid. id. Iul.	Constantinopoli	Isidoro p̄p̄ō [Orientis]	11, 28, 17
436	prid. non. Aug.	Constantinopoli	Isidoro p̄p̄ō [Orientis]	12, 1, 192
436	V k. Sept.	Apameae	Dario p̄p̄ō [Orientis]	*I* 11, 1, 37 *II* 11, 5, 4

437 POST CONSVLATVM ISIDORI ET SENATORIS VV. CC.

Theodosius II Constantinopoli.

437	XVII k. Apr.	Constantinopoli	Dario v. inl. p̄p̄ō Orientis	6, 23, 4

THEODOSII ET VALENTINIANI SINE CONSVLE *(fortasse ex parte non sumptae ex Cod. Theod.).*

[425/426]	. . . .	. . . .	Basso p̄p̄ō [Italiae]	4, 6, 7
	. . . .	. . . .	Iohanni com. r. pr.	5, 16, 35
	. . . .	. . . .	Florentio com. s. l.	5, 17, 3
[430/432]	. . . .	. . . .	Flaviano p̄p̄ō [Italiae]	Iust. 4, 61, 13
[425/426]	. . . .	. . . .	Basso p̄p̄ō [Italiae]	Iust. 5, 4, 21
[426]	. . . .	. . . .	Acacio com. s. l. [Or.]	Iust. 11, 8, 14
[425/426]	. . . .	. . . .	Basso p̄p̄ō [Italiae]	Iust. 11, 48, 18
[428/429]	. . . .	. . . .	Volusiano p̄p̄ō [Italiae]	Iust. 11, 71, 5
	. . . .	. . . .	Iohanni com. r. pr.	Iust. 11, 77, 1
	. . . .	. . . .	Eudoxio com. s. l.	Iust. 11, 78, 2
[425/426]	. . . .	. . . .	Basso p̄p̄ō [Italiae]	Iust. 12, 1, 14
	. . . .	. . . .	Neuthio pū	Iust. 12, 1, 15
	. . . .	. . . .	senatui urbis	Iust. 12, 3, 1
[428?]	. . . .	. . . .	Proculo pū [Constantinopolis]	Iust. 12, 5, 2

[424/425]	....	....	Maximino com. s. l. [Or.]	Iust. 12, 23, 12
	....	....	Eudoxio com. s. l.	Iust. 12, 23, 13
[428/429]	....	....	Florentio p̄p̄ō [Orientis]	Iust. 12, 23, 14
	....	....	Protogeni p̄p̄ō	Iust. 12, 49, 8
	....	....	Anatolio mag. mil.	Iust. 12, 59, 7

INCERTAE:

....	....	....	3, 32, 2
....	....	....	4, 20, 4
....	....	....	4, 24

DE VSV BREVIARII ALARICIANI FORENSI ET SCHOLASTICO PER HISPANIAM, GALLIAM, ITALIAM REGIONESQVE VICINAS

adiecto indice locorum ex Breviario adhibitorum scripsit

Alfredus de Wretschko.

Prooemium. — I. Regnum Visigothorum praesertim Hispania. II. Gallia, Germania regionesque vicinae. III. Italia. — Index locorum ex Breviario adhibitorum. Conspectus fontium medii aevi, quos perscrutatus sum. Siglorum, quae adhibui, nec non librorum, quibus usus sum, indiculus.

De Breviarii Alariciani usu per medium aevum et forensi et scholastico testimonia in hac novae Theodosiani editionis appendice compositurus pauca tantum praefari volo. Inter homines doctos, qui de usu Breviarii disseruerunt, Godofredus nominandus est, qui in capite septimo prolegomenorum ad Theodosianum de usu legis Romanae Visigothorum locutus quaedam tantum, quae ad regiones Francogallicas spectant, attulit cetera omnia omittens, quamquam rubrica illius capitis multo plura indicat. Saeculo deinde decimo nono Savignius iuris Romani historiam medii aevi enarrans in appendice secunda, quam alteri volumini operis sui (editionis II 477 sq.) addidit, duas tabellas exhibuit et in iis testimonia, ex quibus iuris Romani librorum per medium aevum usus forensis imprimis vero scholasticus cognosci potest, diligentissime collegit. Quarum prima testimonia secundum operis eius capita disponit, altera secundum ordinem, quem iuris Romani fontes sequuntur. Quae tabellae diligentissime compilatae, quamvis tum magni aestimarentur, hodie eruditis satisfacere non possunt. Nam viri docti ex eo tempore non solum intentius iuris Romani et Germanici fontibus studuerunt variosque tum ignotos detexerunt, sed etiam eorum, qui iam innotuerant, usum melioribus editionibus faciliorem reddiderunt. Praeterea usus tabellarum a Savignio compositarum passim eo impeditur, quod locos, quos Breviarii redactores ex Theodosiano assumpserunt, plerumque secundum codicis genuini editiones allegat. *Prooemium.*

Quae Savignius praebuit, quantum ad Breviarium attinent, Haenelius in appendice editionis legis Romanae Visigothorum correxit et auxit. Dedit enim indicem variorum Breviarii locorum, qui in posterioris aetatis libros transiisse videntur. In quo indice aeque ac Savignius silentio praeteriit, utrum scriptores Breviario posteriores ex ipso Breviario an ex alio fonte hausissent, in cuius textus fragmenta Breviarii pervenissent. Sed ne Haenelii quidem tabella una cum apparatu, quem auctor singulis Breviarii fragmentis apposuit, omnia testimonia, quae hodie praesto sunt, adfert.

Cum fragmenta Breviarii per medium aevum late diffusa sint et valde certetur, usuine fuerint huic vel illi iuris compendio, Breviarii aliorumque iuris Romani medii aevi fontium minime peritus haesitabam, an clarissimo magistro invitanti obsequerer et in munere iuris Germanici Austriacique historiae in universitate Oenipontana docendae multum occupatus brevi unius anni spatio hanc totam materiam mediocriter perspicere possem.

Conscius mihi sum, quantis vitiis haec compilatio laboret, quamquam operam maximam dedi, ut ex variis saecularis et ecclesiastici iuris libris et ex litterarum operibus ea colligerem, quae ad Breviarii usum spectant. Spero tamen me Savignii Haeneliique tabellas novis fontibus, quos illi nondum cognoverant, adhibitis auxisse, e singulis vero fontibus praesertim ex maioribus temporis angustiis pressus non omnes locos adferre potui. Sed hoc haud magnum operis vitium esse puto, nam etsi magni momenti est scire, ubi Breviarium per saecula medii aevi adhibitum sit, tamen non tanti pretii mihi esse videtur accurate intellegere, quot locos singuli compilatores velut Benedictus Levita vel Pseudoisidorus vel Ivo assumpserint.

Minus perfectus est index testimoniorum, quae de usu forensi Breviarii nostri ex variis chartarum formularumque collectionibus praebui. Attuli tantum ea, quorum viri docti, qui ea de re disseruerunt, mentionem fecerant. Sane Conratus altero operis sui volumine has allegationes vario modo augebit. Speciali quoque studio reliqui quaerere, quamdiu clausulae formulaeque, quae ad Breviarium spectant, variis placitis chartisque praesertim terrae Francogallicae insererentur. Ille vero, qui eas collegerit, usum ipsius Breviarii forensem non recte illustrabit, nisi animadverterit, quamdiu hae clausulae et formulae codice ipso iam neglecto valuerint.

Dein operam dedi, ut non solum Breviarii ipsius usus per medium aevum exploraretur sed etiam epitomarum — in illis etiam legis Romanae Curiensis, quae a compluribus auctoribus epitome S. Galli nominatur — et libri decimi sexti Theodosiani genuini. Quibus nonnulla ex constitutionibus Sirmondianis et ex Novellis extra Breviarium vagantibus addidi.

In tabellis duo signa [= et cfr.] posui, quorum priore iis tantum locis utebar, ubi neglecta parva verborum mutatione vel inversione Breviarii fragmenta integra in posteriores fontes transierunt. Alterum vero adhibebam, ut ostenderetur fragmenta Breviarii transformata esse vel utrumque textum sensu tantum congruere. Ubi de Breviarii fragmentorum usu dubitabam, signum [?] posui.

Constat fragmenta Breviarii a compilatoribus Pseudoisidorianae et capitulorum Angilramni multum immutata et ita textui a falsario conscripto inserta esse. Hac forma multi Breviarii loci in collectiones posteriores transscribebantur. Exempli gratia etiam hos falsarum collectionum locos interdum investigavi, sed ut ab aliis distinguerentur, eosdem asterisco [*] signavi.

Deinde operam intendi, ut accurate explorarem, utrum auctores variarum compilationum ipso Breviario usi essent an fragmenta ex alio quodam fonte Breviario posteriore hausissent.

Manuscripta variarum compilationum adhuc ineditarum ipse non excerpsi sed fragmenta tantum adnotavi, quae scriptores ex illis codicibus sumpserant. Qua in re mihi maximo fructui fuerunt et volumen primum iuris Romani historiae, quod Conratus magna cum diligentia scripsit, et quae Patetta de usu Breviarii per Italiam exposuit. Gratias ago viris doctis P. Fournier Gratianopolitano et M. Conrato Amstelodamensi, quorum hic mihi nonnulla collectanea primi tituli historiae suae, quam supra nominavi, inspicienda dedit, ille mecum complures collectiones canonicas, quas ipse perscrutatus est, communicavit. Varia ex Novellis socius huius operis P. M. Meyer liberaliter mihi obtulit. E. Seckel testimonia, quae ex Benedicto Levita attuli, benigne inspexit. Plurimum vero debeo clarissimo Theodosiani editori, qui me consilio atque peritia sua liberalissime adiuvit, quem brevi, antequam hic liber prodiret, Kalendis Novembribus immatura morte ereptum esse omnes valde dolemus.

Dabam Oeniponte pridie Idus Decembres MCMIII.

I. Breviarii usus in regno Visigothorum praesertim in Hispania.

Codex Alarici sive ut plerumque appellatur Lex Romana Visigothorum anno 506 a rege Alarico cum commonitorio dato a. 506 Febr. 2 (vel 3) promulgata pro lege fuit civibus Romanis, qui sub regibus Visigothorum fuerunt, tam in Hispania quam in illis Galliae partibus, quae tunc huius regni erant. At fines iam paullo post a. 506 mutati

sunt bello cum rege Francorum Chlodovecho infeliciter gesto. Regiones, quae inter Ligerim et Garumnam Cebennamque montem fuerunt, regibus Francorum cesserunt aliasque, quae citra Pyrenaeos sitae erant, Theodericus rex Ostrogothorum subegit, cuius post mortem solae partes, quae trans Rhodanum sitae erant, ad priorem dominum redierunt.[1])

Quo in regno Visigothico lex Romana fere centum et quinquaginta annos valebat. Alaricus in commonitorio cum alia tum hoc edixit, ut Romani hac tantum lege uterentur nullamque legem iurisve formulam in foris suis sinerent allegari in corpus illud non relatam. Cui obsecutus Theudis, quod exempli causa dico, constitutionem de impensis emittens, quae etiam Romanos regni sui teneret, Breviario (Br. Th. IV, 16) inseruit.[2]) Sed Alarici praeceptum propter compilationis vitia exilitatemque non omnino observari potuit, itaque nonnulla iuris Romani fragmenta praeter Breviarium in usu manserunt[3]) et mox in codicibus legi Romanae Visigothorum adscribi coepta sunt.

Formulae Visigothicae.

Cum mihi proposuerim usum Breviarii forensem et apud scriptores regni Visigothorum exponere, primo loco dicam formulas Wisigothicas varios Breviarii locos assumpsisse. Quae collectio auctore Zeumero intra annos 615 et 620 compilata est. Sed hae formulae nobis hodie relictae aliis antiquioribus formulis ibidem usitatis nituntur, quae cursu temporum iuris usu procedente paullatim ita mutatae sunt, ut aliae ad novum iuris Romani usum, aliae ad antiquum Visigothorum ius accommodatae sint, aliae denique ius Germanicum et Romanum mixtum et in unum fere coalitum praebeant.[4])

Form. 13 cfr. Br. Paul. II, 18, 10 int.
„ 14 *sponsalitia largitate donare* cfr. Br. Th. III, 5, 2 int.
„ 24 rubrica cf. Br. Nov. Val. IV, 1 int.
„ 32 *sanctione legum* cfr. Br. Paul. II, 19, 1.
„ 32 *meliorandi — potestatem* cfr. Ep. Guelf. Paul. II, 19, 1.
„ 35 in fine cfr. Br. Th. IV, 16, 1 int. in fine.
„ 37 *fruges aridas* cfr. Br. Th. II, 33, 1 et int.

Concilia Hispaniae.

Etiam ecclesiam in partibus Hispaniae Breviario nostro usam esse quaedam conciliorum decreta usque ad sextum concilium Toletanum (a. 638) demonstrant. Qua de re iam Savignius et Haenelius et nuperrime Conratus[5]) disseruerunt. Sed utrum in conficiendo capite 13 Toletani noni (a. 655) patres legem Visigothorum III, 2 an legem Romanam secuti sint, aliter ac Haenelius Conratus[6]) in medio relinquit.

Concilium Hispalense[7]) II (a. 619) Mansi X, 555 sq.

c. 1 *his quos barbarica feritas* etc. cfr. Br. Th. V, 5, 2 in pr.
c. 2 *et tamen longi temporis* etc. cfr. Br. Th. IV, 12 et Br. Nov. Val. VIII, 1.
c. 3 *de colonis* etc. cfr. Br. Th. V, 10, 1 (?).
c. 8 *ingrati actio* etc. cfr. Br. Th. IV, 10, 2 vel Br. Nov. Val. VI, 1[8]) (?).

Concilium Toletanum[9]) IV (a. 633) Mansi X, 611 sq.

c. 34 *quicumque episcopus* etc. cfr. Br. Th. IV, 12 et Br. Nov. Val. VIII, 1.
c. 35 *sicut dioecesin alienam* etc. cfr. Br. Th. IV, 12 et Br. Nov. Val. VIII, 1.

---

[1]) cfr. Binding, Geschichte des burgundisch-romanischen Königreiches 212 sq.; Dahn, Die Könige der Germanen V, 111 sq. VI, 247 sq.; Zeumer NA. XXIII, 472 sq.; Kiener, Verfassungsgeschichte der Provence 5 sq.

[2]) Zeumer NA. XXIII, 77 sq. 475 et M. G. Legum sectio prima [LV.] I, 467 sq.

[3]) Haenel LRV. Proleg. XX; Conrat I, 83 sq.; Halban I, 186 sq.

[4]) Zeumer Form. 574.

[5]) Sav.[2] II, 277. 484; Haenel LRV. 465; Conrat I, 13 sq.

[6]) Conrat I, 13[1].

[7]) Sav.[2] II, 277 sq.; Dahn l. c. VI, 442; Conrat I, 14[1]. 32.

[8]) Conrat I, 13[1].

[9]) Conrat I, 13[1]; Zeumer NA. XXVII, 423.

c. 42 *cum clericis* etc. cfr. Br. Th. XVI, 1, 6.[1])
c. 46 *si quis clericus* etc. cfr. Br. Paul. V, 21, 1 [Conrat I, 13[1]] vel Br. Nov. Val. V, 1.[2])
c. 68 *huiusmodi autem liberto* etc. cfr. Br. Th. IV, 10, 2 et int. (?).
c. 71 *liberti ecclesiae* etc. cfr. Br. Th. IV, 10, 2 vel Br. Nov. Val. VI, 1.

Concilium Toletanum VI (a. 638) Dahn VI[2], 615 sq.
[Iudicium inter Martianum et Aventium episcopos.[3])]

c. 3 i. f. *neque contra leges* etc. = Br. Paul. I, 1, 2.

Concilium Toletanum[4]) IX (a. 655) Mansi XI, 23 sq.

c. 13 *legum reverenda sanctio* etc. cfr. Br. Nov. Marc. IV, 1 (?).

Leges Visigothorum. Reges Visigothorum etiam in suis legibus[5]) conficiendis Breviario usos esse constat, ut tabula subiecta docebit. Complura capitula legum Visigothicarum Chindasvindo anteriorum ex Alariciano corpore pendent. Imprimis redactores tempore Leovigildi titulum decimum libri quarti ex Pauli sententiis omissa tantum interpretatione ad caput octavum ex Breviario ad verbum 'codici reviso' inseruerunt. Alia capita sensu tantum cum interpretatione legis Romanae cohaerent, in aliis nonnulla verba vel sententias ex hoc fonte haustas invenies. Sed animadvertas, quasdam harum legum Visigothis datarum iam ad codicem Euricianum pertinere. Quae cum Breviario antiquiores sint, id quod ex iure Romano habent, ex operibus Breviario nostro vetustioribus regno Visigothico haud ignotis, maxime ex Theodosiano genuino, ex Novellis[6]), ex sententiis Pauli aut ex illa interpretatione Visigothica hauserunt, quam maiore ex parte Breviario antiquiorem esse viri docti evicerunt. Denique etiam redactores tempore Chindasvindi et Reccesvindi lege nostra usos esse locis multis apparet, sed in conficiendo textu ab auctoritate plus minusve discedunt.

II, 1, 3 [ed. nova Zeumeri] rubrica Recc. = Br. Th. I, 1, 2 int. in pr.
II, 1, 12 Chind. cfr. Br. Th. II, 8, 2 int.
II, 1, 14 Recc. in pr. cfr. Br. Nov. Theod. II, 1, 2 [Zeumer NA. XXIII, 484 et XXIV, 72].
II, 1, 24 Chind. in pr. cfr. Br. Nov. Val. XII, 1, 16 et int.
„ Nov. Marc. I, 1 int.
(Th. gen. XI, 30, 58) [Zeumer NA. XXIV, 86 sq. et 122].
II, 3, 1 Recc. cfr. Br. Nov. Val. XII, 1, pr. et 1 et int. in pr. [Dahn VI[2] 372, Zeumer l. c. 94] ex collectaneis P. Meyeri.
II, 3, 2 Ant. cfr. Br. Th. II, 12, 3 et int. [Zeumer l. c. 95].
II, 3, 6 Ant. in pr. cfr. Br. Th. II, 12, 5 et int.
„ „ IX, 1, 2 int.
„ Paul. I, 2, 2 et int. [Zeumer l. c. 96 sq.].
II, 3, 8 Ant. cfr. Br. Th. II, 12, 1. 7 [Zeumer l. c. 97].
II, 4, 3 Chind. cfr. Br. Th. XI, 14, 2 et int. (?) [Zeumer l. c. 101].
II, 4, 4 Chind. cfr. Br. Paul. V, 18, 3 sq. [Zeumer l. c. 101].
II, 5, 5 Chind. cfr. Br. Th. II, 9, 1 et int. [Zeumer l. c. 110 sq.]
II, 5, 13 Chind. }
II, 5, 16 Recc. } cfr. Br. Nov. Val. IV, 2 [Zeumer l. c. 33 sq. et 117].
III, 1, 1 Ant. cfr. Br. Th. III, 14, 1 et int. (?) [Zeumer l. c. 573 sq.].
III, 1, 2 Ant. in fine cfr. Br. Th. III, 5, 7 et int. [Zeumer l. c. 576].

---

[1]) Loening II, 325[1]; cfr. L. Baiuw. I, 1, 12.
[2]) Ex collectaneis Conrati.
[3]) Zeumer NA. XXIV, 121. — c. 10 eiusdem concilii cum Br. Th. IV, 10, 2 vel Br. Nov. Val. VI, 1 conferendum est, ut ex collectaneis Conrati apparet.
[4]) Conrat I, 13[1].
[5]) Zeumer LV. passim. Idem NA. XXIII, XXIV et XXVI.
[6]) cfr. fragm. Eur. 321 [Nov. Val. 35 (34), 10 int.] et fragm. Eur. 322 [Nov. Sev. 1, 1 et int.], quae debeo P. Meyero [Theod. II, 152. 201].

III, 1, 5 Chind. [legibus Romanis] cfr. Br. Nov. Val. XII, 1, 9; Nov. Major. 6, 9 [Theod. II, 165 sq.].
III, 1, 9 Erv. cfr. Nov. Major. 6, 9 [Theod. II, l. c.].
III, 2, 1 Ant. cfr. Br. Th. III, 8, 1 [Zeumer l. c. 588].
III, 2, 2 Ant. cfr. Br. Th. IX, 6, 1 int.; IX, 6, 2. 3.
Nov. Anthem. 1, 2. 3 [Theod. II, 205; Zeumer l. c. 589 sq.].
III, 3, 3 Recc. cfr. Br. Th. III, 5, 11 et 6, 1 [Zeumer l. c. 603].
III, 3, 4 Ant. cfr. Th. gen. IX, 24, 1 [Zeumer l. c. 602].
III, 3, 11 Chind. cfr. Br. Paul. V, 4, 5.
Br. Th. III, 11, 1 [Zeumer l. c. 604].
III, 5, 2 Reccared cfr. Br. Th. III, 12, 3 int. et 4 int. [Zeumer l. c. 614 sq.].
IV, 1, 1—7 Ant. = Br. Paul. IV, 10, 1—7 cum int.; IV, 10, 8 [Zeumer NA. XXIII, 432 et XXVI, 93].
IV, 3, 3 Ant. cfr. Br. Th. III, 17, 4 cum int. [Zeumer NA. XXVI, 135].
IV, 4, 1 et 2 Ant. cfr. Br. Th. V, 7 et 8 cum intt. [Zeumer l. c. 137].
V, 2, 6 Chind. cfr. Br. Th. III, 1, 4 int.
V, 4, 14 Ant. in fine cfr. Br. Paul. V, 18, 8.
V, 4, 21 Recc. in fine cfr. Br. Th. V, 5, 2 int.
V, 5, 9 Ant. cfr. Br. Th. II, 33, 1 int.
V, 6, 3 Ant. cfr. Br. Paul. II, 5, 1 int. et Br. Th. X, 9, 1.[1])
V, 7, 2 Ant. in pr. cfr. Br. Th. IV, 9, 1 int. (?).
" Paul. IV, 11, 1 int.
V, 7, 7 Ant. cfr. Br. Paul. V, 1, 4.
V, 7, 9 et 10 Ant. cfr. Br. Th. IV, 10, 1. 2 et int.
V, 7, 11 Ant. cfr. Br. Th. IV, 10, 2 et int.
" Nov. Val. VI, 1, 9 et int.
V, 7, 13 Ant. cfr. Br. Nov. Val. VI, 1, 7 (?).
V, 7, 14 Recc. cfr. Br. Nov. Val. VI, 1, 7 (?).
V, 7, 17 Recc. cfr. Br. Paul. II, 20, 6 et int. (?).
VI, 1, 8 Ant. cfr. Br. Th. IX, 30, 4 et int. [ex collectaneis Conrati].
VI, 2, 1 Chind. cfr. Br. Th. IX, 13, 2 int. et Br. Paul. V, 23, 3.
VI, 2, 4 Chind. cfr. Br. Th. IX, 13, 1 int. 3 int.
VI, 4, 2 Ant. cfr. Br. Th. IX, 11, 2 int. (?).
VI, 5, 8 Recc. cfr. Br. Th. IX, 9, 1 int.
" Gai. I, 3, 1.
VI, 5, 14 Chind. cfr. Br. Paul. III, 7, 1 (?).
VII, 2, 10 Ant. cfr. Br. Paul. V, 29, 1.
VII, 3, 3 Ant. cfr. Br. Th. IX, 14, 1 int.
VII, 4, 3 Ant. cfr. Br. Th. IX, 2, 2 int.
VII, 5, 1 Ant. cfr. Br. Paul. V, 27, 1 (?).
VII, 5, 2 Ant. in pr. cfr. Br. Paul. V, 27, 1 (?).
VII, 5, 4 Ant. cfr. Br. Paul. V, 27, 6 (?).
VII, 5, 6 Ant. cfr. Br. Paul. V, 27, 10 (?).
VII, 6, 2 Recc. cfr. Br. Th. IX, 18, 1 int.
" Paul. V, 27, 1.
VIII, 1, 2 Ant. cfr. Br. Th. IV, 20, 3 int.
" " II, 26, 1 int.
VIII, 1, 3 Ant. cfr. Br. Paul. V, 3, 1 (?).
IX, 3, 2 Ant. cfr. Br. Th. IX, 34, 3 et int.; Br. Nov. Major. II, 1 add. [ex collectaneis Meyeri].
XII, 2, 12 Recc. cfr. Br. Th. III, 1, 5.
" " XVI, 4, 1. 2.
" Paul. V, 24, 3. 4.

---

[1]) cfr. Meibom, Das deutsche Pfandrecht p. 258 sq.

Isidori Etymologiae. Ex litterarum operibus Hispaniae Conratus [I, 97 et 151] etiam illud ex Isidori Etymologiis ad Breviarium spectare opinatur. Nemo dubitabit, quin Isidoro, qui natione Romanus usque ad annum 636 sedem episcopalem Hispalensem obtinuit, Breviarium notum fuerit. Sed ut nuperrime etiam Zeumer [NA. XXIII, 480 sq.] disseruit, Isidorus in quinto Etymologiarum libro ius merum Romanorum expositurus historiam legislationis Romanae cum Theodosiano finivit ob eamque rem ut omnes Novellas ita etiam Breviarium Alarici omisit. Nonnullas quidem formas habet iuris Romani apud Visigothos vulgaris, exempli gratia 'ius liberorum' [V, 24, 13]; sed haec verba 'conjugum sine liberis invicem hereditatis alterna conscriptio', quamquam interpretationi Breviarii [Nov. Val. IV, 1] similia sunt, Isidorus vel auctor eius non ex lege Romana Visigothorum, sed potius ex iure illo consuetudinario sumpsisse videtur, quod, ut huiusmodi 'mutua testamenta' etiam formulae Visigothicae et Andecavenses praebent, ex fontibus Romanis Germanicisque haustum discrimina legum scriptarum utriusque nationis exaequans iuris uniformitatem postea a regibus ordinatam antecessit et praeparavit.

Reccesvindus a. 654 novo codice edito non solum Gothos sed etiam Romanos regni sui hac tantum lege vivere iussit itaque codici Alariciano legis vim undique sustulit.[1]) Constat etiam ecclesiam huic praecepto obtemperavisse, quo factum est, ut lex Romana Visigothorum mox in Hispania in oblivionem veniret.

Iuliani episcopi Toletani liber responsionum. Legitur quidem in vita Iuliani episcopi Toletani [† 690], quam unus ex eius successoribus nomine Felix confecisse dicitur, episcopum etiam 'librum responsionum' scripsisse 'in defensionem canonum et legum, quibus prohibentur Christiana mancipia dominis infidelibus deservire'. Conratus [I, 264 [3]] coniecturae favere videtur illas leges, quas Iulianus defendisset, inter Romanas esse quaerendas [Th. gen. XVI, 9 vel Br. Th. XVI, 4]. Quamvis mihi constet Iulianum ex prioribus aetatis suae annis Breviarii notitiam servavisse, tamen in illo libro responsionum eum potius legibus, quas reges Visigothici ex temporibus Reccaredi contra Iudaeos ediderunt, usum esse credo, quarum complures Iudaeos prohibent Christiana mancipia habere [LV. XII, 2, 12. 13. 14; XII, 3, 12 sq.].

Codex Rivipullensis et Legionensis. Neque a temporibus constitutionis illius Reccesvindianae in codicibus Hispaniae adhuc quidquam reperiri potuit, quod ad Breviarii notitiam referri posset excepto illo codice, qui in bibliotheca monasterii Rivipullensis saeculo undecimo fuisse videtur. Nam ut Ewaldus [NA. VI, 389] nos docuit, catalogus librorum eiusdem coenobii saeculo undecimo conscriptus hodie vero iam deperditus inter ceteros libros ad varias scientias spectantes non solum illius codicis eiusdem saeculi, qui hodie in archivio coronae regiae Aragoniae Barchinonensi seponitur, mentionem facit, quo praeter nonnulla capitularia Caroli Magni etiam Ansegisi collectionem continente Baluzius et Pertzius et Boretius in editionibus capitularium regum Francorum usi sunt, sed etiam codicem quendam 'legis Romanae' commemorat, quo nomine tunc in partibus Hispaniae vix alium librum quam Breviarium Alarici intellegere possumus. Alter codex [Legionensis, hac editione H] ante Reccesvindum scriptus paullo post huius regis constitutionem, quam supra commemoravimus, rescriptus est et ita ad nos pervenit [Mommsen in his Prolegomenis supra p. LXX].

Usatici Barchinoniae. Ita iuris Romani librorum notitia in Hispania evanuit, donec saeculo decimo tertio medio libri iuris Iustinianei ibidem pernotuerunt [Conrat I, 83]. Non omittendum vero est Usaticorum Barchinoniae[2]) duo capita ad Breviarium Alarici spectare. Sunt ex illa parte Usaticorum, quae non ad primam redactionem pertinet, sed e legibus comitis Raimundi Berengarii, qui anno 1076 obiit, excerpta est. Haec capita, si Fickeri opinionem sequimur, cum aliis huius collectionis ab iurisconsultis huius comitis ex extranei iuris fontibus hausta sunt. Nemo est, qui credat iurisconsultos eadem ex ipso codice Alariciano sumpsisse.

---

[1]) Zeumer NA. XXIII, 484 sq. Patetta in Digesto Italiano V, 977.

[2]) ed. Giraud in 'Essai sur l'histoire du droit français au moyen age', Paris 1846, II, 465 sq. cfr. Ficker in IOeGF. Tom. suppl. II, p. 261 sq. Conratus [I, 33 [5] et 470 [7]] haec aliaque fragmenta collectioni aliquanto post inserta esse putat.

U. c. 86 = Br. Th. XI, 14, 2 [cfr. Ben. Lev. III, 283; Ivonis Decretum XVI, 204; Panormia V, 21].[1])
U. c. 87a = Ep. Aeg. Paul. V, 39, 1.

II. Breviarii usus in Gallia, Germania regionibusque vicinis.

Prooemium.

Mox etiam in Francorum regno Breviarii notitia exstitit. Sexto enim saeculo maior pars Galliae Visigothicae Francorum regibus cessit[2]), unde Breviarium paullatim etiam in illis partibus regni Merovingici procedebat, quae nunquam antea sub Gothis fuerant et mox omnes Romani ibidem habitantes et ecclesia, quae in hoc regno iure Romano vivebat, hoc libro utebantur.[3]) Sed vigor eius, ut Mommsenus in his Prolegomenis [p. XXXVII, 9 et LXXXII] demonstravit, non tam e commonitorio Alarici regis pependit, quam ex iuris Romani agnitione civibus Romanis omnibus et potissimum clericis per diversa regna Gallica degentibus communi. Itaque Breviarium, quamvis nunquam pro lege promulgatum sit, apud eos lex Romana erat aliorumque fragmentorum iuris Romani, quae ibidem a prioribus temporibus ad manus fuerunt, vigorem, paullatim plurimorum etiam notitiam amovit.[4]) Singulos vero clericos in hoc regno iure nationis suae vixisse variis exemplis demonstrari potest.

Romanis regni Burgundici a Gundobado lex Romana Burgundionum data est, quam supplebant, aliter atque in regno Visigothico post constitutionem Alaricianam factum est, ius variaeque leges aevi Romani, quoad constitutionibus regum Burgundionum non mutatae sunt.[5]) At Burgundionibus a. 532 regno Francorum subiectis[6]) ibidem Breviarium, quae lex inter compilationes iuris Romani in regnis Germanicis adhibitis longe praestantissima et amplissima erat, paullatim locum illorum fontium obtinuit. Qua re id etiam explicatur, quod hae duae leges in codicibus saepe coniungebantur.[7])

Carolus Magnus.

Saepius quaestio orta est, num Carolus Magnus Breviarii usum in regno suo confirmavisset codicemque Alaricianum expressis verbis inter leges Francorum recepisset. Praeter Conratum aliosque[8]) ea de re imprimis Mommsenus in huius operis Prolegomenis [p. XXXIV add. et XXXVII] egit. Cum clausula, quam Cuiacius praebet, non vulgaris sit neque in ullo codice, qui ad nos pervenit, legi possit, nihil in hac re incerta opinione melius nobis supererit. Sed animadvertas paucis iam decenniis post decessum Caroli in partibus regni Francorum opinionem exstitisse Breviarium, quod apud Romanos huius regni iam antea consuetudine vigorem habuit, ab illo rege clarissimo eisdem pro lege scripta datum esse. Quod nisi ita fuisset, Benedictus Levita non ausus esset ex lege illa

---

1) Ut Ficker l. c. demonstravit, textus Usaticorum Benedicto propior quam Ivoni esse videtur.

2) Medio saeculo octavo etiam Septimania Visigothica Francis cessit. Breviarium, quod ibidem post constitutionem Reccesvindi obsoleverat, tempore Francorum ut in aliis huius regni regionibus denuo consuetudine Romanis pro lege fuisse videtur. Brunner I, 360[7]; Conrat I, 42.

3) Loening II, 284 sq.; Brunner I, 269 et 360; Conrat I, 41 sq.; Halban II, 323 sq.; Schroeder[4] 230[10].

4) Fragmentorum Vaticanorum et Consultationis veteris cuiusdam iurisconsulti ecclesiae scriptores minimum usum fecerunt; fragmenta Ulpiani sexto fere saeculo Breviario adiungebantur; Gai Paulique opera non integra regno Francorum nota erant, tantum in appendicibus et interpolationibus Breviarii quaedam Pauli fragmenta extra Breviarium vagantia adhibebantur ibidemque nonnulla ex Theodosiano genuino inserta sunt. Liber XVI Theodosiani Novellaeque ecclesiae vero maximo usui fuerunt; cfr. Conrat I, 81 sq. 143 et Halban II, 323 sq. 348 sq.

5) Brunner I, 356; Halban I, 268.

6) Anno 536 Wittiges Ostrogothorum rex Provinciam, quam Ostrogothi a. 510 post mortem Alarici a Visigothis acceperant, Francis tradidit. Kiener 5, 22, 23[7].

7) cfr. Brunner I, 356 sq.; Conrat I, 37 sq. Salis in editione nova huius legis M. G. LL. sectio I, T. II, 13; Halban I, 269[1].

8) Sav.[2] II, 164 sq.; Haenel LRV. XXII sq.; Conrat I, 44 et 226; Tardif OR. 135; Patetta AG. XLVII, 13 sq.; P. Fournier, Ann. Grat. XI, 398. — Memoria dignum est Carolum misso cuidam in Galliam delegato in capitulari anni 801—14 (?) praecepisse: 'Lege legem Romanam et sicut ibi invenies, exinde facias' [M. G. Capit. I, 145, 2].

Romana, quae aequalibus suis iuris Romani vulgaris peritis haud ignota fuit, tot capitularia fingere neque constitutioni Sirmondianae primae, quam in codice quodam Breviarii ex libro decimo sexto Theodosiani genuini aucto invenit, formam capitularis dedisset neque dixisset legislatorem eam consultu omnium fidelium tam clericorum quam laicorum ex libro decimo sexto codicis Theodosiani inter capitula pro lege tenenda posuisse [Ben. Lev. II, 366; M. G. LL. II/2, 91].

Postremo non omnino omittendum erit scriptorem epitomae Aegidianae decurtatae, quam codex Ambrosianus 46 inf. decimo saeculo in Italia septentrionali confectus nobis praebet, in principio in rubrica marginali verba posuisse: 'Haec capitula a Carolo primo et Pipino filio eius inter leges Francorum recepta et posita sunt.' Haec clausula, de qua inter ceteros Conratus, Patetta, P. Fournier egerunt[1]), ostendit, quantumvis illo tempore, quo concepta est, adhuc in memoria fuerit, quantam curam ille imperator etiam Breviario nostro impendisset et opinio valuerit Carolum Breviarium Alaricianum in leges Francorum recepisse. Praeterea si scriba ipsius codicis vel alius Italicus hanc rubricam ut puto confecit, decimo saeculo etiam in Italia septentrionali homines ita de Breviario cogitavisse videntur. Sed de rebus temporum Caroli nobis nihil certi praebere potest, quod illum non fugiet, qui scit, quam cito illis quoque temporibus memoria rerum actarum varietur.[2])

Breviarii usus in Francia meridionali.

Multos per annos in illis regionibus fere omne ius Romanum ex Breviario hauriebatur. Maximi momenti in partibus meridionalis Franciae erat, in quibus multo maior pars ibidem habitantium propter originem Romanam eius rationes secuta est. Vigorem iuris Romani reges auxerunt edicto Pistensi (864) ordinantes in partibus iuris Romani homines propter nonnulla crimina publica non illis poenis, quae capitularia regum Francorum constituunt, afficiendos sed secundum legem fori, quae ibidem Romana fuit, puniendos esse. Aliis e capitibus edicti legem originis adhibendam esse intellegi potest, quae vero ut supra diximus, incolis eius regionis plerumque Romana erat. Paullatim ius Romanum in partibus meridionalis Franciae ius terrae factum est itaque in iudiciis, quoad consuetudines contrariae non exstiterunt, quae iuri scripto antecedebant, promiscue et sine ullo discrimine adhibebatur.[3]) Sed etiam in septentrionali parte regni Francorum Romani in foro Breviario utebantur, quamdiu secundum originem eius cuique ius dicebatur. Paullatim nonnulla ex iure Romano Breviarii in ius consuetudinarium illorum finium transierunt[4]), undique vero Breviarii constitutiones iure consuetudinario multum immutabantur itaque id, quod instrumenta aliaque scripta 'legem Romanam' sive 'ius Romanum' appellant, a Breviarii dispositionibus valde discedit.[5])

in Francia septentrionali.

Iuris Iustiniani in partibus Francorum notitia.

Ius Romanum Iustiniani vero excepta illa Iuliani epitoma praeter Burgundiam[6]) ante saeculum duodecimum omnibus Franciae Germaniaeque partibus omnino ignotum fuit.[7]) Primus fortasse in illis civitatibus, quae regnum Francorum secutae erant, Ivo Carnotensis ius Iustiniani in libris suis adhibuit et excerpsit. At ipse ex originali unum codicem novit, Pandectarum et Institutionum locos ex compendio iuris Iustiniani hausit,

---

[1]) cfr. haec Prolegomena p. XXXVII[1].

[2]) Waitz[2] VI, 516. — Quae quidem de origine magnorum iuris Germanici medii aevi Speculorum saeculo XIII confectorum homines iam saeculo XIV senserint, Henricus Siegel illustravit in comm. min. Vind. cl. phil. hist. CXL, quocum confer, quae ipse scripsi, ZfRG.[2] XXI, 273 sq. et 278.

[3]) Brunner I, 263; Tardif OR. 267 sq.; Conrat I, 43[6]; Brissaud 61 et 150 sq. — Sententiam consulum Tolosanorum anni 1246 ex consuetudinibus et libertatibus Tolosanis Tardifius in libello: Le droit privé au XIII[e] siècle (1886) p. 5[3] praebet: 'Est consuetudo in hac civitate contraria, quae iuri scripto praevalet et est penitus observanda.'

[4]) Caillemer 6 sq.; A. Tardif, Le droit privé p. 5 praecipue consuetudines Atrebatenses [coutumes d'Artois] 1283—1302 [T. LIV, 2 cfr. Br. Th. II, 9, 2 int.] nominat.

[5]) Tardif OR. 267 sq.; Stouff 9 et 10.

[6]) Conrat I, 37 sq.; Halban I, 269; II, 342 et 353[3]; Patetta in Riv. It. XII, 309 sq. hanc Conrati opinionem denegat.

[7]) Conrat I, 33 sq. et 77 sq.; Brissaud 170 sq. et 176.

quod nobis in collectione decretalium Britannica servatum est.[1]) Mox iurisconsulti, qui in universitatibus Franciae docuerunt, non solum Breviario sed etiam in dies magis Iustiniani libris studuerunt medioque saeculo duodecimo ius Iustiniani more Bononiensi traditum doctrinam Breviarii eiusque usum forensem abstulit. At dignum est, quod memoretur nonnullos iuris consuetudinarii Franciae titulos iure Romano Breviarii propiores esse quam Iustinianeo et imprimis compilationem iuris Tolosani[2]) a rege Philippo approbatam annoque 1286 promulgatam, ut A. Tardifius docuit, pluribus quam sexaginta articulis ad ius Anteiustinianeum legis Romanae Visigothorum eiusque in partibus Galliae transformationes respicere[3]), quorum nonnulla, quae ad Breviarium spectant, hoc loco apponam: *Compilatio iuris Tolosani.*

Art. 62 cfr. Br. Paul. V, 5, 2.
„ 76 cfr. Br. Gai II, 9, 2.
„ 88, 113, 114, 116 cfr. Br. Th. III, 13, 3 et int.
„ 121 cfr. Br. Paul. II, 26, 4.
„ 124 cfr. Br. Gaii II, 8, 3 et Br. Paul. IV, 8, 1 int. in pr.

Saepius inter homines doctos quaestio orta est, quanti momenti Breviarium ecclesiae catholicae in regno Francorum fuerit.[4]) Cum vero Conratus in secundo historiae fontium et scriptorum iuris Romani medii aevi volumine eam rem uberius tractaturus sit, hoc loco pauca tantum adferam. Breviarii praesertim liber decimus sextus Theodosiani ad res ecclesiae spectat. Plures constitutiones et privilegia quam lex Romana Visigothorum Theodosianus genuinus et Novellae ecclesiae dederunt. Quibus ecclesia illis temporibus etiam in regno Francorum praeter Breviarium utebatur, quamquam constitutiones imperatorum Romanorum, quae Breviario non insertae erant, ita ut Theodosianus genuinus et Novellae ibidem in foro saeculari obsoleverunt. Ecclesiae usui epitomae libri decimi sexti Theodosiani factae necnon Breviarii codices conscripti sunt, qui praesertim in libro decimo sexto Theodosiani variis ex genuino constitutionibus augebantur ad privilegia et iura ecclesiarum spectantibus. Quorum L, E, O epitomeque codicis Parisini suppl. 215 ad nos pervenerunt. Sed etiam A, quamquam id, quod servatum est, librum XVI non complectit, in indice rubricarum haec additamenta ostendit. Praeter quaedam fragmenta alio loco enarranda tantum librum decimum sextum ex genuino auctum codices Y et D praebent. Denique ecclesiae in usu collectiones constitutionum Sirmondianarum erant. *Breviarii usus in ecclesia.*

Episcopi quatenus in iudiciis ecclesiasticis iurisdictionem quandam de clericis et laicis exercebant, praeter statuta canonum praesertim legem Romanam adhibebant itaque per partes regni Francorum Breviario eiusque epitomis, quorum nonnullae ipsius ecclesiae usui factae sunt, nitebantur. In rebus forum saeculare attingentibus singuli clerici, nisi qui origine Romani fuissent, iure Romano non vivebant; ecclesiae ipsius res vero ibidem iure Romano tractabantur, cum ea ex Romanorum imperio ad Francos pervenisset. Contra illae ecclesiae, quae in mundio regis vel potentis cuiusdam stabant, iure protectoris vivebant.[5])

Concilia Galliae in conficiendis canonibus multa fragmenta Breviarii eiusque additamentorum imprimis ex libro decimo sexto Theodosiani integri assumpsisse nemini mirum est. Tabella huius rei pauca exempla adferet. Quae vero scriptores rerum ecclesiasticarum ex Breviario habeant, alio loco commemorabimus. *Concilia Galliae.*

Concilia aevi Merovingici.

Concilium Aurelianense a. 533 [Maassen, Concilia I, 61 sq.].
c. XI cfr. Br. Paul. II, 20, 4 int.

---

[1]) Conrat, Der Pandekten- und Institutionen-Auszug der britischen Dekretalensammlung als Quelle des Ivo (1887) p. 5 et 13 sq.; Conrat I p. 77 sq. et 378 sq.; P. Fournier in Bibl. de l'école des chartes LVII et LVIII passim.

[2]) A. Tardif, Coutumes de Toulouse (1884).

[3]) A. Tardif, Le droit privé etc. 43. 63. 78. 82. 95. 101; idem OR. 136 et 190 et 402 sq.; Conrat I, 79.

[4]) Loening I, 520 sq. II, 36 sq.; Conrat I, 5 sq. 145 sq. 218 sq. 252 sq.; Halban II, 348 sq.

[5]) Loening II, 286 sq.; Brunner I, 269 sq.; Conrat I, 41 sq.; Schroeder[4] 230[10].

Concilium Aurelianense a. 549 [ibidem 99 sq.].
c. VII in fine *leges* cfr. Br. Th. IV, 7 et IV, 10, 1 [Halban II, 350[6]].

Concilium Turonense a. 567 [ibidem 121 sq.].
c. XXI (p. 129) *lex Romana constituit* etc. = Br. Th. IX, 20, 1 int. et 2 in pr.
c. XXII (p. 132) *aperta est, ut* etc. = fr. Br. Th. III, 12, 3 int. 4 int.

Concilium Matisconense a. 583 [ibidem 155 sq.].
c. XVI (p. 159) cfr. Br. Th. XVI, 4 (?) [Haenel LRV. 465; Conrat I, 8[1. 2]].[1])

Concilium Matisconense a. 585 [ibidem 163 sq.].
c. IX (p. 168) *canones atque* etc. cfr. Br. Th. XVI, 1, 2.[2])
c. XIV (p. 170) cfr. Br. Th. IV, 20, 2 [Patetta Riv. It. XII, 311].

Concilium Nannetense a. 658 [Mansi XVIII, 171 sq.].
c. XIX *ait enim lex* = Br. Th. II, 12, 5 int. [Conrat I, 13[1]; E. Seckel NA. XXVI, 61].

Concilia aevi Carolingici et posteriora.

Concilium Meldense-Parisinum 845 VI, 17—846 II, 2 [M. G. Capit. II p. 388 sq.].
c. LXXII (p. 415) cfr. Br. Nov. Val. V, 1.[3])
c. LXXIII (p. 416) cfr. Br. Th. XVI, 4, 1 int.; const. Sirm. VI;
„ Nov. Theod. III, 1 int.[4])

Concilium Duziazense primum 871 [Mansi XVI, 569 sq.].[5])
Petitio proclamationis (p. 578 sq.) *et leges sacrae — convinci* cfr. Br. Paul. V, 5, 3.

Scedula sive libellus expostulationis Hincmari metropolitani Remensis adversus Hincmarum Laudunensem episcopum.

c. 10 (p. 590) *quid sit autem — ostenditur: 'Qui per calumniam — placuit'* = Br. Paul. V, 4, 11 [Haenel LRV. 250. 256 sq.].
et in libro I sententiarum eiusdem Pauli: 'Calumniator — subdatur' = Br. Paul. I, 5 totum.
c. 11 (p. 591) *et item subscripsit — fecit, ut 'delatori — amputetur'* = Ep. Paris. Th. X, 5, 1.
c. 19 (p. 603) *sicut — dicens: 'Clericus si aliquem — iudicium'* = Br. Nov. Val. XII, 1 int. in pr.
c. 23 (p. 614) *et sacrae leges — dicunt: 'Quoniam confiteri — potest'* = Br. Paul. V, 5, 3.
et de clericis — demonstrant, ut 'clerici — iudicium' = Br. Nov. Val. XII, 1 int. in pr.
leges sacrae dicunt, ut 'In criminalibus — accuset' = Br. Paul. V, 18, 11 int.
'In causa — potest' = Br. Paul. V, 5, 9.
(p. 615) *in libro VIII Theodosianae legis cap. XXIX de calumniatoribus scriptum est: 'Gratianus — Eutychiano coss.'* = Br. Th. IX, 29, 1. 2. 3.
(p. 616) *et item ibi post alia: 'Calumniatores etiam sunt — detrudentur'* = fr. Br. Th. IX, 29, 3 int.
et in libro X c. 5 de delatoribus lex promitur cfr. Br. Th. X, 5.

---

[1]) vel Iust. I, 10.

[2]) cfr. Loening II, 520. — Conrat I, 8[2] verba 'de episcopali audientia' ad titulum codicis Iustiniani, qui de hac re agit, referenda esse putat. Sed verba 'episcoporum audientia' etiam in interpretatione ad Br. Th XVI, 1, 2 invenies. C. VIII eiusdem concilii mundanos principes censuisse dicit, ut quicunque ad eorum statuas confugerit, illaesus habeatur. Huic textui Conratus l. c. titulum codicis Iustiniani, de his qui ad statuas confugiunt [I, 25] et codicis Theodosiani titulum IX, 44 adfert, cuius unica constitutio in Breviarium non transiit. C. XVII neque cum Breviario neque cum alia lege hodie nota cohaerere videtur. C. XVIII de incestis copulationibus potius cum Institutionibus Iustiniani [I, 10, 2] quam cum Breviario [Br. Th. III, 12, 3 vel Br. Gai. IV, 8] conferendum esse Conratus putat. Contra Patetta Riv. It. XII, 310[2].

[3]) Haenel LRV. 280.

[4]) Conrat I, 21[4], Patetta l. c. 311[1].

[5]) Conrat I, 22 et 230; Halban I, 186.

c. 24 (p. 619) *sed et quia — sacrae leges dicunt, quia 'convinci nemo — potest'* = Br. Paul. V, 5, 3 in fine.
ut 'delatori — amputetur' cfr. Ep. Paris. Th. X, 5, 1 in pr.
c. 25 (p. 620) *et sacrae leges dicunt, quia 'nemo convinci — testibus'* = Br. Paul. V, 5, 3 in fine.
et item sacrae leges dicunt = Br. Th. XI, 14, 2 int.
c. 28 (p. 625) *et hoc — legimus* cfr. Br. Th. I, 2, 4.
c. 30 (p. 630) *sacrae quippe leges — dicunt 'quia iure — confessus est'* = Br. Th. IX, 1, 11 in fine.
et item: 'Non credendum — professio' = Br. Th. IX, 1, 7 int.
et item — dicunt: 'Si episcopus — non licere' = fr. Th. XVI, 2, 41.
c. 34 (p. 638) *ex interpretatione — dicitur, quoniam 'quicunque — inchoare'* = Br. Th. IV, 16, 2 int. in fine.
c. 35 (p. 639) *et sicut sacrae leges dicunt 'quia hoc — retinendum'* = Br. Th. XI, 14, 3 int.
secundum sacras leges dicentes quoscunque convinci — fuisse cfr. Br. Paul. V, 5, 3 in fine.
verum de trina commonitione sacrae leges dicunt: 'Quicunque tribus auctoritatibus — potest' = Br. Paul. V, 5, 6 int. 7.
(p. 642) *nam de appellatione — modo: 'Moratorias — decet'* = Br. Th. XI, 11, 1 in pr.
(p. 643) *et ex interpretatione — dicit: 'Chronopium — erogari'* = Br. Th. XI, 11, 3 int.

Responsa episcoporum ad libellum proclamationis Caroli regis contra Hincmarum Landunensem episcopum.

c. 3 (p. 645) *de seditione — est: 'Si quis — subiacebit'* = Br. Th. IX, 28, 1 int.
et in libro — fiunt 'In eos — simplum' = Br. Paul. V, 3, 1 et int. 2.
c. 4 (p. 647) *de pervasione — Augusti: 'Episcopi — contumacis'* = Br. Nov. Val. XII, 1 int. in pr.
et in libro — Photium 'Quicunque — pervaseris' = fr. Br. Th. IV, 20, 2 int.
et in libro — Messianum 'Cognovimus — pervasisse' = Br. Th. IV, 20, 3 int.
c. 6 (p. 651) *et in legis — dicitur 'Quicunque — retinendum'* = Br. Th. XI, 14, 3 int.
c. 7 (p. 651) *sacrae leges dicunt, ut 'Ultra — admissum'* = fr. Br. Th. IX, 1, 5.
et ex interpretatione legis ipsius: 'Criminum — audiri' = Br. Th. IX, 1, 5 int.
et ex interpretatione legis Marciani: 'Si quis — pertrahendum' = fr. Br. Nov. Marc. I, 1 int.
c. 8 (p. 652 sq.) *in libro nono — est: Gratianus — Bautone coss.* = Br. Th. IX, 29, 1. 2.
et item: Arcadius — Eutychiano coss. = Br. Th. IX, 29, 3.
et item ibi post alia: 'Calumniatores etiam sunt — detrudentur' = fr. Br. Th. IX, 29, 3 int.

Acta synodi cum Hincmaro Landunensi episcopo canonice vocato et praesente.

c. 1 (p. 659) *cum leges dicant, ut 'res olim — non potest'* = Br. Paul. V, 5, 8.
quia secundum sacras leges 'neque accusator — defendatur' = Br. Paul. V, 18, 11.
c. 3 (p. 661) *'Neganda est — evitare'* = Br. Th. IX, 1, 7.
c. 7 (p. 668) *dicunt enim leges, ut 'ultra provinciae — admissum'* = fr. Br. Th. IX, 1, 5.

Epistola synodalis ad Hadrianum papam.

(p. 681) *nemo nisi aut scriptura — convinci* = Br. Paul. V, 5, 3.

Concilium Duziazense secundum a. 874 [Mansi XVII, 282 sp.].[1])

Diffinitio eiusdem synodi de quadam monacha nomine Duda sacrilege corrupta.

c. 2 (p. 289 sq.) *unde sacrae leges — dicunt: 'Calumniatores sunt qui falsa — detrudentur'* = fr. Br. Th. IX, 29, 3 int.
et item: 'Non est ratio — terreri' = Br. Th. IX, 29, 1.
et item: 'Quicunque — retinendum' = Br. Th. XI, 14, 3 int.
decernente hinc sacra lege, quam probat ecclesia: 'In convictum — iudicabit' = Br. Paul. V, 18, 13 et int.

---

[1]) Conrat I, 22 [2].

c. 3 (p. 290) *quia vero lex dicit: 'Criminum — audiri'* = Br. Th. IX, 1, 5 int.
c. 5 (p. 291) *leges dicunt: 'Iudex criminosum — convincatur'* = Br. Th. IX, 30, 1 int.
et item: 'In criminibus — compellitur' = Br. Paul. V, 16, 1.
et item: 'Unius facinoris — videatur' = Br. Paul. V, 16, 2.
et item: 'Testes — dicturos' = fr. Br. Th. XI, 14, 2 int.

Concilium Moguntiacense a. 888 [Mansi XVIII, 62 sq.].

c. 14 (p. 68) *quoniam censemus alterius nullum iudicis — teneri* cfr. fr. Br. Th. IV, 14, 1 int. [Haenel 122 b et 465; contra Conrat I, 21 4].[1])

Concilium Trosleianum a. 909 [Mansi XVIII, 263 sq.].

c. 8 (p. 288) *item ex libro legum Theodosii III cap. 12: Quod incesti non sunt 'legitimi heredes, sed infamia sunt notatae utraeque personae'* = fr. Br. Th. III, 12, 3 int.
c. 9 (p. 289) *et inde lex a christianis imperatoribus est promulgata hoc modo: 'Quicunque clericatus — concessa'* = fr. Br. Th. XVI, 1, 6 int.[2])

Conciliabulum Remense a. 991 [Mansi XIX, 161].

lex dicit 'Quicunque tribus — iudicatum' = Br. Paul. V, 5, 6 int. [ex Hincmaro, ut Conratus suspicatur I, 26 1].

Concilium Bellovacense a. 1114 [Mansi XXI, 122 sq.].

c. 12 (p. 124) *ex libro legum Novellarum divi Valentiniani cap. 12: 'Si lis intra tricennium — extincta'* = fr. Br. Nov. Val. XII, 1 int. [Conrat I, 29 5. 6 et 79].

Num Breviarii in partibus Germaniae usus fuerit.

Quaeritur num ius Romanum etiam in partibus regni Francorum orientalibus valuerit. Illa legis Ribuariae pars, quam homines docti edictum cuiusdam regis Francorum fortasse Dagoberti primi (628—639) esse dicunt[3]), ecclesiam secundum legem Romanam vivere declarat. Habet etiam manumissionem secundum legem Romanam et libertum, si civis Romanus fuisset, secundum legem Romanam iudicandum esse dicit.[4]) Helvetiae et Tirolis partes Romani incolebant ibidemque ut in Francia meridionali iure Romano 'vulgari' vivebant, quidam in Bavaria et Suevia prope gentes nationum Germanicarum remanserunt[5]); in Germaniae vero interioris regionibus Romani sedes non habebant.[6]) Quia popularium regni Francorum unusquisque, ubicunque intra fines totius regni in iudicio erat, lege originis suae respondebat, Romanis etiam extra illas regiones Germaniae, in quibus leges Romanae vigebant, iure suo uti licuisset, quoad iudicantibus legum Romanarum scientia inesset. Procedente vero tempore ius Romanum in partibus Germaniae interioribus, si modo umquam eius notitia eodem pervenerat, omnino in oblivionem venit, ut ius scriptum paullatim non scripto et lex originis legi terrae cessit, quae fere omnes unius territorii incolas quamquam variae originis erant, tenebat. Num ecclesia post saeculum nonum per aliquod tempus in partibus Germaniae regionibusque vicinis in exercenda iurisdictione sua de clericis et laicis ius Romanum adhibuerit, num praeter Dionysio-Hadrianae, quod vix credere possim, etiam Breviario genuino, fortasse vero epitomae Aegidianae animum adverterit et quo ex tempore clerici in iudiciis alios iuris libros, in

---

1) cfr. Ben. Lev. III, 308, Add. IV, 23; Angilr. 18, Regino II, 307. — Burchardus XVI, 9, quem inter varios compilationes etiam libri Extra Gregorii IX [c. 6 X, 5, 1] sequuntur, inscriptione 'ex concilio Moguntino' sententiam Pauli Breviario insertam [I, 6, 1] praebet. Aeque Burchardus XVI, 37 = c. 4 X, 5, 16 aliud fragmentum Breviarii [Th. IX, 4, 2 int.] concilio quodam Parisino tribuit. Utraque inscriptio teste Conrato [I, 21 4. 262 1] ficta est. Burchardus fragmenta inscriptionibus mutatis ex fontibus assumpsisse videtur [Ben. Lev. III, 163; Regino II, 144], quibus in conficiendo decreto suo usus est.

2) Cetera fragmenta, quae Haenel LRV. 465 Breviario tribuit, patres concilii ex Ben. Lev. hauserunt. Conrat I, 26 1.

3) cfr. Sohm ZfRG. V, 426 sq.; Brunner I, 305; Schroeder 4 236. Contra E. Mayer, Zur Entstehung der lex Ribuaria p. 73 sq. et 173 sq.

4) L. Rib. ed. Sohm LVIII, 1. 5 et LXI, 2; E. Mayer l. c. 140 sq.; Brunner I, 243 sq.

5) Jung, Römer und Romanen in den Donauländern (1877) p. 207 sq.

6) Stobbe I, 263; Conrat 31 1.

quibus statuta canonum cum legibus Romanis coniuncta erant, adhibuerint, quia illius temporis minima monumenta ad nos pervenerunt, in dubio relinquam. Conciliorum Germaniae ut vidimus unum Moguntiacense a. 888 quendam textum praebet, qui cum Breviario conferri potest. Sed incertum est num patres concilii ea, quae illo canone ordinaverint, ex ipso Breviario hauserint. Chartae in partibus Germaniae confectae nullam iuris Breviarii mentionem facere videntur. Sed in paucis Germaniae monasteriorum bibliothecis quosdam Breviarii praesertim epitomarum codices fuisse constat. De quibus infra brevi agemus. Item de iuris Romani potestate in Raetia-Curiensi et in Tirole meridionali, quae certe ineunte saeculo undecimo, fortasse iam temporibus Ottonis primi non Italiae sed regno Germanico adnumerabatur [1]), apto loco disseremus.

Placita instrumentaque et rerum scriptores.

Nunc placita instrumentaque tractabimus, quae Breviarii et in foro et in negotiis privatis usum demonstrant. Pauca etiam de rerum scriptoribus dicemus. Animadvertas quaedam eorum Breviarium 'legem Theodosianam', 'legis Theodosianae libros', 'Theodosii decreta', 'libros Theodosiani et Hermogeniani seu Papiani' nominare. Quaedam vero 'legem Romanam' memorant, quarum antiquiores ad ipsum Breviarium pertinent, posteriores vero ius Romanum indicant, quod in illis regionibus consuetudine non solum secundum sed etiam praeter vel contra ius scriptum exstitit. Aeque illius temporis instrumentorum formularumque verba 'lege Salica' vel 'lege Gombata' vel 'lege Gotha' non omnino ad antiquas leges scriptas referenda sunt sed in dies magis ius consuetudinarium laudant, quod in illis regionibus antiquas leges vel adiuvit vel supplevit vel correxit.[2])

1. Primo Gregorii Turonensis mentionem faciemus. Refert in historia Francorum [IV, 46] Andarchium quendam servum 'de legis Theodosianae libris' eruditum fuisse.[3]) In Vitis patrum [VIII, 5] testamentum sancti Nicetii Lugdunensis episcopi anno 573 'post dies, quas lex Romana sancivit' apertum esse[4]) dicit, quocum Br. Paul. IV, 6, 2 conferendum est. Clausulam 'secundum leges Romanas' etiam Gesta Dagoberti[5]), compilatio illa saeculi IX confecta, de cuius fide valde dubitatur, Aimoniique monachi[6]) Floriacensis gesta Francorum praebent. Uterque fortasse fragmento Breviarii [Br. Paul. III, 7, 1 int.] nititur.[7])
2. Testamentum Burgundofarae in favorem monasterii Eboriacensis conscriptum (632) habet verba 'in lege quoque Theodosiana'.[8])
3. Scriptor vitae s. Praeiecti episcopi Arvernensis et martyris circa annum 674 defuncti refert episcopum iuxta statuta canonum vel 'legem, quae dicitur Romana' [cfr. Br. Th. II, 8, 2] sabbato ante Pascham in iudicium venire noluisse.[9])
4. Bonitium episcopum Claromontanum, qui anno 709 decessit, 'Theodosii decretis' id est Breviario edoctum fuisse anonymus vitae eius auctor narrat.[10])

---

[1]) Diu fines inter Italiam et Germanicum regnum incerti erant. Dilapso regno Carolingico saeculo decimo marchia Bernensis Italiae adscribebatur. Ab anno 952 vero marchiones natione Germanici ibidem negotia gesserunt ducique Bavariae postea illi Carinthiae subditi erant. Anno 1027 Conradus II episcopo Tridentino comitatum Tridentinum, qui pars marchiae Bernensis erat, administrandum tradidit. Exceptis nonnullis regionibus hoc territorium, si non ab anno 952, at certe ab anno 1027 ad regnum Teutonicum pertinebat. Saeculo duodecimo edictum Friderici (1182) Tridentum regni Teutonici civitatem nominat. cfr. Durig, Über die staatsrechtlichen Beziehungen des italienischen Landestheiles von Tirol zu Deutschland und Tirol (1864); Stumpf in 'Forschungen zur deutschen Geschichte' XV, 159; Waitz V[2], 151; VI[2], 370; Th. Sickel in IOeGF. VI, 125 et tom. suppl. II, 102 sq.

[2]) Stouff l. c. 9. 10.

[3]) M. G. SS. rer. Merov. I, 180. Cfr. Sav.[2] II, 123; Fitting, Anfänge 16[c].

[4]) M. G. ibid. I, 695.

[5]) M. G. ibid. II, 399 sq.

[6]) Migne, Patrol. lat. CXXXIX, 627 sq.

[7]) cfr. Sav.[2] II, 110[f].

[8]) Pardessus, Diplomata chartae etc. (1849) II, 15 sq. Cfr. Sav.[2] II, 119.

[9]) Acta sanctorum Bolland. 25. Ian. p. 632. Conrat I, 14[2].

[10]) Mabillon, Acta sanctorum ord. s. Bened. saec. III I, 79; Sav.[2] I, 465; Fitting, Anfänge 17[e]. Quibus Fittingus l. c. addit fragmentum vitae S. Desiderii Caturcensis episcopi (629—654), quo auctor episcopum legum Romanarum indagationi studuisse contendit.

5. In placito, quod Carolus Magnus anno 797 die decimo septimo mensis Februarii apud Aquas habuit, Asoarius abbas Prumensis in iudicio villas quasdam 'secundum quod lex Romana edocet et sui scabini ei indicaverunt' reddidit.[1])

6. Charta donationis Harvici Andecavensis monasterio Prumensi factae [a. 804] in proemio habet verba: 'cum in libris Theodosiani et Hermogeniani seu Papiani, per quem lex continet, scriptum est, quod donationi traditio subsequatur', quocum Br. Th. VIII, 5, 1 int. conferas.[2])

7. Praeceptum Ludovici Caeci Bosonis filii [894 III. Idus Augustas], quo donationem patris sui episcopo Gratianopolitano confirmat, in fine hanc clausulam praebet: 'Illud etiam inserere iussimus, ut si aliquis nostro facto refragator in aliquo repertus fuerit, mox poenam, quam lex Theodosii praecipit, id est XXX libras auri, esse multandum etc.'[3]) Poenam XXX auri librarum neque in Breviario neque in Theodosiano genuino invenies. Attamen 'legem Theodosii' Breviarium mihi esse videtur faveoque coniecturae poenam, cuius etiam formula codicis Vercellensis mentionem facit, in iure Romano aevi Francorum statutam itaque legi Theodosii adscriptam esse, quo nomine tum Breviarium significabatur.

8. Charta donationis, quam Arnaldus comes Carcassoniae monasterio s. Ioannis Baptistae Castri-Malasti anno 949 dedit, dicit: 'quod legis Romanae primum capitulum apud librum tertium saluberrime intonat: Cum inter ementem — permittatur' = Br. Th. III, 1, 1 int.[4])

9. Instrumentum placiti Arelatensis anno 968 die vicesimo Augusti sub Guilelmo comite Provinciae habiti dicit: et si legibus factum et definitum habui, qualiter lex Romana commemorat: 'quicquid in praesentibus partibus fuerit ordinatum, habebit plenissimam firmitatem nec poterit immutari' = Br. Th. IV, 15, 2 int.[5]) Idem fragmentum etiam placitum a. 984 secundo die Februarii in Monoasca habitum praebet, nam quae de lege Romana dicit, ex illo placito anni 968 sumpsisse videtur.[6])

10. Charta donationis Guilelmi Provinciae comitis anno 979 die decimo septimo mensis Aprilis filio suo factae in proemio hac clausula ornatur: 'Auctoritas etenim iubet ecclesiastica et lex praecipit Romana, ut quicunque rem suam in alicunque transfundere voluerit potestatem, per paginam testamenti eam infundat, ut prolixis temporibus secura et quieta permaneat.'[7]) Variae chartae notitiaeque eandem similemve clausulam passim etiam abbreviatam praebent. Quarum complures chartularium abbatiae S. Victoris apud Massiliam continet, exempli gratia donationes Bertranni comitis [1018—32], Geraldi [ca. 1060], Rostagni episcopi Vasionensis [1117 VI, 28].[8]) Talia etiam in chartulario Lerinensis abbatiae invenies, exempli gratia in instrumentis Fulconis [saec. XI], Adelberti [saec. XI], Guilelmi Gauceranni [1026—1066], Guilelmi [1030—1046], Raimundi comitis [1046—1066], Rostagni Avinionensis praesulis [1073], Gaufredi episcopi Antipolitani [1083], Abellonii [1092], Augeri Regensis episcopi [1096], Blacatii [1096—1115] et Bertranni Engilramni de Corsegolas [1155].[9]) Quorum duo [1083 et 1096] non solum 'lege Romana' sed etiam 'Francorum' ordinatum esse dicunt, donationes per scripturas faciendas esse, alia [ut 1073, 1092, 1096—1115, 1155]

---

[1]) Beyer, Mittelrhein. Urkundenbuch I, 41; Hübner ZfRG.[2] XII addit. 22 No. 134.

[2]) Beyer l. c. I, 47; Sav.[2] II, 120; Haenel LRV. 465.

[3]) Collection de docum. inedits sur l'histoire de France. Cartulaires de l'eglise cathédrale de Grenoble ed. Marion 65. Conrat I, 37; Patetta, Riv. It. XII, 309 sq.

[4]) (Vaissette) Histoire de Languedoc II, preuves 91. Sav.[2] II, 114[d]; Haenel LRV. 72[c].

[5]) Martène, Collectio amplissima I, 322. 323; Guérard, Cartulaire de l'abbaye de S. Victor de Marseille I, 307 sq.; Sav. II, 111[k]; Haenel l. c. 465; Conrat I, 38[3].

[6]) Martène l. c. I, 334; Sav.[2] II, 117[e]; Haenel l. c. 465; Conrat I, 38[3].

[7]) Guérard l. c. II, 509.

[8]) Guérard l. c. II, 12; I, 362. 369. 399; II, 472. Cfr. chartam donationis Rostagni sine die, Gallia christiana I, 73.

[9]) Moris et Blanc, Cartulaire de l'abbaye de Lérins I, 49, 46, 91, 125, 252, 242, 92, 198, 215, 224 et 292.

praeter legem Romanam etiam 'documenta sanctorum apostolorum', 'scripturae divinae testimonia', 'auctoritatem ecclesiasticam', 'sapientium consuetudinem' memorant ex eisque rationes donationum conscribendarum ducunt. Quibuscum conferas arengam chartae, qua Isembertus episcopus Pictaviensis anno 1029 mense Maio Cadelonem vicecomitem eiusque filium ecclesiam quandam monasterio Cluniacensi submisisse confirmavit. In qua legere potes 'etiam Romanorum principatus lege sancitum esse donationes scriptionis serie antiquitus legaliterque faciendas esse'.[1]) Itaque donationis Bertranni episcopi Reiensis instrumentum anno 1052 confectum dicit 'ut cuiuscunque rei donatio litterali particulatione insigniretur et testium munitione firmaretur'.[2]) Dein charta donationis Berengarii Foroiuliensis episcopi (1095) exponit 'Romanae legis aliarumque legum docent praecepta, hoc etiam sanctorum patrum confirmant instituta, ut quicunque aliquid de suo in alterius potestatem transfundere voluerit, per chartam testamenti illud infundat'. Eiusdem charta anni 1101 verbis incipit: 'Romanae legis auctoritate cautum habetur, ut cum aliquis donationem facit, in instrumento ea conscribatur ipsumque instrumentum eorum, qui donationem fieri vident, testimonio confirmetur.'[3]) Denique charta Adalaxis Avenniacensis comitissae [1129] in proemio clausulam praebet: 'Romana lex praecipit et antiqua consuetudine sancitum est etc.' Quae clausulae[4]), quantum ad legem Romanam pertinent, iure consuetudinario nituntur, quod praeter Breviarii fragmentum [Br. Th. VIII, 5, 1] exstitit.

11. Otto abbas Cluniacensis vitam S. Geraldi conscribens libro III c. 4 narrat comitem recusasse plures quam C servos dimittere, 'ut lex mundialis in hoc observetur', quocum Br. Gai. I, 2 pr. et Br. Paul. IV, 14, 4 conferas.[5])

12. Charta donationis monasterio S. Petri Garnensis factae [ca. 1015] in proemio narrat: 'Multum declarat sive docet lex Romana vel Salica, ut unusquisque homo de res suas proprias licentiam habeat ad faciendum, quod voluerit' quocum Br. Th. VIII, 5, 1 conferendum est.[6])

13. Fulbertus Carnotensis in epistula quadam anni 1016 vel 1017 ad Theodericum Aurelianensem episcopum directa interpretationem ex Br. Th. I, 2, 1 praebet. Idemque fragmentum ex Constantino etiam canonici Carnotenses epistulae ad Leuthericum Senonensem archiepiscopum anno 1029 directae inseruerunt.[7])

14. Quamvis ipsum Breviarium sive legem Romanam non memorent, tamen eiusdem praecepta [Br. Paul. IV, 6] observant testamenta Bertranni [616] et Haidoindi [† 642] Cenomanensium episcoporum et Widradi Flaviniacensis abbatis [† 748].[8])

15. Hoc loco etiam, quamquam de earum fide valde contenditur, illam relationem vel evindicationem sive memoriale et responsionem[9]) adferam, quas in capitibus XLIII et XLVII Gestorum Aldrici Cenomanensis episcopi [832—856] tempore eius conscriptorum legere potes. In relatione narratur, quomodo monasterium Anisolae ad ius Cenomanicae matris ecclesiae ante dominum Ludovicum imperatorem ab Aldrico episcopo canonice et legibus evindicatum fuerit. Qua in lite coram iudicibus nonnullae canonum legumque sententiae recitatae sunt, inter quas capitula legis Romanae Wisigothorum assumebantur. Primo fragmentum Br. Nov. Val. XII, 1 int. cum inscrip-

---

[1]) Bruel, Recueil des chartes de l'abbaye de Cluny IV, 19 sq.

[2]) Gallia christiana I, App. 82; cfr. Sav.[2] II, 112[q].

[3]) Gallia christiana I, App. 84 et 83; cfr. Sav.[2] II, 112[q].

[4]) Gallia christiana I, App. 142; cfr. Sav.[2] II, 112[q].

[5]) Migne, Patrol. lat. CXXXIII, 691 sq.; cfr. Sav.[2] II, 111[l m].

[6]) (Vaissette) l. c. II, preuves 169. Praeterea 'legem Gothorum' id est Visigothorum commemorant documenta Septimaniensia [c. 941 et 1060] Gallia christiana I, App. 3 et 4 [Sav.[2] II, 115[e]].

[7]) Bouquet, Recueil des historiens des Gaules et de la France X, 453 et 508. Conrat I, 29[7 et 8].

[8]) Mabillon, Vetera analecta, ed. nova [1723] p. 255 et 267. Acta Sanctorum ordinis Benedicti S. III. I, 632 sq. cfr. Sav.[2] II, 116, 118, 119.

[9]) Migne, Patrol. lat. CXV, 77 sq., 88 sq.; Sav.[2] II, 120[n] et 480; Haenel LRV. 465; Simson, Entstehung der Pseudo-Isidorischen Fälschung 79 sq.; P. Fournier in Nrh. XI, 84 sq.; Conrat I, 310 sq.

tione et subscriptione [*si quis pulsatus — exsolvat*]; dein *quinque capitula de effectu sententiarum et finibus litium, Pauli sententiarum libro V* = Br. Paul. V, 5, 6 int.; item *Theodosius libro quarto de sententiis ex periculo recitatum* = Br. Th. IV, 15, 2 int. cum inscriptione et subscriptione. Quae vero haec capita sequuntur, quamvis ea auctor ex eadem lege Romana de libro Pauli assumpsisse declaret, a Breviario aliena sunt. — In responsione Ludovici imperatoris in eadem lite emissa varia ex Breviario invenies, sed cum ea, quae adferuntur, neque ipsius legis neque epitomarum nobis notarum textui omnino congruant, negari non poterit, quin epitome nobis ignota in responsione scribenda usui fuerit. Sunt haec: *Constitutum est a sanctis patribus et bonis imperatoribus et lege decretum, ut 'quidquid — intervenit, non valebit'* = Ep. Aeg. Th. I, 2, 4. Ep. Paris. ibidem habet 'interfuit'. *Item alibi: 'quaecunque contra ius — impetrata'* cfr. Br. Th. II, 1, 1 et int. *Item alibi: 'Qui falsa — puniantur'* cfr. Ep. Aeg. Paul. I, 12, 1. *Item alibi: 'Dolus malus — simulatur'* = Br. Paul. I, 8, 1. *Item alibi: 'Qui dolum — tenebitur'* cfr. Ep. Mon. Paul. I, 8, 2. *Item alibi: 'Dolus malus — convellere'* = Ep. Par. Th. II, 15, 1 in pr. omisso verbo 'chartarum'. *Item alibi: 'Redintegrandum — deperierit'* cfr. Ep. Aeg. Paul. I, 7, 2. *Item alibi: 'Quidquid vera — non valebit'* cfr. Br. vel Ep. Mon. Th. I, 2, 4.

Formulae aevi Merovingici et Carolingici.

Etiam formulis aevi Merovingici et Carolingici nonnulla fragmenta ex Breviario inserta sunt. Complures ostendunt statuta iuris Romani et Germanicarum nationum iam commixta esse et coaluisse. Aliae ut Turonenses, quamquam ex iure Germanico ortae sunt, verba clausulasve ex legis Romanae Visigothorum interpretatione vel potius ex epitoma quadam fortasse ex Aegidiana sumpsisse et ne hanc quidem recte intellexisse videntur.¹)

Formulae Andecavenses [Zeumer Form. 1 sq.].

41 *ius liberorum* cfr. Br. Nov. Val. IV, 1 int. et Br. Paul. II, 24, 6 int.

Formulae Arvernenses [l. c. 26 sq.].

3 cfr. Br. Gai. 1 (?).

Formulae Marculfi [l. c. 32 sq.].

II, 19 cfr. Br. Paul. II, 18, 10 int.
Ep. Aeg. Paul. II, 17, 1.

Formulae Turonenses vulgo Sirmondicae dictae [l. c. 128 sq.].

4 in pr. cfr. Br. Th. IV, 18, 2 int.
11 *si quis infantem* etc. = Ep. Aeg. Th. V, 8, 1. [cfr. Brunner I, 361 ⁹]
14 in pr. cfr. Br. Th. III, 5, 2 int.
15 cfr. Br. Th. VIII, 5, 1 int.
16 *viventibus* etc. = Ep. Aeg. Paul. II, 20, 2 [cfr. Brunner l. c.].
17 *si manente* etc. = Br. Paul. II, 24, 5 int.
quia malo etc. cfr. Br. Paul. II, 24, 6 int. in fine.
19 *certis rebus* etc. = Br. Th. III, 16, 1 int. in pr.
20 *quicunque* etc. = Br. Th. II, 12, 4 int.
21 *quidquid pater* etc. cfr. Br. Th. II, 24, 1 int.
22 *quidquid filius* etc. cfr. Br. Th. II, 24, 1 int.
24 *qui tutores* etc. cfr. Br. Th. III, 18, 1 int.
ideo una etc. cfr. Br. Th. III, 19, 4 int. [cfr. L. Rom. Cur. III, 19, 4].²)
25 in pr. cfr. Br. Th. II, 9, 1 int.
29 cfr. Br. Th. IV, 16, 1 int. [cfr. L. Rom. Cur. IV, 16, 1].³)

---

¹) cfr. Sav.² II, 125 sq.; Haenel LRV. 465; Zeumer l. c. 130; Brunner I, 401 sq. Stouff l. c. 3 ⁶ disserit in regno Francorum formulas quasdam habere clausulas 'ex corpore Theodosiani' 'in Theodosiano codice', quae non ad codicem genuinum sed ad Breviarium respicere videntur. Cfr. testamentum Burgundofarae (632) supra p. CCCXIX.

²) Zeumer l. c. 148 ⁵; Conrat I, 296 ⁸. 297 ².

³) Conrat I, 296 ⁸. 298 ².

29 *si quando* etc. = Ep. Aeg. Paul. V, 39, 1.
quicunque = Br. Th. IX, 1, 8 int.
30 *si quis — requiratur* cfr. Ep. Aeg. Th. IX, 11, 2 int.
32 *secundum legem Romanam* etc. cfr. Br. Th. IX, 19, 1 int. 2 int.
39. 40 cfr. Br. Th. IV, 12, 1.

Additamenta e codicibus formularum Turonensium [l. c. 159 sq.].

1 *non occultae* etc. cfr. fr. Br. Th. VIII, 1 int.

Appendix ad formulas Turonenses ex cod. Vat. reg. 1050 s. IX [l. c. 163 sq.].

2 *sicut in Theodosiano* etc. cfr. Br. Th. III, 5, 1 int. et 2 int. et 5.
3 in pr. cfr. Br. Th. III, 5, 2 int.
4 *quicunque* etc. cfr. Br. Th. II, 12, 4 int.

Formulae Bituricenses [l. c. 169 sq.].

9 cfr. Br. Th. IV, 7, 1 et Br. Gai. I, 1, pr. et § 4.
15 *per sacrorum* etc. cfr. Br. Th. III, 12.
15 o *trium curialium* cfr. Br. Th. XII, 1, 8.

Chartarum Senonicarum appendix [l. c. 208 sq.].

3 cfr. Br. Th. IV, 7, 1.

Formulae negotiorum civilium [l. c. 533 sq.].

3 cfr. Br. Nov. Val. XII, 1 int. et Br. Paul. V, 5, 6 et int.
4 *interpretatio: 'Tam — procedat'* = Br. Th. IX, 1, 4 int.
si quando — reformetur = Ep. Aeg. Paul. V, 39, 1 [cfr. Form. Turon. 29].
5 *ut nullus* etc. cfr. Br. Th. IX, 1, 4.
tam civile — praecidat = Br. Th. IX, 1, 4 int.
nisi — audiatur cfr. Br. Th. IX, 1, 6 int.
6 cfr. Br. Th. IX, 1, 6. 8. 11 [Conrat I, 263].
9 *osculum* cfr. Br. Th. III, 5, 5.
10 in pr. cfr. Br. Th. III, 5, 1. 2 int. 5 [cfr. Form. Tur. app.[2]].
15 *osculum* cfr. Br. Th. III, 5, 5.
18 in fine = Br. Th. I, 1, 1 int.

Leges nationum Germanicarum.

Breviarium etiam legislationi in Francorum regno cuiusdam momenti fuit. Quod attinet ad leges nationum Germanicarum regno Francorum adscriptarum, quibusdam codicibus legis Salicae fragmentum Breviarii 'de matrimoniis vetitis' insertum esse constat. Invenies enim in codicibus secundae familiae [codd. Paris. 18237 et 4403 B] et in Heroldiana et in lege emendata additamentum secundum ad Tit. XIII[1]) sumptum ex interpretatione ad Br. Th. III, 12, 3. Ut Brunner [I. 294] explanavit, codices secundae familiae et Heroldiana non ante finem sexti saeculi confecti sunt. Praeterea novella ad legem Salicam complura ex iure matrimoniali praecepta continens in c. 71 [Cap. I, 6], ut Brunner illustravit, ex Br. Th. IX, 19, 1 cum interpretatione atque e lege Visigothorum [III, 3, 4 Antiqua] pendere videtur.[2])

Legis Ribuariae additamentum[3]) [58, 1] de manumissione in ecclesia cum iuris Romani statutis cohaerere videtur. Sed contra Savignium [II, 95[d]] Conratus [I, 2[b]] recte dubitat, num a Breviarii textu [Br. Th. IV, 7, 1] dependeat.

Leges Alamannorum teste Lehmanno [NA. X, 501] qui eas postremo edidit, nihil cum iure Romano commune habent.[4]) Savignius [II, 84] legis Baiuwariorum I, 1, 12 partem

[1]) ed. Behrend 1897, p. 25. Cfr. Loening II, 552[1]; E. Mayer l. c. 81[11] (82); Brunner I, 294[11].

[2]) Brunner II, 669[27]. Idem in comm. min. Berol. (1894) p. 563 sq.

[3]) ed. Sohm M. G. LL. V, 242.

[4]) Sav.[2] II, 95 legis Alam. tit. 39 cum Br. Th. III, 10, 1 et III, 12, 3 coniungit. Sed res aliter se habet, ut legi potest apud Merkel M. G. LL. III, 57[76] et Loening II, 552.

ad verbum ex Br. Th. XVI, 1, 6 sumptum esse dixit eique multi assenserunt.[1]) Cum ad compilanda capita ad res ecclesiae spectantia apud Baiuwarios clerici adhibiti sint, non omnino omittendum est, illos hoc loco Breviario usos esse; sed constitutio etiam in Theodiosiano genuino [XVI, 2, 44], in Sirmondianis [c. 10], in Iustinianeo [I, 3, 19] apparet. Titulus vero de nuptiis incestis prohibendis [III, 6], ut Zeumerus [NA. XXIII, 109 sq.] diligentissime illustravit, non ex ipsa lege Romana Visigothorum [Paul. II, 19, 5] sed ex antiquo iure Visigothico codicis Euriciani sumptus esse videtur, qui ipse fontibus Romanis Breviario vetustioribus innititur.

Capitularia regum Francorum. Nonnulla ex Breviario partim ad verbum partim sensu tantum in capitularia regum Francorum transierunt. Decreta aevi Merovingici tabella explanabit.

Childeberti II. decretio (596, II, 29) [M. G. Capit. I, 15 sq.].

c. 2 cfr. Br. Th. III, 12, 2—4.
c. 3 cfr. Br. Paul. V, 2, 3. 4 et int.; Br. Th. IV, 12. 13.

Chlotarii II. praeceptio (584—628) [M. G. Capit. I, 18 sq.].

pr. cfr. Br. Nov. Val. VIII, 1 in pr.
c. 2 cfr. Br. Th. I, 2, 1 cum int.
c. 5 cfr. Br. Th. I, 2, 4 int.
c. 7 cfr. Br. Th. III, 10, 1.
c. 13 cfr. Br. Paul. V, 2, 4 int.; Br. Th. IV, 12; Br. Nov. Val. VIII, 1.[2])

Aevi Carolingici capitulare missorum a. 803 (c. 10), quod Ansegisus [III, 37] et post eum etiam Benedictus Levita [II, 227] tradiderunt, conferendum est cum interpretatione Th. V, 11, 1.[3]) — Longe aliter se habet res in capitulis de praescriptione temporis, quae Krausius volumine altero novae capitularium editionis [p. 25 sq.] praebet. Leguntur in codd. Vat. Pal. 582 et Paris. 9654 capita subnexa capitularibus Wormatiensibus anni 829, n cod. vero Monacensi 3853 sub fine multorum capitum post Ansegisi libros suppletorum. Caput primum tit. LXXIX legis Burgundionum repetit, secundum vero ex Aegidiana epitoma constitutionem unicam Th. V, 10 praebet. Ludovico Pio minime tribuenda sunt, sed ut editor illustravit [p. 25], a scriptore quodam Burgundione collecta in hos transierunt codices. Eadem postea Regino nonnulla verba omittens in primum suae collectionis librum [c. 20—22] cum falsa inscriptione 'Ludovici imperatoris c. IX' assumpsit. — Capitulare a. 789 c. 66 [M. G. Capit. I, 59], quod etiam Ansegisus [I, 62] habet et Haenelius in tabella sua p. 464 tamquam cum Breviario [Th. IX, 13, 2] cohaerens adducit, quamvis utrumque fragmentum ad Levit. XIX, 26 et Deuteron. XVIII, 10, 11 respiciens contra 'hariolos et augures' contendat, tamen nihil commune inter se mihi habere videtur. — Edictum Pistense Caroli Calvi occidentalis Franciae regis anni 864, ut supra annotavimus, plurimis locis regionum mentionem facit, in quibus secundum legem Romanam, id est praesertim secundum Breviarii rationes, iudicatur. Cuius edicti auctor etiam de illis legibus cogitavit, quas praedecessores sui nationis Francorum et nominatissimi imperatores de his constituerunt, qui filios suos fame aut alia quadam necessitate cogente vendunt [cfr. Br. Th. III, 3, 1; Br. Paul. V, 1, 1]. Sed earundem [l. c. II, 311 sq.] unum illud interpretationis Breviarii 'Quicunque — consequatur' fragmentum [Br. Nov. Val. XI, 1] ponit [l. c. 326[22]]. — Denique caput 6 capitularis Tusiacensis Caroli secundi a. 865 mense Februario in Burgundiam directi [l. c. II, 330] verbis 'sicut lex Romana praecipit' auctore Conrato [I, 4[4]] ad illud fragmentum interpretationis Breviarii [Th. I, 1, 1] pertinet, quo ordinatur leges sine die et consule prolatas non valere.

---

[1]) Haenel LRV. 466; Merkel in A. XI, 638 et 641[1]; Idem M. G. LL. III, 277[97]; Stobbe I, 166[42]; Loening II, 325; Zeumer NA. XXIII, 109. Mommsenus in hac editione p. 852 legem Baiuwariorum fortasse ex Iustinianeo hausisse notat.

[2]) cfr. Loening II, 287 sq.

[3]) M. G. Capit. I, 115, 10; 429, 36.

Breviarii usus in scholis.

Breviarium imprimis eius interpretationes et epitomae diu in scholis Franciae grammaticalibus ad erudiendos in iuris rudimentis discipulos adhibebantur.[1]) Utrum in partibus Germaniae discipuli, qui praeter tempora Caroli Magni et Ottonum fere omnes ordinis clericorum erant, artem rhetoricam tractantes et postea clerici iuri canonico studentes etiam quaedam iuris Romani rudimenta didicerint, in dubium vocatum est. Quae Spechtus hac in re disseruit, Fittingus[2]) argumento iuvit magistros codicibus leges Germanicas continentibus, quae in bibliothecis monasteriorum asservarentur, in scholis usos esse, ad interpretandos vero libros Ciceronis de arte rhetorica vel ad praeparandas iuris canonici lectiones, quod ius Romanum attinet, Breviarium adhibuisse. Cui Conratus I, 31[1] documentis nondum exhibitis sed cap. 35 secundi voluminis reservatis, ut mihi videtur, recte obsistit.

Additamenta Breviarii.

Breviario ex Pauli sententiis, Theodosiani integri librorum praesertim ex primo et decimo sexto, ex novellis Posttheodosianis[3]), ex constitutionibus Sirmondianis varia additamenta[4]) data sunt, quae non solum in forma appendicum ad finem Breviarii adscribebantur, sed etiam procedente tempore ipsi textui inserebantur. Sirmondianarum fragmenta const. 1, 2, 5, 7 in epitomen Parisinam transierunt.[5]) Explanationes titulorum et glossae factae sunt, denique varia compendia ex Breviario genuino vel aucto compilata sunt, quae codices decurtatos et epitomas nominant.

Codicum diffusio.

Quam late Breviarii notitia praesertim in regionibus Galliae diffusa fuerit, apparet ex magna codicum ibidem conscriptorum copia, quae ab aetate Karolina crevit et si decurtatorum et epitomatorum rationem habemus, vere ingens fuit. Quibus pauci tantum codices adiungendi sunt, quos in Germania vel in Helvetia natos esse constat.

Codicum Breviarii integrorum temporibus ante Carolum Magnum confectorum praeter duo folia cod. Paris. lat. 12161, quae auctore Mommseno [in his Prolegomenis p. LXV] facile saeculo sexto, secundum Haenelium [LRV. p. XLIII] saeculo septimo scripta paullo post vero rescripta sunt, et Legionensem duo tantum codices P et M gemelli ad nos pervenerunt.[6]) Uterque ex Gallia saeculo septimo profectus esse videtur. Regnante Carolo archetypum deperditum codicis Parisini 4415 scriptum esse dicunt, si plenus fuit ante annum 788, si decurtatus post 788, quo anno omnes codices decurtati posteriores esse videntur [Mommsen in his Prolegomenis p. XCV et XCIX]. Nono saeculo codices N, F, 17, 14, S, Q, exeunti nono vel incipienti decimo codex E*, decimo codices B, K, 16 tribuendi sunt, qui omnes in finibus magni Francorum regni confecti sunt. Saeculo decimo vel undecimo codex G scriptus est, quem Bluhmius [M. G. LL. IV p. XXXVII] in celeberrima tunc Fuldensis monasterii librariorum sede factum esse dicit.

Breviarii codicum ex Theodosiano integro auctorum L saeculo octavo exeunte vel nono incipiente, ut Haenelius LRV. p. XLIX opinatur, in Gallia meridionali confectus est, Y saeculo decimo compilatus origine est Remensis. Extra Italiam codices F [s. IX] et D [s. IX/X], qui Y gemellus est, scripti sunt.

---

[1]) Sav.[2] I, 463, II, 123; Fitting, Brachylogus p. 25 sq.; Idem in ZfRG.[1] VI, 116; Idem, Anfänge p. 15 sq.; Glasson IV, 192 sq.; Caillemer in Nrh. III, 601 sq.; Conrat, Epitome Exactis regibus p. CLXXXVIII; Idem, Quellen I, 44; Flach 104 sq.; Brissaud 171 sq.; Halban II, 357 sq. Fittingo, quae de usu scholastico in partibus Franciae summa cum diligentia explanavit, Flachius Conratus et Halbanus recte adversantur.

[2]) Specht, Geschichte des Unterrichtswesens in Deutschland von den ältesten Zeiten bis zum 13. Jahrhundert (1885) p. 122 sq.; Fitting ZfRG.[1] VII, 84 sq.

[3]) Auctor epitomae Aegidianae ex codicibus quibusdam Breviarii auctis compendio suo rubricas titulorum 1—6 Novellarum Maioriani una cum summa tit. VI 'de sanctimonialibus etc.' inseruit. Haenel LRV. 310; P. M. Meyer in capite primo Proleg. in Theod. II; Conrat I, 223[11]. — Ut Meyer mecum liberalissime communicavit, codex D novellam Valentiniani 8, 1, quae extra Breviarium est, praebet [cfr. Conrat I, 255[3]]. Aeque codex Berol. Phill. 1735 saec. VIII/IX inter epitomen Monachi novellas Valentiniani 16, 1 et 24, 1 [Theod. II, p. 101 et 117] habet.

[4]) Conrat I, 141 sq., 218 sq. et 332; Flach 82 sq.; Halban II, 326; Mommsen in his Prolegomenis p. LXXXII sq.

[5]) Haenel LRV. XXVI[22] et 252; Mommsen in his Proleg. XC et XCI.

[6]) De codice P confer, quae Caillemer dixit in Memoires de l'academie de Lyon, classe des lettres XX, 68.

Decurtatorum Sangallensis 731 anno 793 in monasterio S. Galli scriptus esse videtur. Saeculo nono ex Gallia profecti sunt Mediolanensis Ambros. 276 inf., Bernensis 263, Parisini 4403 A, 4411, 4413[1]), 4415, Varsoviensis bibl. univ. 480 et Parisinus 9652. Fine saeculi noni vel principio saeculi decimi codex Parisinus 4410 confectus est. Decimo tribuuntur codices ex Gallia profecti Berolinensis lat. quart. 150, Clermont-Ferrand 201, Leidensis Vossianus quart. 47, Parisinus 4409. Ad saeculos X/XI pertinet codex Vaticanus reginae 1048.

De origine codicum Parisinorum 4408, 4412 et 9653 saeculi noni, Vat. reg. 857 [saec. IX/X], Vat. reg. 1023, qui gemellus est Parisino 4412, Montispess. H 136 [saec. X] Vat. reg. 1050 [saec. XI] Haenelius et Mommsenus nihil egerunt. Quorum plurimi vero, cum vel legem Romanam Burgundionum sive totam sive excerptam [Paris. 4412 et 4414, Montispess. H 136, Vat. reg. 1050] vel concilia Galliae [Paris. 4414] vel leges quasdam nationum Germanicarum regni Francorum adscriptarum [Paris. 9653, Vat. reg. 857, Montispess. H 136, Vat. reg. 1050] contineant, sine dubio terrae Francogallicae vel regionibus eidem vicinis, minime vero Italiae attribuendi sunt.

Denique etiam codicum epitomatorum, quorum origo definienda est, longe maxima pars exceptis codicibus legis Romanae Curiensis et illis, quos ex Italia profectos esse infra demonstrabimus, ad partes Galliae spectat.[2]) Stuttgartensis iur. quart. 134 antea Weissenauensis saeculi decimi Aegidianam decurtatam complectens, ut Haenelius exposuit, in meridionali Helvetiae parte scriptus esse videtur. Originis Germanicae codex Monacensis lat. 4460 saeculi undecimi est, qui praeter epitomae Aegidianae compendium Alamannorum leges, Ansegisi capitularia et formulam quandam abrenuntiationis diaboli lingua teutisca recentiore conceptam continet.[3]) Saeculi duodecimi nullus codex ex partibus Galliae et Germaniae ad nos pervenit. Decimi tertii saeculi codex Parisinus 4696 epitomen Aegidii praebet, quibus librarius Ciceronis Topica inseruit.

Catalogi bibliothecarum Breviarii mentionem facientes.

Excerpta ex medii aevi bibliothecarum catalogis, qui nobis Breviarii notitiam tradunt, Mommsenus in his Prolegomenis p. CV sq. maxime ex collectaneis Gustavi Beckeri dedit.[4]) Quibus catalogum saeculi noni Sangallensem addam in rubrica 'de legibus' codicem 'lex Theodosiana, lex Ermogeniana, lex Papiani, lex Francorum, lex Alamannorum in volumine uno' commemorantem. Codex Sangallensis 731 exeuntis saeculi octavi esse videtur, de quo, quantum ad legem Romanam Visigothorum pertinet, Haenelius LRV. p. LXXIII No. 42 et Mommsenus in his Prolegomenis p. XCIX egerunt. Breviario bibliothecarius nomen 'lex Theodosiana, lex Ermogeniana, lex Papiani' dedit; legem Romanam Burgundionum, quae saepe lex Papiani nominatur, codex non continet.

Plurimi horum catalogorum Galliae tribuendi sunt, Germaniae Helvetiaeque Augienses et Sangallensis, nam Corbionenses monasterio Corbeiae in Gallia sito adscribendi sunt.[5])

Breviarii usus apud scriptores.

Ab septimo saeculo usque ad decimum tertium varii auctores Francogalliae Germaniaeque nonnulla fragmenta legis Romanae Wisigothorum eiusque additamentorum vel ex ipsius Breviarii codicibus vel ex compilationibus a Breviario dependentibus sumpserunt Breviariique locos nobis partim ad verbum partim sensu tantum praebent. Habemus epistulas, varias iuris collectiones, opera iurisconsultorum aliaque. Animadvertendum est etiam iurisprudentiae illis temporibus neminem fere nisi clericos saeculares vel regulares operam dedisse. At ex illis, quae scripserunt, operibus multa ad ipsas ecclesiae res pertinent, sive usui ecclesiastico destinata sunt sive ad alias rationes ecclesiae spectant, alia quaedam talia non continent. De his primo disseremus.

---

[1]) Scriptus anno 832 Baiocassis monasterio quodam Normanniae (Flach p. 85); apud Haenelium LRV. Proleg. LXV inveni annum 833, cfr. etiam Caillemer, Le droit civil etc. p. 5 sq.

[2]) Inter illos etiam codex Paris. lat. 10753 saec. X/XI, qui Scintillam complectens librum XVI Breviarii auctum praebet. cfr. Mommsen in his Proleg. XC.

[3]) Haenel in Berichte der sächs. Ges. (1865) p. 7 et 15; Merkel M. G. LL. III, 5; Conrat I, 228; cfr. infra p. CCCXXX.

[4]) cfr. Fitting in ZfRG.[1] VII, 87 sq.; Flach 116[1].

[5]) Quae Flachius 116[1] de codicibus Breviarii in bibliothecis variorum Galliae monasteriorum asservatis dicit, cum notis Beckeri non omnino concordant.

A. Collectiones mundano usui destinatae.

Lex Romana Curiensis.

Iuris collectionum non speciali ecclesiae usui destinatarum, quae Breviario nostro utuntur, lex Romana Curiensis [1]) maximi momenti est, quae olim Romana Utinensis dicebatur, a Haenelio, quia duo eiusdem codices hodie in monasterio Sangallensi asservantur, epitome Sancti Galli nominatur. Opus privatum est, continet Breviarium epitomatum sed ex iure consuetudinario et clausulis linguae Germanicae multum emendatum. Ut Zeumer [2]) disseruit, haec epitome iam ante annum 766 partibus Raetico-Curiensibus nota erat, si alios sequimur, ante finem saeculi octavi [3]), certe saeculo nono [4]) ibidem pro lege tenebatur. Habemus tres codices integros huius legis et unum fragmentum. Tres codices integros Zeumerius in editione legis descripsit. Quorum duo et Fabariensis nunc Sangallensis XXX et Sangallensis 722 saeculi noni origine Raetica sunt. De origine Utinensis antea Aquileiensis nunc vero in bibliotheca universitatis Lipsiensis asservati, qui saeculo IX/X scriptus est, viri docti dissentiunt. Sunt qui etiam huius codicis originem Raeticam contendant [5]), alii vero eum in Italia septentrionali scriptum esse putant. [6]) Utcunque res erit, animadvertas, ut Zeumer illustravit [7]), Utinensem ex codice quodam olim Raetico, qui etiam Sangallensi 722 archetypus fuit, descriptum esse. Fragmenta huius legis, quae in codice bibliothecae Ambrosianae A 220 inf. Mediolani exstant, Mercatius anno 1897 detexit et in appendice libri Zanettii p. 143 sq. publicavit. Scripta sunt saeculo decimo, ut editor aliique putant, in Italia septentrionali.

Quaeritur de origine huius legis. Schupfer, quique eum sequuntur, hanc compilationem in Italia septentrionali ortam esse indeque in Raetiam venisse putant [8]); Bethmann-Hollwegus et post eum Wagner in Istria ortam esse dicunt [9]), complures vero nationis Germanicae homines docti, quibus etiam Zanettius Italicus se adiunxit, cum Zeumero legem, quia eiusdem usus nobis primo in partibus Raetiae occurrit, etiam ibidem compilatam esse contendunt. Sed iam Salis [ZfRG.² VI, 155], dummodo ea, quae lex contineret, observarentur, nihil obstare dixit, quominus legem in partibus occidentalis Franciae natam esse putaremus et nuperrime collega meus Oenipontanus Voltelini [IOeGF. tom. suppl. VI, 145 sq.] brevi documentis omnibus nondum adhibitis adumbravit epitomen nostram alio loco atque in Raetia — neque in Italia septentrionali — compilatam esse indeque in regiones Raeticas migrasse. Quo loco re vera lex ista ex Breviario confecta sit, id amico meo illustrissimo aliisve, qui me intentius in fontibus aevi Francorum versantur, enucleandum relinquo. Hic id unum adferam, quod iam Conratus [I, 286⁶. 221¹. 297³] exposuit, nonnullas legis rubricas cum explanationibus titulorum ad Breviarium auctore Zeumero [10]) in Gallia meridionali factis cohaerere et alia, quae Breviario in Francogallia adscripta sunt, in conficienda lege Curiensi auctoritatem dedisse, denique rationem quandam in interpretandis et disponendis legis Romanae Visigothorum constitutionibus inter formulas Turonenses et legem Curiensem nostram demonstrari posse.

Huius legis per Raetiam Curiensem usum praeter illud testamentum Telli episcopi Curiensis, cuius fidem Zeumerus defendit alii vero addubitant [11]), Capitula Remedii indicant,

---

[1]) ed. Zeumer in M. G. LL. V p. 305 sq. — Quae ea de lege scripta sunt, invenies apud Schupfer manuale² I, p. 189²³; Zanetti, La legge Romana retica-coirese o udinese (1900) p. 9 sq. et nuperrime apud H. Besta in Riv. it. XXX et XXXI et XXXV.

[2]) ZfRG.² IX, 36 sq.; Conrat I, 292; Zanetti 137; Halban II, 340 sq.

[3]) Brunner, Grundzüge² 49.

[4]) Schroeder⁴ 252.

[5]) Haenel in Berichte der sächs. Ges. IV, 86; Salis in ZfRG.² VI, 155; Zeumer in ZfRG.² IX, 11; Conrat I, 286³ etc

[6]) Schupfer variis locis; Traube NA. XXVII, 280.

[7]) ZfRG.² IX, 9; M. G. LL. V, 297.

[8]) Schupfer, manuale² I, 194 sq.; Salvioli, manuale³ 64 etc.; Besta in Riv. It. XXX et XXXI.

[9]) ZfRG.² IV, 57.

[10]) ZfRG.² IX, 27; Form. 148⁵. — Cfr. Sohm in ZfRG.² I, 17¹⁵.

[11]) Zeumer ZfRG.² IX, 36 sq. et NA. XXV, 844. Contra Schupfer, Il testamento di Tello, in Atti d. r. Ac. dei Lincei. Classe di scienze morali S. IV, T. VI/1, 320 sq.

quae ineunte saeculo nono ibidem promulgata sunt.[1]) C. XI 'de rixa' legis Romanae Curiensis IX, 1, 3 novella est, nam nulla Breviarii epitome neque interpretatio praeter Curiensem actori iusiurandum imponit, si ab accusatione prolata desistere vult. Excepto illo Remedii capitulo sola lex Romana Curiensis abiurationem accusationis per iram factae praebet. Dein lex nostra, quae in Remedii capitulis IX et X commemoratur, nulla alia quam Curiensis est [XXIV, 28; IX, 1, 3. 4; IX, 15, 2; XI, 6, 1].[2]) Charta donationis anni 852 (859) in vico Vinomna die tertio ante Kalendas Ianuarias factae clausulam habet, quae cum lege Curiensi congruit: 'sicut lex continet excepta Falsicia anteposita, hoc est quarta porcione'. Lex ipsa illam quartam, cuius reservationem compluribus locis [VIII, 5, 1; XVIII, 3; XXII, 11] praescribit, 'Falsiciam, hoc est quartam partem' nominat.[3])

Ex Raetia Curiensi lex Romana etiam in partem Tirolis meridionalis migrasse videtur; nam ei ibidem usus quidam forensis occurrit.

Duae chartae [1253 III, 13; 1273 VI, 29] quas Voltelinius l. c. p. 149 protraxit, baxaturam memorant, quam etiam codex Fabariensis habet. Cum donatione 'osculo interveniente' iuris Romani cohaerere videtur, cuius usus in consuetudines Francogalliae meridionalis transiit. Praeterea ius dotale in partibus Tirolis Italicae nonnulla ex iure Romano mixta cum institutionibus Germanicis praebet. Quae ex Romano habet, non tam ex Iustinianeo a glossatoribus tractato quam ex longaevis iuris Romani vulgaris consuetudinibus emanaverunt, quae partim lege Raetica-Curiensi nituntur. Denique non solum quaedam statuta Raetica, sed etiam ius Tirolense [privil. Sigismundi anni 1451; const. crim. Maximiliani I; constit. terrae Tirol. anni 1532; communes sententiae (Weistümer) Tirolenses] in illis praeceptis, in quibus matrimoniorum sine consensu parentum contractorum auctoribus et sociis huius criminis poenas statuunt, cum iure antiquo legis Curiensis cohaerere videntur.[4])

Usum forensem legi Romanae Curiensi in Tirole meridionali fuisse Voltelinio [l. c. p. 147 sq.] etiam ex quibusdam documentis Tirolensibus apparuit, in quibus notarii saeculi XIII. et XIV. inter alias clausulas chartis etiam renuntiationem quandam 'antiquae iurisdictionis Raetiae' adscripserunt. Quae glossa cum iure Theodosiani antiquo nihil commune habere videtur. Nam haec verba non sunt referenda ad illud iuris Anteiustiniani praeceptum, quo uxori post mortem mariti in favorem liberorum donationis omniumque rerum, quas vir ei dimiserat, solus ususfructus constituebatur, eique si ad secundas nuptias processura esset, imperabatur, ut haec omnia liberis primi consortii restitueret [L. R. Cur. III, 9; XXI, 1], sed ut Besta [Riv. It. XXXV, 292 sq.] nuperrime contra Voltelinium demonstravit, verba nihil aliud quam prooemium illius constitutionis Iustiniani imperatoris [C. I. IV, 29, 23] sunt, qua imperator dispositiones Sci. Velleiani mutavit. Illi beneficio constitutionis 'Antiquae iurisdictionis retia' notarii Tirolenses clientibus suis, ut renuntiarent, persuaserunt.

Compilatio Gaudenziana. Cum Breviario etiam compilatio Gaudenziana[5]) comparanda est, quam in finibus Provinciae Ostrogothicae ante saeculum nonum ortam esse Conratus putat.[6]) In prima huius collectionis parte fere totum Alarici commonitorium nomine huius regis vero omisso apparet, c. 9 et 17 affinitate cum interpretationis Visigothicae ad Br. Th. IV, 6, 1 et Nov.

---

[1]) ed. Zeumer in M. G. LL. V, 441 sq. Cfr. Stobbe I, 206; Conrat I, 292; Schroeder[4] 252.

[2]) Stobbe I, 207[5]; Zeumer ZfRG.[2] IX, 49; Conrat I, 293[4 et 5].

[3]) Wartmann, Urkundenbuch der Abtei St. Gallen II, 41 No. 421; Brunner in ZfRG.[2] IV, 265; Zeumer ibidem IX, 12.

[4]) Voltelini in Xeniis Büdingero oblatis p. 340. Idem in IOeGF. tom. suppl. VI, 157[3–6], 158[1].

[5]) Quae de hac compilatione homines docti scripserunt, cfr. apud Patetta AG. LIII, 3 et Schmidt ZfRG.[2] XVI, 235 sq.

[6]) Conrat I, 284. Post Gaudenzium iterum Patetta l. c. 10 sq. originem Italicam huius compilationis defendit, sed recte ei Schmidt l. c. obversatus demonstravit codicem Holkhamensem, ex quo Gaudenzius eam edidit, manu Langobardica scriptum archetypum collectionis non esse copiamque iuris Visigothici fragmentorum, quibus excellit, aliam originem indicare. Halban II, 343 opinioni Conrati se adiunxit.

Val. XI, 1 fragmentis coniunguntur.[1]) In altera vero parte praeter excerpta ex lege Visigothorum epitomen Aegidii invenies in forma haud integra et partim diffusa. Sed ipsum Breviarium auctor non habuisse videtur.

Exceptiones Petri. Etiam in collectionibus, quae ad Exceptiones Petri pertinent, Breviarii loci reperiuntur. Auctor Exceptionum in libro IV titulo 37 constitutionis Sirmondianae primae partem haustam ex Anselmo Lucensi praebet, qui ipse Benedicti Levitae collectionem capitularium [II, 366] secutus est.[2]) Cui adseram auctore Conrato additamenta collectionis Tubingensis in codicibus saeculi decimi tertii Vat. reg. 441, Cantabr. O 7, 40 et Paris. bibl. nat. 4719/1[3]) Breviarii haec fragmenta habent:

Cod. Vat. reg. 441 cfr. Br. Th. IV, 4, 6 cum int.
Br. Th. VIII, 5, 1 int.
Br. Paul. V, 12, 4 int.
Br. Paul. V, 12, 2 int.
Br. Gai. II, 3, 4 in pr.
Br. Paul. III, 7, 10 int.

Cod. Cantabr. O 7. 40.
c. 6 *cum plures testes* etc. cfr. Br. Th. XI, 14, 2 int.
c. 11 *vox unius testis* cfr. Br. Th. XI, 14, 2 int.
c. 14 *nemo enim de se* etc. cfr. Ep. Aeg. Paul. I, 12, 5.

Cod. Paris. bibl. nat. 4719' [Ashburnh. Barrois 336] fol. 56'.
c. 6 *cum plures testes* etc. cfr. Br. Th. XI, 14, 2 int.

Denique Extravagantium ad Exceptiones Petri codices Parisini 1730 et 4709 uterque saeculi decimi tertii et codex Taurin. D V 19 saeculi duodecimi, quos Conratus [I, 529[1]] omnes originis Gallicae esse putat, quorum tamen primum Flachius [124[1]] ex Italia profectum esse suspicatur, commemorabimus. Codex Paris. 1730 fol. 127—131 sub inscriptione 'Excerpta de legibus Theodosianis, quas interpretatur Paulus' nonnullas Pauli sententias Breviario insertas, ut Conratus recte opinatur, ex Ivonis decreto allegat.[4]) Sunt haec: Br. Paul. V, 35, 1 int.; V, 36, 1; V, 37, 2 int.; V, 38, 2 et V, 39, 1. Codices vero Paris. 4709 fol. 44'—55 et Taurin. D V 19 fol. 66'—75 ex Breviario fragmenta Br. Th. IX, 1, 7, Ep. Aeg. Th. I, 2, 1 et 4 et Br. Paul. V, 37, 2 cum int. praebent[5]), Taurinensis praeterea Br. Paul. V, 12, 4 int. *libro quinto legum Teodosii* ex Ivone XVI, 195.[6])

Brachylogus iuris civilis. Brachylogus iuris civilis, quem Boeckingus anno 1829 edidit, ut Fittingus, Conratus aliique observaverunt, ex Francogallia profectus praeter fragmenta ex codificatione Iustiniani alia etiam ex Breviario habet.[7]) Auctor ex ipso fonte hausisse videtur. Sunt autem fragmenta haec:

II, 11, 5 = Br. Paul. I, 7, 6.
17, 4 = „ „ V, 2, 2.
III, 13, 5 cfr. Br. Th. V, 8, 1 et III, 3, 1 int.
IV, 30, 1 cfr. Br. Th. IX, 1, 2 int.
32, 1 „ „ „ IX, 5, 1 int. in fine.
„ „ „ IX, 6, 1 int. in pr.
32, 2 „ „ Paul. V, 27, 1 et 2.
32, 3 „ „ „ V, 25, 1, 10. 11.
„ „ Th. IX, 13, 3 int.

---

[1]) Ad. c. 9 cfr. Zeumer NA. XII, 394 sq.; Schmidt in ZfRG.[2] IX, 229 sq., XI, 213 sq., XVI, 242. Contra Patetta l. c. 18 sq.

[2]) Conrat I, 147[4]. 365[2]. 366; Flach 284.

[3]) Flach 197—199. 235. 319 sq.; A. Tardif OR. 224 sq.; Conrat I, 420[4]. 485 sq.

[4]) Haenel LRV. LXXXV, N. 69; Conrat I, 536.

[5]) Conrat 79, 538[3].

[6]) Conrat 537[3].

[7]) Fitting, Brachylogus (1880); Ficker in comm. min. Vind. phil. hist. cl. LXVII, 628 sq. Idem in IOeGF. tom. suppl. II, 45; Tardif OR. 207 sq.; Flach 112 sq.; Conrat I, 552; Brissaud 184; Halban II, 346.

IV, 32, 4 cfr. Br. Paul. V, 26, 1.
32, 5 „ „ Th. IX, 14, 1 int.
32, 6 „ „ „ IX, 21, 1.
32, 7 „ „ Paul. V, 28, 3 in fine.
32, 8 „ „ „ V, 29, 1.
32, 9 „ „ „ V, 31, 1.
32, 10 „ „ „ V, 32, 1.
32, 12 „ „ Th. IX, 22, 1 int.
32, 13 „ „ „ IX, 23, 1 int.
32, 15 „ „ Paul. V, 21, 1.
32, 16 „ „ „ V, 24, 2 nonnullis mutatis.

Item glossa cod. Vat. reg. 441 saeculo decimo tertio ad Brachylogum [III, 8, 3] confecta in verbo 'nuda' ex Pauli quadam sententia Breviario inserta [Br. Paul. II, 14, 1] sumpta est[1]), epitomeque Brachylogi ex codice Cusano saeculi duodecimi ante II, 2 tres locos Breviarii [Br. Paul. V, 36, 1. 2, V, 37, 3 et V, 38, 1 cum int.] habet.[2])

Codex Stuttgartensis iuridicus quart. 134.

Excerpta ex epitoma Aegidii praebent codices Stuttgartensis iur. quart. 134 saeculi decimi et Monacensis lat. 4460 saeculi undecimi, quorum ille in septentrionali parte Helvetiae, hic in Germania interiore scriptus esse videtur. Stuttgartensis habet in f. 140'—160' compilationem negligenter factam, quae inscribitur: 'Brevis excertio de Theodosiano'. Sumpta est, ut Haenelius nos docuit, non solum ex Theodosiani libris I—III, V—IX, XI et XIII, sed etiam ex novellis Theodosiani, Valentiniani, Marciani, ex epitoma Gai, ex sententiis Pauli necnon ex codice Gregoriano.[3]) Sunt haec teste Conrato:

Ep. Aeg. Th. I, 1. 9. 10. 11;
„ „ „ II, 16. 24. 30. 31;
„ „ „ III, 3. 4. 7. 8;
„ „ „ V, 5—12;
„ „ „ VI, 1;
„ „ „ VII, 1;
„ „ „ VIII, 8;
„ „ „ IX, 1—13. 15. 17. 18. 22. 25. 26. 28. 30. 31. 33;
„ „ „ X, 5. 9. 10;
„ „ „ XI, 12. 13;
„ „ „ XIII, 1;
„ „ Nov. Theod. X, 1;
„ „ „ Val. III—V;
„ „ „ Marc. I;
„ „ „ Gai. I, 1—3. 5—8;
„ „ „ „ II, 1—3. 8—10;
„ „ Paul. I, 1. 11. 18;
„ „ „ II, 3—5. 8. 9. 12. 13. 16. 17. 23—26. 28. 31;
„ „ „ IV, 11. 12;
„ „ „ V, 1. 13. 15. 16. 31;
„ „ Greg. VI, 1. 2.

Codex Monacensis lat. 4460.

Monacensis vero olim monasterii ordinis Praedicatorum Bambergensis per undequadraginta articulos excerpta ex Breviarii libris I—IX Theodosiani habet haec[4]):

---

[1]) Fitting, Brachylogus 3; Conrat I, 577[6].

[2]) Fitting ZfRG. XI, 471, Brachylogus 7; Conrat I, 582[2].

[3]) Haenel LRV. LXXXVII N. 53; idem Berichte der sächs. Ges. (1865) 1 sq. 9 sq.; Conrat I, 228; M. G. Capit. II p. XXXI.

[4]) Haenel, Berichte (1865) p. 15 sq.; Rockinger in comm. min. Monac. 1884 p. 182 sq. et 206 sq.; Conrat I, 228 et 630.

1	=	Ep.	Aeg.	Th.	I, 1.
2	=	„	„	„	I, 9, 2. 3.
3	=	„	„	„	I, 10.
4	=	„	„	„	I, 11.
5	=	„	„	„	II, 16, 2. 3.
6	=	„	„	„	II, 24.
7, 8	=	„	„	„	II, 30. 31.
9, 10	=	„	„	„	III, 3. 4.
11	=	„	„	„	III, 7.
12	=	„	„	„	IV, 3.
13—17	=	„	„	„	V, 5—9 excepto 'hoc autem' usque 'fugitivum'.
18	=	„	„	„	V, 10. 11.
19	=	„	„	„	V, 12.
20	=	„	„	„	VI, 1.
21	=	„	„	„	VII, 1.
22	=	„	„	„	VIII, 3.
23—25	=	„	„	„	IX, 1. 2. 3.
26	=	„	„	„	IX, 4. 5 exceptis iis, quae sequuntur ex Paulo apostola.
27—32	=	„	„	„	IX, 6 exceptis '*si servus*' usque '*profutura*'.
33	=	„	„	„	IX, 13.
34	=	„	„	„	IX, 15, 1 excepto '*si tabellio*' usque '*approbetur*'.
35, 36	=	„	„	„	IX, 17. 18.
37	=	„	„	„	IX, 26.
38	=	„	„	„	IX, 28. 31.
39	=	„	„	„	IX, 33.

Codice epitomae Aegidianae denique auctorem libri, qui false 'Speculum Suevicum' nominatur, usum esse Merkelius et post eum uberrimeque Rockinger exposuerunt. Fragmenta in linguam teutiscam versa saepius secundum ordinem Breviarii disposita sunt.[1]) *Speculum Suevicum.*

Secundum editionem Friderici de Lassberg (1840) sunt haec:

Art.	318	cfr.	Ep.	Aeg.	Paul. II, 25, 4.
„	319	„	„	„	Th. IX, 6.
„	320	„	„	„	„ IX, 4, 2. 3 in pr.
„	321	„	„	„	„ IX, 4, 3 '*similiter* etc.
„	322 in pr.	„	„	„	„ IX, 4, 4.
„	346	„	„	„	„ X, 10.
„	348	„	„	„	Gai I, 7. 8 et Paul. II, 28, 1.
„	349	„	„	„	Th. IX, 5 et Paul. II, 31.
„	349 I	„	„	„	„ IX, 11, 1. 2.
„	350	„	„	„	„ IX, 12.
„	350 I	„	„	„	„ IX, 1, 2. 3. 6. 8.
„	351	„	„	„	„ IX, 2, 1. 2.
„	352 in fine	„	„	„	„ IX, 2, 3 in fine.
„	353	„	„	„	„ V, 5, 1.
„	357	„	„	„	Paul. V, 1, 1.
„	363 I	„	„	„	Th. V, 7, 1. 2 et V, 8.
„	367	„	„	„	Paul. V, 31, 1.
„	368	„	„	„	Th. IX, 4, 1.
„	368 I	„	„	„	„ IX, 13, 1. 2.
„	370 I	„	„	„	Nov. Theod. X, 1.
„	371	„	„	„	Gai IX, 3.
„	372	„	„	„	„ IX, 4.

[1]) Merkel, De republica Alamannorum (1849) p. 23, 98[22 et 23]; Stobbe I, 70 et 340[16 et 17]; Rockinger in comm. min. Monac. (1884) p. 179 sq.; Conrat I, 224[3] et 630; Schroeder[4] 666.

Art. 373 et 374	cfr. Ep. Aeg. Gai	IX, 5. 6.
„ 374 I	„ „ „ „	IX, 7.
„ 375	„ „ „	Paul. IV, 11, 1.
„ 375 I	„ „ „ „	V, 12, 6.
„ 375 II	„ „ „ „	V, 15, 3.
„ 375 IV	„ „ „	Greg. VI.
„ 376	„ „ „	Th. IV, 10.

B. Collectiones ecclesiasticae.

Collectio conciliorum Galliae in codice Coloniensi.

De iis scriptis, quae ad ipsas res ecclesiae pertinent, locuturi eorum librorum, qui ante medium saeculum nonum confecti sunt, omissis collectionibus constitutionum Sirmondianarum primum collectionem conciliorum Galliae ex codice Coloniensi 212 [Darmstadensi 2326] saeculi septimi memoramus, quae in capitibus 5 et 6 titulos 17 et 18 [Theod. II, 101 sq.] ex novellis Valentiniani III. praebet, quorum prior Breviario non insertus est. Haec collectio, ut Maassenus ostendit, secunda parte saeculi sexti in Gallia confecta esse videtur.[1])

Collectio CCCC capitum.

Dein collectio CCCC capitum adhuc inedita praeter conciliorum canones, Romanorum pontificum decretales, canones poenitentiales et excerpta ex litteris divinis duos iuris Romani textus continet, quorum unus c. 39 [40] nonnullis verbis mutatis cum sententiarum Pauli Breviario insertarum titulo de gradibus [IV, 10], alter c. 40 [41], ut Scherer demonstravit, Breviarii libro Gai I, 4, 1—8 consentit.[2])

Collectio Flori Lugdunensis.

Collectio Flori Lugdunensis diaconi in utraque redactione nonnullas Sirmondianarum constitutionum praebet. Prior, quam Dacherius in Spicilegii sui tomo XII, p. 48 sq. ex codice quodam S. Mariani Autissiodor. edidit, finem sextae, inscriptionem quartae, fragmenta primae, tertiae, sextae, undecimae, abbreviationem quandam decimae quintae, fragmentum vicesimae continet. Altera, quam Maassenus ex codice Ambrosiano A 46 inf. ut videtur Italico in comm. min. Vind. cl. phil. hist. XCII p. 321 sq. deprompsit, fragmenta primae, tertiae, sextae, undecimae, abbreviationem decimae quintae, dein fragmenta decimae septimae et vicesimae commentario aucta habet.[3])

Glossae iuris canonici.

Glossae iuris canonici aevi Karolini saeculo octavo exeunte vel nono incipiente confectae, quas Maassenus in comm. min. Vind. cl. phil. hist. LXXXIV, 235 sq. edidit, non ad leges Romanas sed ad collectionem canonum Dionysio-Hadrianam pertinent. Tamen pauca ex iure Romano praebent. Locorum, quos Fittingus et Flachius iuri Romano tribuerunt, glossa verbi 'procuratores' ad canonem XVI concilii Carthaginensis fortasse ex interpretatione Br. Th. II, 12, 7 sumpta est.[4])

Collectio cod. Stuttgart. 113.

Collectio codicis Stuttgartensis 113 saeculi octavi fol. 194' constitutionem Sirmondianam primam Constantini ad Ablavium recipit [Schulte in comm. min. Vind. CXVII p. 12 sq.].

Collectiones codicum D et Y.

Collectiones codicum D et Y, de quibus post Conratum[5]) praesertim Mommsenus in his Prolegomenis [p. LXXXVIII sq.] multum disseruit, in quatuordecim partes divisae constitutiones libri decimi sexti codicis Theodosiani genuini, nonnullas ex Breviarii interpretatione auctas continent praeterque Sirmondianarum constitutionum primam usque ad

---

1) Maassen, Geschichte I, 574 sq.; Conrat I, 146; Halban II, 349. — Codicem Coloniensem P. M. Meyer uberius in volumine altero huius operis tractabit.

2) Maassen l. c. 845 sq. et 972; Scherer, Über das Eherecht bei Benediktus Levita und Pseudoisidorus 10[1], Handbuch des Kirchenrechtes I, 208[22]; Conrat I, 46[4]; Maassen c. 40 [41] ex duobus codicibus l. c. edidit, sed originem eius nondum cognoverat.

3) Maassen l. c. (XCII) p. 301 sq.; Caillemer in Memoires de l'academie de Lyon, classe des lettres (1885) XXI p. 367 sq.; Conrat I, 253 sq. Cfr. etiam carmen Flori, quod Caillemer l. c. 376 ex Migne, Patrol. lat. CXIX p. 253 sq. memorat.

4) Maassen l. c. (LXXXIV) p. 277[4]; Fitting, Brachylogus p. 30; Flach 93; Conrat I, 254 sq.; Halban II, 351[1].

5) Conrat I, 255 sq.; idem NA. XXIV, 355 sq. — De codice D eiusque ad Theodosianum glossis marginalibus egit Flach 81 sq. glossasque ibidem 158 sq. edidit.

septimam varia Breviarii fragmenta praebent. Quae ex libro decimo sexto Theodosiani et ex Sirmondianis habent, iam Mommsenus l. c. XC et XCI explanavit, quae vero ex Breviario hauserunt, tabella nostra ostendit. In codice D, qui altero Breviarii fragmentis locupletior est, etiam in fol. 210, ut P. Meyer mecum communicavit, ex novellis Valentiniani tertii Breviario non insertis duas constitutiones [8, 1 et 2] invenies [Conrat I, 255[5] et volumen secundum huius editionis p. 89 sq.].

Codices D et Y in parte XIV collectionis secundum Conratum [NA. XXIV, 356] continent:

Br. Th. IX, 1, 1. 3. 4. 5 cum interpretationibus;
„ Nov. Marc. I, 1 int.[1]);
„ Th. IX, 1, 6—11 cum interpretationibus;
„ „ I, 1, 1. 2 cum interpretationibus;
„ Nov. Val. XII, 1, pr. 1—7 cum interpretatione[2]) sed alia, quam Breviarii codices ostendunt.

Praeterea codex D post partem XIV secundum Conratum I, 255[a] continet:

Br. Th. II, 26;
„ „ IV, 14—20;
„ „ IX, 29, 3;
„ „ XI, 11, 1. 3. 4;
„ „ XIV, 1—7;
„ Paul. V, 4, 7. 8. 10. 13. 14. 16. 22;
„ „ V, 5, 1. 5. 6. 7. 8. 10;
„ „ V, 15, 1. 2;
„ „ V, 16;
„ „ V, 17, 1. 3;
„ „ V, 18, 1. 3;
„ „ V, 19, 1;
„ „ V, 34;
„ „ V, 35, 1. 2. 4;
„ „ V, 36. 37. 38. 39.

Benedictus Levita Capitula Angilramni Decretales Pseudoisidorianae.

Medio saeculo nono in regno Francorum occidentali illae tres collectiones factae sunt, quae inter se cohaerentes exempla praebent maximorum figmentorum iuris canonici progressum multa per saecula ducentium. Sunt capitularia Benedicti Levitae, capitula Angilramni, decretales Pseudoisidorianae.[3]) Omnes iure Romano utuntur maxime Breviarii, Benedictus praeterea etiam epitoma Iuliani. Benedictus plerumque locos fontium Romanorum verbotenus inseruit, raro tantum ab originali discedens textum contraxit vel additamenta fecit vel praecepta iuris Romani rebus illorum temporum, praesertim ecclesiae accomodavit. Pseudoisidorus vero rarissime fragmenta Breviarii tota allegavit, saepius omnino vel pro parte aliis textibus inseruit et ad ecclesiae res intendens mutavit. Capitula Angilramni denique in locis ex iure Romano sumptis ex Benedicto eiusque appendicibus pendere videntur excepto uno, quod auctor ex ipsa epitoma Parisina hausit.

Quae ex iure Romano Breviarii habent, hae collectiones ex volumine Breviarii integri vel decurtati, ex Theodosiani quodam libri decimi sexti exemplari, ex epitomis Aegidii et Parisina praebent. Constitutionem Sirmondianam primam Benedictus [II, 366]

---

1) Interpretationem totam D inter Th. IX, 1, 11, Y fol. 191[a] in margine inferiore habet. Idem codex interpretationem usque ad '*liceat appellare*' f. 13[b] praebet.

2) Textum codex D f. 199, codex Y f. 191[b] uterque incluso § 7 praebet, interpretationem D f. 201/202, Y f. 9 habent. Interpretatio usque ad '*habeantur extranei*' codici Y iterum in margine f. 14 ab eadem manu additur. Quae omnia debeo P. Meyero.

3) Benedicti Levitae capitularia post Baluzium Pertzius edidit in M. G. LL. II/2, 17—158. Novam editionem E. Seckel praeparat. Decretales Pseudoisidorianas una cum capitulis Angilramni Hinschius [Lipsiae 1863] edidit. Cfr. Scherer, Handbuch des Kirchenrechtes I, 215 sq.; Tardif DC 132 sq.; Conrat I, 299 sq.; Brissaud 130 sq. etc.

ex codice quodam Theodosiani deprompsit, in quo libro decimo sexto adscripta erat, nam ipse dicit se hanc sententiam ex sextodecimo Theodosii imperatoris libro capitulo videlicet undecimo rescriptam sumpsisse.[1]) Sin autem fragmenta Benedicti I, 339; II, 111 et 390 constitutionibus Sirmondianis 11 et 6 similia sunt, animadvertas compilatorem eadem etiam in libro codicis Theodosiani decimo sexto [2, 40. 47] invenire potuisse.[2])

Favendum est coniecturae Conrati I, 309 compilatores harum collectionum librum quendam, qui excerpta ex Breviario aucto eiusque epitomis continuit, adhibuisse, cuius auctor illos textus iam mutatos habuisse videtur, quos Benedictus una cum Pseudoisidoro a textu Breviarii alienos habet, nisi omnes collectiones, ut quidam homines docti credunt, ab uno falsario compilatae sint.

I. Benedicti Levitae capitularia.[3])

Ex legis Romanae Visigothorum codice pleno vel decurtato haec fragmenta apud Benedictum invenies:

I, 338 cfr. Br. Th. XVI, 5, 3 [Conrat I, 34[5]].
400 = „ „ II, 18, 1 et int. [Conrat I, 301[3]].
II, 367 = Br. Th. XVI, 5, 3.
384 = „ „ VII, 1, 1 nonnullis verbis mutatis [Conrat I, 301[5]].
386 = „ „ IX, 7, 1.
387 = „ „ VI, 1, 2 in fine.
396 = „ „ VI, 1, 2 int. [Conrat I 301[6]].
398 = „ „ IX, 30, 1 int. aliquibus verbis mutatis.
410 = „ „ III, 12, 3 int.
III, 163 cfr. Br. Paul. I, 6, 1.
164 = „ Th. IX, 7, 2 int. in pr. vel Ep. Aeg. l. c.
226 = „ „ IV, 20, 4 int.
229 = „ „ V, 5, 1 int.
232 = „ „ IX, 7, 1 int. in pr. vel Ep. Aeg. l. c.
235 = „ „ IX, 7, 3 int.
238 = „ „ XI, 14, 4 int.
240 = fr. Br. Nov. Val. XII, 1 int. [quod debeo Seckelio].
243 = Br. Paul. I, 21, 3 omisso verbo 'purpura'.
246 = „ „ V, 4, 12.
249 = „ „ V, 27, 3 int. uno verbo 'insulam' in 'carcerem' mutato.
251 cfr. „ Th. XI, 8, 2 et 3 cum int.
253 „ „ „ IX, 1, 6 int.
253 in fine = Br. Th. X, 5, 2 in fine aliquot verbis mutatis.
283 = Br. Th. XI, 14, 2 int.
284 = „ „ XVI, 1, 2.
286 = „ „ XVI, 4, 1 int. vel Ep. Aeg. l. c.
287 = „ „ XVI, 5, 3.
288 = „ Paul. I, 7, 2 int. nonnullis verbis omissis.
289 = „ „ I, 7, 4 int. ['simplo' in 'duplum' mutato].
291 = „ „ I, 6, 1.
297 = „ „ II, 2, 1 int.
298 = „ „ II, 4, 4 int.
299 = „ „ II, 5, 1 int.
303 = „ „ II, 5, 3 int.
304 = „ „ II, 10, 1 int. vel Ep. Aeg. l. c.
308 cfr. „ Th. IV, 14, 1 int. vel Ep. Aeg. l. c.

---

[1]) Conrat I, 301.
[2]) Conrat I, 301[7], 304[2].
[3]) Sav.[2] II, 104 sq.; Haenel LRV. 464; Conrat I, 300 sq.

III, 309 in pr. cfr. Br. Th. IX, 1, 5 in fine (?) vel Ep. Aeg. l. c. (?) [quod debeo Seckelio].
312 = Br. Paul. II, 12, 1.
313 = „ „ II, 12, 4 int.
318 = „ „ II, 15, 3 int.
319 = „ „ III, 18, 8.
322 in fine cfr. Br. Th. IX, 3, 2 in fine [Conrat 303[7]].
324 = Br. Th. IX, 1, 7 int.
325 = „ „ II, 26, 1 int. [quod debeo Seckelio].
326 = „ Paul. III, 7, 10 in pr. vel Ep. Aeg. l. c.
327 = „ Th. II, 19, 7 int.
328 = „ „ II, 24, 2 nonnullis verbis omissis.
329 = „ „ VIII, 6, 3 int. in pr.
330 = „ „ VIII, 6, 1 int. omisso verbo 'emancipatum'.
334 = „ Paul. II, 18, 12 int.
335 = „ „ II, 19, 1.
336 = „ „ II, 21, 1 int.
340 = „ „ II, 32, 14.
341 = „ „ IV, 8, 1 int.
342 = „ „ V, I, 4.
343 = „ „ V, 3, 3.
344 = „ „ V, 3, 4.
345 = „ „ V, 3, 6 int.
346 cfr. „ „ III, 6, 8 in pr. [Conrat 302[1]].
347 „ „ Th. IV, 14, 1 [Conrat 301[7], 303[7]].
353 = „ Paul. V, 4, 9 int.
354 = „ „ V, 5, 9.
355 = „ „ V, 7, 6 int.
357 = „ „ V, 37, 1 int. in pr. aliquot verbis omissis vel Ep. Aeg. l. c.
362 = „ „ V, 12, 4 int.
363 = „ „ V, 18, 5.
370 = „ „ V, 23, 3.
371 = „ „ V, 24, 1.
436 = „ Th. IX, 1, 11 aliquot verbis mutatis [Conrat I, 301[7], 303[7] et [8]].
440 usque '*audire oportet*' = Br. Th. IX, 3, 2 [Conrat I, 301[7]].
453 = Br. Th. IX, 1, 7 in pr.

Add. III, 101 = Br. Paul. II, 32, 18 [Conrat I, 303[1]].
102 = „ „ V, 5, 9.
103 cfr. „ Greg. V, 1 (?) [Conrat 303[1]].
105 = III, 251.

Add. IV, 14 = III, 357.
18 cfr. Br. Nov. Marc. I, 1 int. [Conrat I, 303[1]].
26 = III, 436.
74 in fine cfr. Br. Paul. IV, 10, 8 int. [Conrat I, 303[6]].

Ex libro decimo sexto Theodosiani genuini Benedictus haec fragmenta adfert:

I, 339 cfr. Th. XVI, 2, 40 = Sirm. 11 [Conrat I, 301[3], 304[2]].

II, 103 cfr. Th. XVI, 2, 38.
103 '*incorrupta*' cfr. Th. XVI, 2, 29 [teste Seckelio].
111 cfr. Th. XVI, 2, 47 nonnullis mutatis = Sirm. 6 [Conrat 301[6]].
112 „ „ XVI, 2, 38 [Conrat I, 301[7]].
112 '*incorrupta*' cfr. Th. XVI, 2, 29 [quod debeo Seckelio].
113 cfr. Th. XVI, 2, 23 [quod debeo Seckelio].
115 „ „ XVI, 2, 31 multis verbis omissis.
116 „ „ XVI, 2, 34 [Conrat I, 301[7], 304[3]].

II, 117 cfr. Th. XVI, 2, 40 nonnullis verbis omissis.
368 „ „ XVI, 2, 30.
385 = II, 117.
389 cfr. Th. XVI, 2, 34.
390 = II, 111.
406 = II, 115.
III, 195 cfr. Th. XVI, 4, 2.
285 = „ XVI, 2, 30 *Privilegia — perfruantur.*
421 in pr. cfr. Th. XVI, 2, 29.
et quidquid etc. cfr. Th. XVI, 2, 47 [quae debeo Seckelio].
422 cfr. Th. XVI, 2, 47 *clericos* etc. [Conrat I, 301 [6]].
438 = „ XVI, 2, 41.
477 = „ XVI, 2, 29.
Add. IV, 32 = III, 195.

Ex epitomis Breviarii haec fragmenta apud Benedictum invenies.

Ex epitoma Aegidiana:

I, 307 cfr. Ep. Aeg. Th. II, 4, 7 [Conrat I, 304 [1]].
308 „ „ „ „ IX, 30, 1. 2.
311 „ „ „ Greg. XII, 1 ut Seckelius mecum communicavit.
312 „ „ „ Paul. IV, 11, 5 in fine.
313 „ „ „ „ I, 12, 5.
314 = „ „ Th. XI, 14, 2 paucis verbis mutatis.
368 = „ „ „ XI, 14, 3 in pr.
369 = „ „ Nov. Marc. II, 1.
390 cfr. „ „ Th. XVI, 1, 2.
391 = I, 311.
II, 360 = I, 311.
399 = I, 311.
III, 150 = Ep. Aeg. Th. II, 4, 7 [teste Seckelio].
152 = „ „ „ II, 2, 1.
153 in fine cfr. Ep. Aeg. Th. XVI, 1, 2 [quod debeo Seckelio].
157 = Ep. Aeg. Th. II, 10, 1. 2.
160 = „ „ „ II, 26, 1.
164 = „ „ „ IX, 7, 2 in pr. vel Br. Th. l. c. int. in pr.
168 = „ „ „ IX, 11, 1.
170 = „ „ „ IX, 30, 1. 2 nonnullis verbis mutatis vel omissis.
174 = „ „ „ IX, 34, 1.
177 = „ „ „ X, 5, 1—5.
181 = „ „ „ XI, 11, 1 usque ad verba '*non audiatur*'.
185 = „ „ „ XVI, 1, 1 aliquot verbis transformatis.
188 = „ „ „ XVI, 2, 1.
192 = „ „ Nov. Val. V, 1 *qui* etc.
196 = „ „ Paul. I, 12, 1—5.
200 = „ „ „ V, 4, 16. 17. 18. 20.
204 = „ „ „ V, 5, 3. 5. 8. 9.
208 = „ „ „ V, 15, 3.
212 = „ „ „ V, 25, 2 in pr.
216 = „ „ Greg. XII, 1.
220 = „ „ Th. II, 1, 4. 6.
222 = „ „ Paul. V, 23, 1.
232 = „ „ Th. IX, 7, 1 in pr. vel Br. Th. l. c. int.
286 = „ „ „ XVI, 4, 1 vel Br. Th. l. c. int.
304 = „ „ „ II, 10, 1 vel Br. Th l. c. int.

III, 308 cfr. Ep. Aeg. Th. IV, 14, 1 vel Br. Th. l. c. int.
309 in pr. cfr. Ep. Aeg. Th. IX, 1, 5 in fine (?) vel Br. Th. l. c. int. (?).
326 = Ep. Aeg. Paul. III, 7, 10 in pr. vel Br. Th. l. c. int.
361 = „ „ Th. IX, 24, 1.

Add. III, 14 = „ „ Paul. I, 1, 1 et II, 19, 1 [Conrat I, 303[1]].

Ex epitoma Parisina:

II, 114 = fr. Ep. Par. Th. XVI, 2.
391 cfr. „ „ „ XVI, 2.

III, 333 = Ep. Par. Th. XI, 8, 1. 2.
360 cfr. „ „ „ X, 5, 1.
364 = „ „ „ IX, 1, 3.
365 = „ „ „ IX, 1, 4. 5. 6.
367 in pr. = Ep. Par. Th. II, 1, 4.

II. Capitula Angilramni.

Ex legis Romanae Visigothorum codice pleno vel decurtato haec fragmenta adhibentur:

V[1]) *quia ultra provinciae* cfr. Br. Th. IX, 1, 5.
infamis enim persona cfr. Br. Paul. I, 1, 3.
neque absens etc. cfr. Br. Paul. V, 5, 9.
neminem ergo exhiberi etc. cfr. Br. Nov. Marc. I, 1 int.
ut actor semper etc. cfr. Br. Nov. Marc. I, 1 int. in fine.
si quis autem etc. cfr. Br. Nov. Val. XII, 1 int.
VII *accusationis* etc. cfr. Br. Th. IX, 1, 11.
VIII *si quis clericus* etc. cfr. Br. Nov. Marc. I, 1 int.
X *ultra provinciae* etc. cfr. Br. Th. IX, 1, 5.
XIX *peregrina iudicia* etc. cfr. Br. Th. IX, 1, 5 in fine.
XXVI *iudicantem oportet* etc. cfr. Br. Th. II, 18, 1 et int.
XXXI *quia vocem funestam* etc. cfr. Br. Th. IX, 3, 2 in fine.
XXXII *placuit ut accusatus* etc. cfr. Br. Nov. Marc. I, 1 int.
XXXIII *non credendum est* etc. cfr. Br. Th. IX, 1, 7 int.
XXXIV *si quis iudicem* etc. cfr. Br. Nov. Val. XII, 1 int.
XXXV *clericus sive laicus* etc. cfr. Br. Nov. Val. XII, 1 int.
XXXVIII *in criminalibus causis* etc. cfr. Br. Th. IX, 1, 9 int.
XXXIX *constitutiones* etc. cfr. Br. Paul. III, 6, 8.
XLIV *si quando* etc. cfr. Br. Paul. V, 37, 1 int.
LVII *iudex criminosum* etc. cfr. Br. Th. IX, 30, 1 int.

Ex codice epitomae Aegidii invenies haec fragmenta:

V *nec sententia absente* etc. cfr. Ep. Aeg. Paul. V, 5, 5.
L *qui in alterius* etc. cfr. Ep. Aeg. Th. IX, 24, 1.

Ex codice vero epitomae Parisinae haec:

XXXVI et XXXVII *appellantem* etc. cfr. Ep. Par. Th. XI, 8, 1. 2. 3;
XLIX *delatori* etc. cfr. Ep. Par. Th. X, 5, 1;
LI—LIII *si quis iratus* etc. cfr. Ep. Par. Th. XI, 8, 1. 2. 3;
LX *pulsatus ante* etc. cfr. Ep. Par. Th. II, 1, 4;
LXVIII *qui crimen intendit* etc. cfr. Ep. Par. Th. IX, 1, 7.

---

[1]) Capitula secundum editionem Mansii numerantur.

III. Decretales Pseudoisidorianae.

Ex codice Breviarii pleno vel decurtato haec fragmenta in falsas decretales transierunt:

Ep. Anacl. prima c. XV *et peregrina — submovemus* H.[1]) 73 cfr. Br. Th. IX, 1, 5 in fine.
Ep. Telesp. prima c. IV *et accussatori* etc. H. 111 cfr. Br. Th. XI, 14, 4 int. 7 int.
Ep. Viginii prima c. III *criminationes* etc. H. 114 cfr. Br. Paul. V, 4, 12.
c. IV *nec non et peregrina* etc. H. 114 cfr. Br. Th. IX, 1, 5 in fine.
Decreta Pii I. c. IX in fine *de cetero* etc. H. 119 sq. cfr. Br. Th. XVI, 1, 3.
Decreta Eleutherii c. II *iudicantem* etc. H. 125 cfr. Br. Th. II, 18, 1 et int.
c. IV *si quis quemlibet* etc. H. 126 cfr. Br. Nov. Marc. I, 1 int.
c. V *nemo enim* etc. H. 126 cfr. Br. Th. X, 5, 2 in fine.
Decreta Zepherini c. II *Patriarchae vero* etc. H. 131 cfr. Br. Th. IX, 30, 1 int.
c. IV in fine *absens vero* etc. H. 131 cfr. Br. Paul. V, 5, 9.
c. V *nullum namque* etc. H. 131 cfr. Br. Th. IV, 14, 1.
Ep. Calixti secunda c. XVII *nec familiares* etc. H. 141 cfr. Br. Paul. V, 17, 3 int.
Ep. Fabiani tertia c. XXVI *peregrina vero* etc. H. 167 cfr. Br. Th. IX, 1, 5 in fine.
unde oportet etc. H. 167 cfr. Br. Nov. Val. XII, 1 in fine.
c. XXVII *si quis vero* etc. H. 167 cfr. Br. Nov. Val. XII, 1 int.
c. XXIX *haec tamen* etc. H. 168 cfr. Br. Th. IV, 14, 1 int.
Ep. Lucii c. II *ut criminationes* etc. H. 176 cfr. Br. Paul. V, 4, 12.
Ep. Stephani c. II *infames* etc. H. 182 cfr. Br. Paul. I, 2, 1 int.
c. VI *atque fructus* etc. H. 184 cfr. Br. Greg. V, 1.
c. VIII *quia nullus* etc. H. 185 cfr. Br. Paul. V, 5, 9.
c. X *ultra provinciae* etc. H. 185 cfr. Br. Th. IX, 1, 5.
c. XI *et neganda* etc. H. 186 cfr. Br. Th. IX, 1, 7.
Ep. Sixti secunda c. VI *nullus episcopus* etc. H. 192 cfr. Br. Th. IV, 14, 1 int.
Ep. Dionysii secunda c. IV *Crimina* etc. H. 196 cfr. Br. Th. IX, 1, 7 int.
quoniam eius etc. H. 197 cfr. Br. Nov. Val. XII, 1 int.
Ep. Felicis I. prima c. III *si quis super* etc. H. 198 cfr. Br. Nov. Marc. I, 1 int.
c. IV *primates quoque* etc. H. 198 cfr. Br. Th. IX, 30, 1 int.
c. V *proditorum* etc. H. 198 cfr. Br. Th. X, 5, 1.
c. V *nemo enim* etc. H. 198 cfr. Br. Th. X, 5, 2 in fine.
Ep. Felicis I. secunda c. XIII *neque absens* etc. H. 202 cfr. Br. Paul. V, 5, 9.
c. XIV *si quis autem* etc. H. 202 cfr. Br. Nov. Val. XII, 1 int.
c. XV *peregrina vero* etc. H. 202 cfr. Br. Th. IX, 1, 5 in fine.
Ep. Euticiani c. VII *accusationes vero* etc. H. 211 cfr. Br. Th. IX, 1, 11.
Ep. Gai c. III *deinde nemo* etc. H. 214 cfr. Br. Th. XVI, 1, 2 int.
Ep. Eusebii secunda c. XII *omnes possessiones* etc. H. p. 237 cfr. Br. Greg. V, 1.
c. XVII *nec peregrina* etc. H. p. 239 cfr. Br. Th. IX, 1, 5 in fine.
c. XVIII *vocem enim funestam* etc. H. p. 239 cfr. Br. Th. IX, 3, 2 in fine.
Decreta Iulii c. XII *Pari tenore* etc. H. 468 cfr. Br. Th. XI, 14, 4 int.
Peregrina iudicia etc. H. 469 cfr. Br. Th. IX, 1, 5 in fine.
quoniam eius etc. H. 469 cfr. Br. Th. IX, 1, 7 int.
Criminationes maiorum etc. H. 469 cfr. Br. Paul. V, 4, 12.
et ut proditoris etc. H. 470 cfr. Br. Th. X, 5, 1 int.
nemo enim debitorem etc. H. 470 cfr. Br. Th. X, 5, 2 int.
Si quis super etc. H. 470 cfr. Br Nov. Marc. I, 1 int.
Primates accusatum etc. H. 470 cfr. Br. Th. IX, 30, 1 int.
c. XVI *sed iudicantem* H. 472 cfr. Br. Th. II, 18, 1 et int.
c. XVII *ultra provinciae* etc. H. 473 cfr. Br. Th. IX, 1, 5.
Decreta Felicis c. XII/1 *ut nemo episcopum* etc. H. 485 cfr. Br. Th. XVI, 1, 2 int.

---

[1]) Editio Hinschiana.

Decreta Damasi c. XVI *nam inscriptio* etc. H. 504 cfr. Br. Th. IX, 1, 6 int.
c. XIX *criminum inquiunt* etc. H. 506 cfr. Br. Th. IX, 1, 5 int.
Decreta Sixti III. *Peregrina vero iudicia* etc. H. 563 cfr. Br. Nov. Val. XII, 1 int.
si quis vero etc. H. 563 cfr. Br. Nov. Val. XII, 1 int.

Ex libro decimo sexto Theodosiani genuini Pseudoisidorus haec fragmenta praebuit:

Ep. Anacleti prima c. XV in pr. H. 73 cfr. Th. XVI, 2, 38 in pr.
Decreta Pii I. c. VII in fine *quapropter* etc. H. 118 cfr. fr. Th. XVI, 2, 40.
Ep. Urbani prima c. V *unde attendendum* H. 145 cfr. Th. XVI, 2, 40.
Ep. Gai c. IV *et si quis episcopus* etc. H. 214 sq. cfr. Th. XVI, 2, 41.
Decreta Sixti III. *si quis episcopus* etc. H. 562 cfr. Th. XVI, 2, 41.

Epitomarum Breviarii Pseudoisidorus haec fragmenta operi suo inseruit:

Ex epitoma Aegidii:

Ep. Anacleti prima c. III in fine H. 68 cfr. Ep. Aeg. Th. XVI, 2, 1.
Ep. Fabiani secunda c. XXII *nec ullus unquam* etc. H. 165 cfr. Ep. Aeg. Th. II, 2, 1.
Ep. Stephani c. II *Qui christianae legis* etc. H. 182 cfr. Ep. Aeg. Th. XVI, 2, 1.
Ep. Felicis I. secunda c. XIII *Sententia absente* etc. H. 202 cfr. Ep. Aeg. Paul. V, 5, 5.
Ep. Euticiani secunda c. VIII *omnibus quoque* etc. H. 212 cfr. Ep. Aeg. Th. XVI, 2, 1.
Eusebii secunda c. XII *Redintegranda* etc. H. 237 cfr. Ep. Aeg. Paul. I, 7, 2.
Decreta Felicis II. c. X *Ut accusandi* etc. H. 486 cfr. Ep. Aeg. Th. XVI, 2, 1.
Decreta Damasi c. XVI *Accusatores* etc. H. 504 cfr. Ep. Aeg. Th. II, 2, 1.
Decreta Symmachi [syn. V.] *Redintegranda* etc. H. 676 cfr. Ep. Aeg. Paul. I, 7, 2.
Decreta Iohannis I *Redintegranda* etc. H. 694 cfr. Ep. Aeg. Paul. I, 7, 2.
Decreta Pelagii II. *neque dum ecclesiae* etc. H. 731 cfr. Ep. Aeg. Paul. I, 7, 2.

Ex epitoma Parisina:

Decreta Fabiani c. XXVII *appellantem* etc. H. 167 cfr. Ep. Par. Th. XI, 8, 1. 2. 3.
c. XXVIII *Pulsatus* etc. H. 168 cfr. Ep. Par. Th. II, 1, 4.
Si quis ergo iratus etc. H. 168 cfr. Ep. Par. Th. IX, 1, 3.
Decreta Sixti III. *si quis crimen* etc. H. 562 cfr. Ep. Par. Th. IX, 1, 4.
appellantem etc. H. 563 cfr. Ep. Par. Th. XI, 8, 1. 2. 3.
Pulsatus ante etc. H. 563 cfr. Ep. Par. Th. II, 1, 4.
Si quis ergo iratus etc. H. 563 cfr. Ep. Par. Th. IX, 1, 3.
qui crimen obiicit etc. H. 563 cfr. Ep. Par. Th. IX, 1, 4.

Quae collectiones postea variis scriptoribus usui fuerunt, itaque hac via multa ex Breviario in opera posteriora transierunt. Quamobrem in examinandis illis collectionibus considerandum est, utrum auctor ipso Breviario usus sit an Breviarii fragmenta tantum ex collectionibus adulteratis vel ex fonte quodam ex illis derivato sumpserit.

Hincmarus Remensis.

Temporibus post medium saeculum nonum varia opera tribuenda sunt, quorum, quantum ad Breviarium nostrum attinent, mentionem faciamus. Uberrime imprimis Hincmarus ille archiepiscopus Remensis Breviarii locis usus est, ut tabella subiecta illustrabit. Sed is raro quidem ex codice ipsius Breviarii, multo saepius, ut Conratus demonstravit, ex fonte quodam hausit, qui collectionibus codicum Y et D respondet. Quater syllogen Quesnellianam consuluit, quae ipsa Theodosiano genuino innititur.[1])

Ex legis Romanae Visigothorum codice:

De praedestinatione Dei et libero arbitrio:

Sirm. I, 1 *quotienscunque in catholica fide* etc. cfr. Br. Th. XVI, 5, 1.

[1]) Opera eius edidit Sirmondus Lut. Par. 1645. Nonnulla ex Harduini Actis conciliorum habemus. De Hincmaro cfr. Sav.[2] II, 280 sq., 485 sq.; Haenel LRV. 465; Hüffer, Beiträge 108; Schrörs, Hinkmar Erzbischof von Rheims (1884) p. 409 sq.; Conrat I, 23 sq., 255 sq.; Idem NA. XXIV, 349 sq.; Halban II, 350; Mommsen in his Prolegomenis p. LXXXIX.

De divortio Lotharii regis et Tetbergae reginae:
Sirm. I, 578 *sicuti secundum leges Romanas* etc. cfr. Br. Th. IX, 1, 7.
I, 640 *Perpendendum est etiam quia* etc. cfr. Br. Nov. Theod. IX, 1.
et accusator — non poterit cfr. Br. Th. IX, 1, 6.
Inseruerunt etiam — puniri cfr. Br. Paul. V, 27, 1.

Capitula ad presbyteros parochiae suae:
Sirm. I, 719 *quicunque clericatus — concessa* = fr. Br. Th. XVI, 1, 6 int.

Opusculum XVI de coercendo et exstirpando raptu viduarum etc.:
Sirm. II, 228 et 229 *viros raptores — flagitavit* cfr. Br. Th. IX, 19, 1.
239 *eos qui iniustis — honestandos* cfr. Br. Th. III, 10, 1.

Opusculum XXIX:
Sirm. II, 325 *mansuetudinis — terminentur et reliqua* = Br. Th. XVI, 1, 2 cum int. 3 cum int.

Opusculum LV capitulorum adversus Hincmarum Laudunensem:
Sirm. II, 388 *sane hi — confessus est* = Br. Th. IX, 1, 11 int. in fine.
non credendum — professio = Br. Th. IX, 1, 7 int.
II, 496 *sane hi — confessus est* = Br. Th. IX, 1, 11 int. in fine.
non credendum — professio = Br. Th. IX, 1, 7 int.
II, 497 *criminum discussio — audiri* = Br. Th. IX, 1, 5 int.
II, 499 in fine *quicunque tribus — iudicatum* = Br. Paul. V, 5, 6 int.
II, 500 *observare — immutari* = Br. Th. IV, 15, 1 int. 2 int.
ea quae — obtinent = Br. Paul. V, 5, 5.
II, 527 *si qua — careant* = Br. Th. I, 1, 1.
II, 545 *lex ista — abrogatum est* = Br. Nov. Val. XII, 1 int. in pr.
II, 546 *in criminalibus — accuset* = Br. Th. IX, 1, 9 int. in pr.

Opusculum XXXV ad Hincmarum Laudunensem:
Sirm. II, 606 *sicut lex Valentiniani — demonstrat* cfr. Br. Nov. Val. XII, 1.

Opusculum XLIV ad Adventium episcopum Metensem:
Sirm. II, 737 *et quoniam anni XXX — publicas* cfr. Br. Th. IV, 12, 1.

Opusculum XLVII, quae exequi debeat episcopus etc.:
Sirm. II, 780 *perpensas — contemnere* = Br. Th. I, 1, 2 cum int.
omnia constituta — constituunt = Br. Th. I, 1, 3 cum int.

Opusculum XLVIII de presbyteris criminosis:
Sirm. II, 784 *testes priusquam — audiendum* = Br. Th. XI, 14, 2 int.
in criminalibus — quaestioni = Br. Th. IX, 1, 9 int.
II, 785 *si autem — abrogatum est* cfr. Br. Nov. Val. XII, 1 int. in pr.
nisi inscriptione — obiecit = Br. Th. IX, 1, 6 int.
ut scriptura — damnandi sunt = Br. Th. XI, 14, 3 int. aliquibus verbis mutatis.
criminum — audiri = Br. Th. IX, 1, 5 int.
II, 786 *quicunque — concessa* = fr. Br. Th. XVI, 1, 6 int.
II, 788 *ut nemo — accuset* cfr. Br. Paul. V, 18, 11 int.
in causa — damnatur = fr. Br. Paul. V, 5, 9.
II, 796 *perpensas — contemnere* = Br. Th. I, 1, 2 et int.
II, 797 *trinis litteris — suscipiat* cfr. Br. Paul. V, 5, 6.

Opusculum XLIX de causa Teutfridi presbyteri:
Sirm. II, 801 *ut ultra — coercemus* = Br. Th. IX, 1, 5.
confessi — computentur = Br. Paul. V, 5, 2.

Rotulus Carolo regi porrectus:
Harduin V, 1347 *ne quis audeat — diffiniri* = Br. Th. XVI, 1, 2 int.
V, 1348 *ut in privatis — constringant* = Br. Th. IV, 14, 1.
ut ultra provinciae — prohibeatur = Br. Th. IX, 1, 5 in pr.
si quis adversarium — appellare = fr. Br. Nov. Marc. I, 1 int.

V, 1349 *observare — immutari* = Br. Th. IV, 15, 1 int. 2 int.
V, 1350 *res iudicatae — dantur* = Br. Paul. V, 5, 1 in pr.
in re pecuniaria — explicantur = Br. Paul. V, 17, 6.
ut qui per calumniam — calumniatores = Br. Paul. V, 4, 11 in pr.

Extemporalis admonitio ad regem:
Harduin V, 1356 *ne quis audeat — definiri* = Br. Th. XVI, 1, 2 int.

Ex libro decimo sexto Theodosiani genuini:

De praedestinatione dei et libero arbitrio:
Sirm. I, 336 i. f. *ponendum est* etc. cfr. Th. XVI, 1, 2.
I, 337 *imperatores Valentinianus — coerceatur* = Th. XVI, 4, 2.
Imperatores Gratianus — turbae = Th. XVI, 5, 6 in pr.
circa hos autem — macerentur = fr. Th. XVI, 5, 62.
privilegia quae — subici = Th. XVI, 5, 1.
de haereticis — obnoxii = Th. XVI, 5, 60.

Opusculum XXIX ad Carolum Calvum regem:
Sirm. II, 318 et 319 *iuxta sanctionem — gaudebitis* = Th. XVI, 2, 8 in pr.
II, 319 *in qualibet — contineri* = Th. XVI, 2, 16.
universos — decernimus = Th. XVI, 2, 26 in pr.
quaecunque — immutari = Th. XVI, 2, 29.
non tam novum — perfruantur = Th. XVI, 2, 30.
si quis in hoc genus — evadant = Th. XVI, 2, 31.
II, 320 *si ecclesiae — plectatur* = Th. XVI, 2, 34 in pr.
II, 326 *clericos — licere* = Th. XVI, 2, 41 usque 'licere'.
II, 327 *privilegia — arbitrio* = Th. XVI, 2, 47.
II, 328 *privilegia — incommodum* = Th. XVI, 2, 38.

Opusculum XLIII Caroli Calvi regis nomine ad Hadrianum papam:
Sirm. II, 710 *ut quicunque residentibus — iudicium* = Th. XVI, 2, 35.

Opusculum XLVIII de presbyteris criminosis:
Sirm. II, 785 *clericos — inferre* = Th. XVI, 2, 41 usque 'inferre'.

Hincmari epistola ad Carolum regem:
Harduin V, 1357 *scientes — contineri* = Th. XVI, 2, 16 in fine.
clericos — arbitrio = Th. XVI, 2, 47 in fine.

Ex epitoma Aegidiana:

De praedestinatione Dei etc.:
Sirm. I, 323 *convinci — scriptura* = Ep. Aeg. Paul. V, 5, 3.

Ex constitutionibus Sirmondianis:

Opusculum XXIX:
Sirm. II, 325 et 326 *continua — cum legibus* = fr. const. 3.

Opusculum XLIV:
c. 35 Sirm. II, 740 *habent — decidi* = fr. const. 3.

Capitula Herardi archiepiscopi Turonensis, qui anno 870 obiit, praesertim ex Benedicto Levitae capitularibus composita hac via nonnullos Breviarii locos insertos habent.[1]) *Capitula Herardi Turonensis.*

c. 80 cfr. Ben. Lev. III, 253 = Br. Th. IX, 1, 6 int.
c. 84 „ „ „ III, 357 = „ Paul. V, 37, 1 int. in pr. aliquot verbis omissis.
c. 104 „ „ „ III, 436 = „ Th. IX, 1, 11 aliquot verbis mutatis.

---

[1]) ed. Migne, Pat. lat. CXXI p. 763 sq. cfr. Werminghoff NA. XXVI, 623.

Capitula Isaaci Lingonensis. Etiam episcopus Isaacus Lingonensis [859—880] e Benedicto Levita varia capitula selegit ex eisque collectionem canonum XI titulorum compilavit. Cum tria illorum lege Romana Visigothorum inniterentur, fragmenta Breviarii etiam in canones Isaaci transierunt.[1])

I, 36 = Ben. Lev. III, 243 = Br. Paul. I, 21, 3.
IV, 8 = „ „ II, 410 = „ Th. III, 12, 3 int.
VII, 3 in pr. = „ „ II, 396 = „ „ VI, 1, 2 int.

Collectio codicis Trecensis 1406. Unum fragmentum [Br. Th. X, 10, 1] e codice Q Lugdunensi 303, cetera aliunde, sed omnia ex Breviarii Theodosiani libro nono collectio quaedam codicis Trecensis 1406 saec. XIII praebet, quae teste Fournier anno fere 900 in regionibus Lugdunensibus compilata est.[2]) Sunt haec:

Br. Th. IX, 1, 5 et int. 6 int. 7 int. 8 int. 9 int. 11 int.
IX, 3, 2 int. 3 int.
IX, 26, 2 int.
IX, 27, 1 int. 3 int.
IX, 1, 3 int.
IX, 30, 1 int. 2 int. 3 int. 4 int.
IX, 32, 1 int.
IX, 34, 1 int.

Collectio cod. Paris. lat. 2449. In collectione codicis Parisini bibl. nat. lat. 2449, quae ineunte saeculo decimo in provinciis Lugdunensi vel Viennensi conscripta est, post capitula Isaaci Lingonensis et extracta e Pseudoisidoriana aliisque apocryphis vel veris ad res ecclesiae spectantibus auctor etiam tractatum de relatione Iudaeorum et Christianorum praebet, quem ex variorum conciliorum canonibus et ex tribus epitomae Aegidianae fragmentis compilavit. Quae sunt: Th. XVI, 3, 1; XVI, 4, 1; Nov. Theod. III, 1. Praeterea auctor etiam in excerptis ex decretalibus Pseudoisidorianis nonnullos Breviarii locos assumpsit [*Coll. IX, 9. 10. 14. 22; X, 3. 10 etc.].[3])

Regino Prumensis. Etiam Regino abbas Prumensis in conficiendis libris duobus de synodalibus causis et disciplinis ecclesiasticis (906—13) Breviario utebatur.[4]) Imprimis interpretationem secutus est, in illis autem fragmentis, quae interpretatione carent, legem ipsam adhibuit. Sed codice aucto usus esse videtur, nam habet partem novellae Maioriani extra Breviarium [Reg. II, 173 = Nov. Maior. 6, 5 prima pars[5])] et primam constitutionem Sirmondianam, sub rubrica 'Ex lege Romana' [Reg. II, 116 praebet excerptum ex const. Sirm. 1[6])]. Duas constitutiones, quamvis eas in Breviario invenires, non ex ipso fonte habet sed ex concilio Nanetensi[7]) [Reg. II, 174 = Br. Th. II, 12, 5 int. haustum ex c. 19 dicti concilii (a. 658)] et ex illa capitularis Wormatiensis anni 829 appendice[8]) [Reg. I, 22 = Ep. Aeg. Th. V, 10, 1]. Etiam in appendicibus ad libros Reginonis factis nonnulla ad Breviarium spectant, sed mutata sunt.

---

[1]) ed. Migne, Pat. lat. CXXIV p. 1075 sq.; cfr. P. Fournier, Ann. Grat. XI, 357 et 372; Werminghoff l. c. 670.

[2]) Codex adhuc ineditus est. cfr. P. Fournier, Ann. Grat. XI, 346 sq.

[3]) Fournier l. c. 363 et 365 sq.

[4]) Edidit hanc collectionem Wasserschleben, Lipsiae 1840. Cfr. idem, Beiträge 15; Scherer, Handbuch des Kirchenrechtes I, 236; Tardif DC. 162 sq.; Conrat I, 258 sq.; Halban II, 349.

[5]) Theod. II, 164 sq. Cfr. Conrat I, 145 et 259.

[6]) Conrat I, 147[6] et 259[5]. Quod excerptum teste Conrato I, 259[5] in collectionem cod. Stuttgartensis 107 fol. 83, de qua etiam Schulte in comm. min. Vind. cl. phil. hist. CXVII p. 26 egit, et in c. 125 collectionis canonum codicis Guelpherbitani 88* antea Helmstad. 454 [cfr. Wasserschleben, Beiträge 29 sq.] transiit.

[7]) Mansi XVIII, 171 sq.; cfr. Conrat I, 13[1] et 258[8]; E. Seckel NA. XXVI, 60 sq.

[8]) Haustum ex codice quodam capitularium, in quo false Ludovico Pio adscriptum est. Cfr. Wasserschleben, Regino 35[a]; M. G. Capit. II, 25; Conrat I, 4[4], 258[9].

Reg. I, 414 in fine = Br. Th. I, 1, 1 int.
418 = Br. Th. IV, 7, 1 int.
429 in pr. = Br. Gai I, 4, 8 in pr. nonnullis verbis mutatis.
II, 57 = Br. Th. IX, 12, 1 int. [Conrat I, 258[10]].
59 = „ „ IX, 9, 1 int. [Conrat ibid].
69 = „ „ V, 7, 1 int. in pr. [Conrat ibid.].
70 = „ „ V, 7, 2 int.
71 = „ „ V, 8, 1 int.
85 = „ Paul. V, 25, 2 [Conrat I. 258[12]].
86 = „ „ V, 25, 4 nonnullis verbis additis [Conrat I. 259[1]].
87 = „ „ V, 25, 7 nonnullis verbis mutatis [Conrat I, 259[2]].
89 = „ „ V, 24, 3.
90 = „ „ V, 24, 4 [Conrat I, 259[1]].
122 [usque ad verba '*omnino non possit*'] = Br. Th. II, 25, 1 int.
128 = Br. Paul. II, 20, 4.
129 [usque ad verba '*solvi non possunt*'] = Br. Paul. II, 20, 4 int. aliquot verbis mutatis.
142 = Br. Th. IX, 4, 4 int.
143 et 144 = Br. Th. IX, 4, 2 int.
145 = Br. Th. IX, 4, 3 int. nonnullis verbis omissis.
146 = „ „ IX, 6, 1 int. paucis verbis mutatis [Conrat I, 259[4]].
147 = „ Paul. II, 27, 1.
148 = „ „ II, 27, 2.
149 = „ „ II, 27, 3 [Conrat I, 259[1]].
262 = „ Th. IX, 4, 5.
307 = „ „ IV, 14, 1 int.
303 = „ „ II, 18, 2 int. in pr.
313 = „ „ II, 18, 1 int. nonnullis verbis omissis [Conrat I, 259[3]].
352 = „ „ IX, 14, 1 int.
Reg. II, 360 = „ „ IX, 13, 1 int. [Conrat I, 258[13]].
361 = „ „ IX, 13, 2 int.
362 = „ „ IX, 13, 3 int.
App. I, 23 = „ „ IX, 1, 4 int.
24 = „ „ IX, 1, 8 int. in pr. nonnullis verbis omissis.
25 = „ „ IX, 1, 9 int. nonnullis verbis omissis.
26 = „ „ IX, 1, 11 int. in pr.

Collectio canonum codicis Lipsiensis 668.

Codex Lipsiensis 668 s. XIII. epitomen Reginonis continens[1]) etiam nonnullos ex Breviario locos habet. Sunt hi: Br. Th. II, 18, 1; Th. IX, 9, 1; Th. IX, 12, 1; Th. IX, 13, 1; Paul. II, 20, 4.

Collectio canonum Abbonis Floriacensis.

In collectione canonum, quam Abbo Floriacensis Hugoni Capet eiusque filio Rodberto dedicavit[2]), in cap. 1 locus Breviarii invenitur [Br. Th. IX, 34, 1 cum int.]. Sed contendere non ausim auctorem ipso Breviario usum esse, nam etiam quae ex Iuliano adfert, non ex ipso fonte hausisse videtur.

Decretum Burchardi Wormatiensis.

Burchardus Wormatiensis episcopus in magno Decreti sui volumine fragmenta Breviarii ex Reginone et ex collectionibus falsis supra nominatis habet, sed a Breviario alienus esse videtur. Exempla nonnulla in tabella sequente dabo. Quae vero in libro septimo c. 28 ex Pauli sententiis cum interpretatione Breviarii de gradibus cognationis continet, ex codice quodam Isidori etymologiarum assumpsit, cui ille Pauli tractatus iam pridem adscriptus erat.[3])

---

[1]) Wasserschleben, Beiträge 28 et 29; Conrat I, 259[8].

[2]) Edidit Migne Pat. lat. CXXXIX, 473 sq.; Sav.[2] II, 294 et 489; Haenel LRV. 464; Flach 89; Conrat I, 259 sq.

[3]) Burchardi Decretorum libros viginti edidit Migne, Patr. lat. CXL, 337 sq. Cfr. Sav.[2] II, 295 et 490; Haenel LRV. 464; Richter, Beiträge 64 sq.; Regino ed. Wasserschleben p. 497 sq.; Maassen in Kritische Vierteljahrsschrift V, 190 sq.; Flach 88; Conrat I, 261 sq. et 315.

* I, 147 = Decr. fab. XXVI cfr. Br. Th. IX, 1, 5 in fine.
* 148 = „ „ XXVII „ „ Nov. Val. XII, 1 int.
* 164 = Ep. Stephani secunda c. XI cfr. Br. Th. IX, 1, 7.
* 177 = Ep. Stephani secunda c. VIII „ „ Paul. V, 5, 9.
* II, 39 = Ep. Sixti II secunda c. VI *nullus episcopus* = Ben. Lev. III, 308 vel ep. Sixti secunda cfr. Br. Th. IV, 14, 1 int.
IV, 90 = Ben. Lev. III. 286 = Br. Th. XVI, 4, 1 int. vel Ep. Aeg. l. c.
VII, 28 = Isid. Etym. IX, 5 = Br. Paul. IV, 10 cum int.
IX, 28 = Regino II, 129 = Br. Paul. II, 20, 4 int. aliquibus verbis mutatis.
IX, 30 = Regino II, 128 = „ „ II, 20, 4.
X, 28 cfr. Regino II, 360 } Br. Th. IX, 13, 1. 2. 3 et intt. [Conrat I, 262[3]].
X, 30—31 cfr. Regino II, 361—362 }
* XV, 9 = Ben. Lev. III, 346 vel cap. Angilr. XXXIX cfr. Br. Paul. III, 6, 8 in pr.
XVI, 9 = „ „ III, 163 vel 291 cfr. Br. Paul. I, 6, 1 [Conrat I, 262[1]].
XVI, 10 = „ „ III, 367 cfr. Ep. Par. Th. II, 1, 4.
XVI, 37 usque '*permissum est*' = Regino II, 144 = Br. Th. IX, 4, 2 int. in fine [Conrat I, 262[1]].

Collectio duodecim librorum, quae tota Burchardo innititur, inter tres locos ad ius Romanum pertinentes nullum ex Breviario habet.[1])

Odoramnus Senonensis.

Odoramnus Senonensis[2]) nonnulla fragmenta libri noni Theodosiani [Br. Th. IX, 1, 3. 6. 7. 11; IX, 3, 1. 2] et formulare quoddam libelli accusatorii ex verbis rubricae Br. Th. IX, 1 inscriptionibusque et aliis eiusdem tituli constitutionibus [Br. Th. IX, 1, 6. 8. 11] compositum non ex ipso Breviario, sed ex fonte quodam ecclesiastico habet.[3])

Collectio cod. Vat. reg. 453.

Etiam fragmenta collectionis decretalium codicis miscellanei Vat. reg. 453 fol. 50—55 saeculi duodecimi ineuntis in illis, quae ex iure Romano habent, cum interpretatione et epitoma Breviarii Aegidiana cohaerent. Qua de re eam in partibus regni Francorum compilatam esse suspicari licet. Conratus [I, 264[3]] haec fragmenta ex Breviario sumpta allegat:

c. 91 = Br. Th. I, 1, 1 int.
„ „ II, 2, 1 int.
glossa ad Br. Th. I, 1 sub verbo 'lex'.
„ „ „ „ I, 2, 1 sub verbo 'principes'.
Ep. Aeg. Th. II, 4, 5 et 7.
c. de iudice = Ep. Aeg. Paul. II, 8, 1. 2.

Liber de unitate ecclesiae conservanda.

Unde auctor libri 'de unitate ecclesiae conservanda' annis 1090—93 confecti[4]) illa, quae in primi libri cap. IX ex libro Theodosiani decimo sexto adfert, sumpserit nescio. Certe Germaniae tribuendus est, nam multas res, quae in Saxonia Thuringia Hassia a principibus et episcopis, qui a Gregorii VII. causa stabant, gesta sunt, tam accurate narrat, ut multas ipse audisse, multis rebus interfuisse videatur. Fragmentis ex Theodosiano utitur, ut demonstretur Arcadium imperatorem, quem ab Innocentio papa excommunicatum fuisse auctori non satis constabat, ecclesiae multum favisse eique varia privilegia dedisse, 'sicut testatur liber christianorum imperatorum de fide catholica'. Quibus verbis: 'liber christianorum imperatorum de fide catholica' non solum titulus libri decimi sexti primus, sed totus liber significari videtur, nam quae ex illo compendio adfert, ad varios huius libri titulos pertinent. Sunt haec: Th. XVI, 2, 29 [*quaecumque — deferatur (deputetur)*], dein abbreviatio constitutionis XVI, 2, 31, dein compilatio ex constitutionibus XVI, 1, 2 et 3, quae Gratiani et Valentiniani et Theodosii sunt, dein XVI, 2, 25 Gratiani, et pars constitutionis XVI, 2, 35 nonnullis verbis mutatis. Verba 'et post plurima ecclesiastica

---

[1]) Sav.[2] II, 298; Conrat I, 262.

[2]) ed. Angelus Maius in Spicilegio Romano IX, 59 sq.; libellum habet etiam Zeumer Form. 537[*].

[3]) Conrat I, 263.

[4]) quem Schwenkenbacher et Sackur ediderunt M. G. Libelli de lite II, 173 sq. cfr. ibidem 175 et 196 sq.

disciplinae statuta' sequitur constitutio XVI, 11, 2. Deinde praebet constitutionem praeter alia mihi ignota partem constitutionis Theodosii et Valentiniani XVI, 5, 62 continentem. Denique invenies constitutionem Theodosii et Arcadii et Honorii XVI, 5, 24 et verbis nonnullis mutatis constitutionem XVI, 11, 1, postremo excerpta ex constitutione Theodosii et Valentiniani XVI, 2, 47. Suspicor auctorem nostrum collectione quadam usum esse, cui varia ex libro decimo sexto Theodosiani aliquantulum immutata et abbreviata inserta erant quaeque constitutionem illi Theodosii Honoriique [XVI, 5, 62] similem sed auctam habuit. Arcadio imperatori ab auctore libelli nostri complures constitutiones tribuuntur, quae ab aliis imperatoribus ipsi antecedentibus vel eum sequentibus datae sunt. Utrum ipse falso eas Arcadio adscripserit an falsas inscriptiones ex fonte suo hauserit nescio. Cum Hincmari operibus libellus cohaerere non videtur.

Ivonis Carnotensis Decretum.

In Francia Ivonem Carnotensem non solum Iustiniani libros in operibus suis adhibuisse constat, sed etiam Breviarium cognovit. Quae vero ratio inter utramque codificationem intercedat non dicit. Quae ex Decreto[1]) eius ad legem Romanam Visigothorum pertinent, passim in tota compilatione praesertim vero in libro decimo sexto, in quo de officiis laicorum et causis eorundem agitur, aut ex ipso fonte praecipue ex interpretatione aut ex Benedicto Levita et Burchardo hausta inveniantur, tabella nonnullis exemplis ostendet. Quae ex ipso Breviario adfert, plerumque inscriptione 'legibus Theodosianis' praebuit, quamquam varia ex Pauli sententiis sumpsit. Exempli gratia XVI, 194 haustum ex Br. Paul. I, 1, 2 int. inscriptionem 'ex lege Theodosiana' habet, XVI, 195 ex eodem [Br. Paul. V, 12, 4 int.] inscriptione 'item libro V', XVI, 205 [Br. Paul. I, 7, 10; I, 8, 1. 2; I, 9, 3 int.] inscriptione 'de lege Theodosiana' ornantur. Complures loci ad Breviarium spectantes [XVI, 196—200. 202—204. 244—246. 248] inscriptione egent. XVI, 247 et 249 [Br. Th. IX, 1, 8 int. 11 int. 26, 1 int.] verbis 'libro IX' inscribuntur, XVI, 253—256 vero ex sententiis Pauli adhibuisse dicit. Quid de relatione inter Theodosianum Breviario insertum et Pauli sententias cogitaverit, in inscriptione ad V, 281—285 ostendit dicens excerpta esse legum Theodosianarum a Paulo interpretata. In Panormia [IV, 127 = Ivo Decr. V, 281] vero in inscriptione Paulum omisit dicens caput 'ex legibus Theodosianis' haustum esse, quam inscriptionem postea apud Gratianum C 2 q. 6 c. 22 legere potes. Cui addam Ivonem, quae in Decreto [XVI, 253 etc.] inscriptione 'ex sententiis Pauli' adfert, in Panormia sine inscriptione praebuisse constitutionisque Sirmondianae primae partem, quam in Decreto [XVI, 312] ex Benedicti Levitae capitularibus II, 366 adfert, in Panormia [V, 23] sub inscriptione 'Theodosius VI. imperator' dedisse.

Ex codice Breviarii.

I, 284 = Br. Th. XVI, 4, 1 ex Burchardo [Fournier, Ivo 29].
* V, 274 cfr. „ „ IX, 1, 7 in pr. et int. ex Burchardo [Fournier, Ivo 31].
281 = „ Paul. V, 35, 1 int.
282 = „ „ V, 36, 1 et int. 2.
283 = „ „ V, 37, 2 int.
284 = „ „ V, 38, 1 int. 2.
285 = „ „ V, 39, 1.
286 = „ Th. IX, 1, 11 int.
VIII, 168 et 166 usque ad verbum '*possunt*' = Br. Paul. II, 20, 4 et int. ex Burchardo [Fournier, Ivo 32].
IX, 64 = Br. Paul. IV, 10 totum sed sine interpr. § 4 et transposita interpr. § 8 ex Burchardo [Fournier, Ivo 33].
XVI, 61 = Br. Th. IX, 3, 2 usque '*feriatur*' ex Benedicto Levita.
100 = „ Paul. V, 1, 4 ex Benedicto Levita III, 342.
194 = „ „ I, 1, 2 int.
195 = „ „ V, 12, 4 int.

[1]) ed. Migne, Patrol. lat. CLXI p. 47 sq. cfr. Sav.[2] 303 sq., 494 sq.; Haenel LRV. 465 sq.; Tardif DC. 170 sq.; Conrat I, 378 sq.; Flach 91; Fournier, Ivo 26 sq.

XVI, 196—198 = Br. Paul. II, 1, 2—4 int.
199 = Br. Paul. II, 4, 1. 2. 3 int. 4 int. 5, 1.
200 = „ „ II, 16, 1.
202 = „ Herm. II, 1 int.
203 = „ Th. XI, 14, 6 int.
204 *testes — audiendum* = Br. Th. XI, 14, 2 int.
205 = Br. Paul. I, 7, 10; 8, 1. 2; 9, 3 int.
227 = „ „ II, 4, 4 int. ex Benedicto Levita.
228 = „ „ II, 5, 1 int. „ „ „
229 = „ „ II, 5, 3 int. „ „ „
230 = „ „ II, 10, 1 int. „ „ „
231 = „ „ II, 12, 4 int. „ „ „
232 = „ „ II, 15, 3 int. „ „ „
233 = „ „ III, 7, 10 „ „ „
234 = „ Th. II, 19, 7 int. „ „ „
243 = „ „ II, 26, 1 int. „ „ „
244 = „ „ III, 1, 1 int. „ „ „
245 = „ „ III, 1, 6 int. „ „ „
246 = „ „ III, 13, 3 int. in pr. „ „ „
247 = „ „ IX, 1, 8 int. 11 int. „ „ „
248 = „ „ IX, 24, 1 int. „ „ „
249 = „ „ IX, 26, 1 int. „ „ „
250 = „ „ IX, 26, 2 int. „ „ „
251 = „ „ IX, 27, 1 int. 3 in pr. et int. ex Benedicto Levita.
252 = „ „ IX, 30, 3 int. ex Benedicto Levita.
253 = „ Paul. I, 15, 1 int. „ „ „
254 = „ „ I, 15, 3 „ „ „
255 = „ „ I, 20, 1 int. „ „ „
256 = „ „ V, 4, 17 „ „ „
257 = „ „ V, 4, 18 et 5, 2 „ „ „
258 = „ „ V, 5, 6 int. „ „ „
259 = „ „ V, 34, 1 int. „ „ „
260 = „ „ V, 35, 2 int. „ „ „
313 cfr. „ Th. III, 12, 4 int. „ „ „
318 = „ Paul. V, 27, 3 int. „ „ „
319 = „ „ I, 6, 1 „ „ „
320 = „ „ II, 2, 1 int. „ „ „
321 = „ „ II, 4, 4 int. „ „ „
322 = „ „ II, 5, 3 int. „ „ „
323 = „ „ II, 10, 1 int. „ „ „
325 = „ „ II, 32, 14 „ „ „
326 = „ „ IV, 8, 1 int. „ „ „
327 = „ „ V, 3, 3 „ „ „
328 = „ „ V, 3, 4 „ „ „
329 = „ „ V, 3, 6 int. „ „ „
330 = „ „ V, 4, 9 int. „ „ „
331 = „ „ V, 7, 6 int. „ „ „
332 = „ Th. IX, 3, 2 „ „ „
359 = „ Paul. II, 18, 12 int. in pr. „ „ „

Ex epitoma Aegidii.

IV, 156 cfr. Br. Th. IX, 24, 1 ex Benedicto Levita vel ex cap. Angilramni
157 = „ Paul. V, 4, 15—17. 19 ex Benedicto Levita.
XI, 24 }
49 } = Br. Paul. V, 23, 1 ex Burchardo [Fournier Ivo 33].

XVI, 209 = Br. Paul. I, 12, 7 ex Benedicto Levita.
210 = „ Th. XI, 14, 2 „ „ „
226 = „ „ XI, 11, 1 usque '*audiantur*' ex Benedicto Levita.
235 = „ „ IX, 24, 1 ex Benedicto Levita.
290 = „ „ XI, 14, 3 in pr. ex Benedicto Levita.
315 = „ „ XI, 11, 1 „ „ „
316 = „ Paul. V, 5, 3. 5. 8. 9 „ „ „
355 = „ Th. II, 10, 1. 2 „ „ „
356 = „ „ X, 5, 5 „ „ „

Ex epitoma Parisina.

V, 261 *appellantem* etc. = Br. Th. XI, 8, 1. 2. 3 ex Burchardo [Fournier Ivo 31].

Ex constitutionibus Sirmondianis.

XVI, 312 = fr. const. 1 ex Benedicto Levita [Conrat I, 147[4], 379[1 et 3]; Flach I, 284].

Panormia[1]) paulo post annum 1095 ab eodem Ivone confecta imprimis ex Decreto hausit itaque varia Breviarii repetit. Exempli gratia haec fragmenta allego: *Ivonis Panormia.*

Ex codice Breviarii.

Pan. IV, 67 = Decr. V, 274 = Br. Th. IX, 1, 7 in pr. et int.
68 = „ V, 286 in fine = Br. Th. IX, 1, 11, int. in fine [Fournier, Ivo 301].
127 = „ V, 281 = Br. Paul. V, 35, 1 int.
128 = „ V, 282 = „ „ V, 36, 1 et int. 2.
129 = „ V, 283 = „ „ V, 37, 2 int.
130 = „ V, 284 = „ „ V, 38, 1 int. 2.
131 = „ V, 285 = „ „ V, 39, 1.
V, 14, 15 = Decr. XVI, 247 in pr., 249 = Br. Th. IX, 1, 8 int.; 26, 1 int.
17 = „ XVI, 203 = Br. Th. XI, 14, 6 int.
21 = „ XVI, 204 in pr. = Br. Th. XI, 14, 2 int.
41 = „ XVI, 250 usque '*comprehensam*' = Br. Th. IX, 26, 2 int. usque '*comprehensam*'.
43 = Decr. XVI, 258 = Br. Paul. V, 5, 6 int.
45 usque '*audivi*' = Decr. XVI, 332 usque '*audivi*' = Br. Th. IX, 3, 2.
49 = Decr. XVI, 100 = Br. Paul. V, 1, 4.
66 = „ XVI, 195—198 „ „ V, 12, 4 int. et II, 1, 2—4 int.
67—69 = Decr. XVI, 199, 253, 254 = { Br. Paul. II, 4, 1. 2. 3 int. 4 int. / „ „ I, 15, 1 int. 3. }
70 usque '*exsolvat*' = Decr. XVI, 255 = Br. Paul. I, 20, 1 int.
VI, 92 et 93 usque '*possunt*' = Decr. VIII, 168 et 166 usque '*possunt*' = Br. Paul. II, 20, 4 int.
VII, 90 = Decr. IX, 64 = Br. Paul. IV, 10.

Ex epitoma Aegidiana.

V, 16 = Decr. XVI, 316 = Br. Paul. V, 5, 3. 5. 8. 9.
V, 22 = „ XVI, 210 = „ Th. XI, 14, 2.

Ex constitutionibus Sirmondianis.

V, 23 = Decr. XVI, 312 = pars const. 1.

Panormiae caput IV, 111 interpretationi Br. Th. IX, 30, 1 respondens, cum in Decreto non sit, ut Conratus ait, auctor fortasse ex Benedicto Levita [II, 398; III, 170] vel ut Fournier dicit fortasse ex Anselmo Lucensi [III, 75] inscriptione vero mutata depromp-

[1]) ed. Migne, Patrol. lat. CLXI p. 1038 sq. cfr. Sav.[2] 303 sq., 498 sq.; Haenel LRV. 466; Tardif DC. 170 sq.; Conrat I, 383 sq.; Flach 91; Fournier, Ivo 293 sq.

sisse videtur.[1]) Item caput IV, 56 Panormiae quod ex Br. Paul. V, 18, 11 int. sumptum est, in Decreto deest. Invenit hunc locum P. Fournier l. c. 304 apud Anselmum III, 36 in fine et ego in capitulis Angilramni c. XXXVIII; sed desideratur in collectione septuaginta quatuor titulorum, ex qua Ivonis Panormia varia Anselmi propria habere videtur.[2])

Ivonis epistolae.

Denique in conficiendis epistolis (ed. Iuretus) Ivo Breviarii locis usus est.[3])

ep. 35 Br. Th. IX, 1, 7 ex.
196 „ „ IX, 1, 19 int.
203 „ „ I, 1, 3 int.
212 „ Paul. V, 11, 4 int.

Collectio Tripartita. Caesaro-Augustana.

Nonnulla Breviarii fragmenta ex Decreto in tertiam collectionis Tripartitae partem transierunt, quam nuperrime Fournier magna cum diligentia tractavit.[4]) Caesaro-Augustana, quam primis lustris saeculi duodecimi Conratus in partibus Burgundiae, P. Fournier vero in Aquitania vel septentrionali parte Hispaniae ortam esse suspicatur, et in aliis fontibus et imprimis in Decreto Ivonis nec non in collectione Anselmi Lucensis nititur.[5]) Sed habet [II, 34] quosdam iuris Romani textus compilationibus supra nominatis ignotos, ex quibus P. Fournier mecum illud Breviarii liberaliter communicavit, quod etiam in epistola Iohannis VIII. papae ad regem Germanorum Ludovicum secundum directa, quam infra tractabimus, legi potest. Sunt fragmenta: Br. Th. I, 1, 4 et 2, 1 in pr. In iisdem regionibus P. Fournier librum Tarraconensem paullo post mortem Gregorii septimi confectum esse putat, qui inter alia iuris Romani excerpta complures constitutiones libri decimi sexti Theodosiani genuini [Th. XVI, 2, 8 in pr. 16. 26. 29. 30 et 34] ex collectione illa LXXIV titulorum haustas habet, quae, ut infra demonstrabimus, Hincmaro utebatur.[6])

Liber Tarraconensis.

Collectio decem partium.

Denique inter collectiones Ivoni propinquiores collectionem decem partium et duas bibliothecae Catalaunensis commemoramus. Prima, quam Fournier ex codice Parisino bibl.-nat. lat. 10743 descripsit, cuius vero, ut ipse exposuit, hodie iam quinque codices noti sunt, originis Francogallicae est et ad Panormiam pertinet, sed auctor, dum eam annis 1125—1130 compilavit, textum Panormiae correxit et auxit.[7]) Habet praeterea, ut Fournier mihi scripsit, duos textus Breviarii, qui in Panormia desunt:

II, 36 de interruptione tricennii. Ex libro legum novellarum d. Valentiniani c. XII. Si lis intra tricennium inchoata fuerit et non definita, quasi nec coepta fuerit, habeatur extincta = fr. Br. Nov. Val. XII, 1 int.

V, 25 de appellationibus inopportunis c. 3. Ex lege Iulia. Notatur infamia, qui dum appellat, indici convicium dixerit, sed et is etiam, cuius consilio factum est. cfr. Br. Paul. V, 37, 3.

Collectio Catalaunensis prima.

Collectio Catalaunensis prima, ut Fournier exposuit, paullo post annum 1130 Catalaunis ex collectione decem partium et ex Tripartita confecta quaedam Breviarii habet, quae etiam in Ivonis decreto invenies [XI, 53—55, XII, 21—24, XIV, 34. 35[8])]. Alia vero

---

1) Conrat I, 384[3. 5]; Fournier, Ivo 303[1].

2) Fournier, Ivo 303 sq.; idem in Mélanges d'archéologie et d'histoire XIV, 147 sq.

3) Haenel LRV. 466; Conrat I, 385 sq.

4) Adhuc inedita. Sav.[2] II, 301 sq., 491 sq. hanc collectionem 'anonymam saec. XI.' appellat. Cfr. Haenel LRV. 464 sq.; Wasserschleben, Beiträge 47 sq.; Scherer l. c. I, 241 et 242; Conrat I, 388 sq.; Flach 90; Fournier, Ivo 646 sq.

5) Conrat I, 390 sq.; Patetta Riv. It. XII, 318[1]. Flach 90 Breviarii locos nondum memorat. Fournier Ivo 416 sq. — Codex Paris. 3876* huius collectionis inter ceteros textus, quos auctor ex Exceptionibus Petri assumpsit, etiam Br. Paul. V, 12, 2 cum int. et 4 int. ex illo fonte praebet [Conrat I, 390[3]].

6) Thaner in comm. min. Vind. LXXXIX, 607; Fournier, Mélanges d'archéologie XIV, 159 et 189; idem, Mélanges Iulien Havet (1895) 272.

7) Fournier, Ivo 433 sq. et 635.

8) Fournier, Ivo 632 sq., 643:

XI, 53—55 = Coll. III part. III, 29, 171. 179. 173 = Ivo Decr. XVI, 247. 249. 255.
XII, 21—24 = Coll. III part. III, 9, 8—11 = Ivo Decr. V, 281. 282. 283. 285.
XIV, 34 haustum ex coll. X part. = Panormia V, 21 = Decr. XVI, 204 in pr.
XIV, 35 haustum ex coll. X part. = Pan. V, 16 = Decr. XVI, 316.

exempli gratia c. 27 tit. XII de appellatione, ut P. Fournier mihi scripsit, hac forma ab Ivone aliena sunt. ['Ex libro V° Pauli sententiarum. Appellandum esse, quando sacramentum offertur, non postquam iuratur. Si quando a iudice — iuratur' = Br. Paul. V, 34, 1 int.] Habet hoc fragmentum collectio Tripartita III, 184. C. 29 eiusdem tituli, quocum Br. Paul. V, 37, 3 conferendum est, ex collectione X partium sumptum esse videtur. C. 31 vero, unde auctor sumpserit, incertum est. Textus cum Br. Paul. V, 37, 3 conferendus est 'Ex V° libro. Appellantes infames esse, qui fecerint convicium iudici. Convicium iudici ab appellatoribus fieri non oportet, alioquin infamia notantur. Ista interpretatione non indiget'. Collectio secunda brevi post primam ibidem ex textibus illius una cum excerptis ex Tripartita et Decempartita haustis confecta[1]) hac via nonnullos Breviarii locos recepit [coll. secunda XI, 2, 2. 32. 35 = coll. prima XIV, 34. 35].[2])

Collectio Catalaunensis secunda.

In Summa Parisina[3]), quam auctor incertus quidam septimo vel octavo decennio saeculi duodecimi, postquam Bononiensium artem iura docendi cognoverat, ad Decretum Gratiani Parisiis scripsit, post illud Pauli sententiarum fragmentum [V, 36, 1. 2 et int.], quod Gratianus [C. II, q. 6, c. 24] imperatori Theodosio assignavit et iam Ivonis collectiones [Decr. V, 282, Pan. IV, 128; cfr. Coll. III part. III, 9 (10), 7] continebant, legere potes: 'Haec possunt esse verba G. dicentis superius id est superiore parte Theodosianae legis, vel sunt verba ipsius imperatoris Theodosii. Sed cum Theodosianus codex non sit in Lombardia, est enim Aurelianis et apud sanctum Dionysium videturque, quod G. has leges sumpsisset de canonibus Ivonis, quos quidem inducit, non quomodo teneant sed ne ignorentur.' Alio loco ad dictum Gratiani 'Quod autem' in prooemio C. VI, q. 2 dicit: 'In legibus Theodosiani habuimus, quod credendum sit episcopo: sed illud intelligitur quando de civilibus causis.' Auctorem huius Summae, cum Parisiis vixisset, de Breviario aliquid audisse codicemque quendam huius legis vidisse putandum est, sed intentius in his quaestionibus non versabatur, itaque ut Ivo [Decr. V, 281, XVI, 194. 205; Pan. V, 127] aliique homines docti priorum saeculorum Breviarium nihil aliud quam codicem Theodosianum fuisse credidit, cuius notitiam Isidori Etymologiae [V, 1, 7] memoriae tradiderunt. Quamobrem codicem Theodosianum, quem non in Lombardia sed Aurelianis[4]) et apud sanctum Dionysium fuisse memorat, Breviarium fuisse suspicor.

Summa Parisina.

Plagiator quidam Summae Rufini in codice Gottingensi man. iur. 159 in c. 2 D. 7 addidit: 'Hunc codicem adhuc habent Carnotenses, unde in decretis Ivonis multa ab hoc codice excerpta inveniuntur.' Quamquam plagiator, ut Singer illustravit, Franciam et Parisios cognovit iurisque scientiam scholae Francogallicae debebat, tamen ex hac glossa, ut iam alii homines docti exposuerunt, non apparet eum Theodosianum vel Breviarium unquam vidisse. Faveo coniecturae Conrati plagiatorem nostrum, quia apud Ivonem Carnotensem fragmenta harum legum invenisset, contendisse in urbe Carnotensi codicem quendam Theodosiani fuisse.[5])

Plagiator Rufini in codice Gott. 159.

Postquam usum forensem et scholasticum Breviarii per Galliam Germaniamque tractavimus, pauca tantum dicamus, num lex nostra Britannis nota fuerit.[6]) Leges Romanas

Britannia.

---

[1]) Fournier, Ivo 638 sq., 643.

[2]) Particulam constitutionis Sirmondianae primae in cap. 251 collectio capitum CCXCIV habet, quam Schulte ex codice univ. bibl. Pragensis VIII H. 7 s. XII descripsit. Gratiano et scholae iuris canonici Bononiensi antecedit. C. 251 auctore Schultio ex decreto Ivonis vel ex coll. III partium haustum est. Cfr. Schulte in comm. min. Vind. LVII, 200, 218, 220 et CXVII, 13.

[3]) cfr. Maassen in 'Jahrbücher des gemeinen Rechts' II, 221; idem in comm. min. Vind. XXXI, 465 sq.; Schulte in comm. min. Vind. LXIV, 114 sq.; idem, Geschichte der Quellen und Litteratur des canonischen Rechts I, 106. 224; Conrat, Epitome Exactis regibus, Proleg. CLXXXVII sq.

[4]) Non omnino opinio reicienda est auctorem Summae Parisinae ad codicem Paris. nouv. acq. Lat. 1631 [hac editione K], qui antea Aurelianis fortasse antiquitus custodiebatur, respexisse [Mommsen in his Proleg. LXXVIII].

[5]) Conrat, Epitome Exactis regibus Proleg. CLXXXVII sq.; Ficker in IOeGF., tom. suppl. II, 44; Singer in Archiv f. kathol. Kirchenrecht LXXIII, 24 sq., 37, 70; idem, Die Summa magistri Rufini CLXIX [11a].

[6]) Conrat I, 60 sq.

quarto saeculi duodecimi decennio Britanniam intravisse eiusdem temporis scriptores referunt. Nemo est, qui dubitet codices Iustiniani fuisse. Sed etiam saeculis antecedentibus in illis regionibus — aliter atque in Francogallia — Breviarium omnino ignotum fuit. Iam Haenelius [LRV. Proleg. XCVIII] ita cogitavit eiusque rationes Conratus sequitur. Alii quidem ut Caillemer[1]) etiam in Anglia ut in Francia iurisconsultos Breviario plus quam libris Iustiniani occupatos fuisse credunt, cui vero opinioni nulla argumenta adferre potuerunt.[2])

Leges Henrici primi.

Solae leges Henrici primi, quas Liebermannus[3]) intra annos 1110 et 1132 [haud dubie 1110—1120] confectas esse exposuit, in c. XXXIII, 4 fragmentum ex Breviario praebent [Ep. Aeg. Th. XI, 9, 1]. Suspicari licet compilatorem harum legum, qui etiam legem Salicam emendatam, legem Ribuariam, capitula regum Francorum laudat, codice quodam usum esse, in quo et leges nationum Germanicarum et epitome Aegidii scriptae fuissent. Praeterea ex illis rebus, quas ex iure canonico adfert, eum codices originis Francogallicae cognovisse intellegendum est et quidem ex fonte Ivoni propinquo eas hausit. Ut Liebermannus putat, auctor non in Britannia sed in Normannia vel in regionibus vicinis natus atque in Francogallia eruditus est.

Guilelmus Malmesburiensis.

Ex Gallico quodam codice Guilelmus Malmesburiensis Breviarium auctum abbreviationi de gestis imperatorum inseruit.[4]) Qui codex in forma aucta praeter Breviarium etiam librum Theodosiani genuini decimum sextum novellasque, Gai Paulique fragmenta vero in forma epitomata continebat. Etiam de Iustiniani codificatione Guilelmus audivit, sed an viderit hos libros incertum est. Nam quae de Iustiniani libris tradit, ex Pauli historia Langobardorum haurire potuit.

Leges Canuti et Wallicae.

Savignius Haeneliusque[5]) rationem quandam inter Breviarium et leges Canuti Wallicasque intercedere contendunt. Res aliter se habet. Leges Canuti, quae plerumque ex antiquioribus fontibus in concilio Wintonensi post 1028 factae sunt, cum iure Romano nihil habere videntur commune.[6]) Legum Wallicarum vero fragmentum [II, 10, 70], in quo de adhibendo testium numero lex Romana cum iure vernaculo comparatur[7]), non primae codificationi annis 907—948 factae adscribendum est, sed multis annis post auctoritate scholae glossatorum insertum esse videtur.[8])

Collectio canonum Hiberniensis.

Denique non omittendum est collectionem canonum Hibernensem, quamquam multa ex iure privato habet, fragmentis ex iure Romano haustis omnino carere itaque aliter ac collectiones in Francorum finibus confectae nihil ex Breviario redactoribus ignoto habet.

III. Breviarii notitia per Italiam.

Prooemium.

Magni momenti est quaestio utrum Breviarium etiam per Italiam usui fuerit necne. Iam Godofredus ea de re cogitavit, nam caput septimum Prolegomenorum in Theodosianum rubrica: 'de usu Theodosiani Breviarii per Gallias . . . et sub Langobardis per Italiam' inscripsit. Sed immatura morte ereptus hanc Prolegomenorum partem non confecit. Post Ritterum primus Savignius[9]) harum rerum optime peritus Breviarium, antequam Carolus Magnus regnum Langobardorum sibi subiecit, Italis ignotum fuisse, postea vero in Lombardiam una cum Francis, qui officiales vel clerici ibidem fuerunt, venisse

---

[1]) Caillemer, Le droit civil etc. 10.

[2]) Conratus in altera parte operis in capite 35 demonstrabit dicta Aldhelmi vel Alcuini, quae Sav.[2] I, 467 adfert, nihil argumento esse opinioni falsae ius Romanum septimo vel octavo saeculo in scholis Britanniae traditum esse. Constat ius Romanum tum apud Britannos ne notum quidem fuisse.

[3]) Liebermann, Über das englische Rechtsbuch leges Henrici (1901) 22 sq.

[4]) Conrat I, 232 sq.; Mommsen in his Prolegom. LXVI. XC sq.

[5]) Sav.[2] II, 168. 482; Haen. LRV. 466.

[6]) Stobbe I, 199[a]; Conrat I, 60; Amira, Grundriss des germanischen Rechtes[2] 27.

[7]) Savignius et Haenelius de Br. Th. XI, 14, 2 cogitant; Conratus l. 12 D. 22, 5 adfert.

[8]) Conrat I, 60. Cfr. Sav.[2] IV, 417 sq.; Caillemer l. c. 11 sq.

[9]) Savigny[2] II, 270.

exposuit. Haenelius[1]) legi Romanae Visigothorum maxime studens Breviarium in Italiam pervenisse ex codicibus compluribus, qui in veteribus Italiae bibliothecis velut in Eporediensi reperti sunt, apparere contendit, quos a Francis in Italiam portatos esse omnino negat. Postea ut alios omittam Fittingus[2]) Breviarii per Italiam usum omnino negat ibique hanc legem prorsus neglectam esse affirmat. Contra Schupfer legi Romanae Curiensi curam intendens variis ex causis non dubitandum esse contendit, quin Breviarium etiam per regiones Italiae divulgatum fuerit.[3]) Alii homines docti ut Calisse, Flachius et Salviolius[4]) Schupferum, alii ut Brunner et Ficker[5]) opinioni Fittingi favent. Etiam Conratus [I, 46 sq] et post eum Patetta[6]) multis verbis ea de re egerunt.

Ante introitum Francorum. Ad controversiam transituri cum auctoribus Savignio et Patetta res ante et post introitum Francorum in regnum Langobardorum distinguendas esse putamus. *Edictum Theodorici.* In conficiendo edicto suo Theodericus Ostrogothorum rex legem Romanam Visigothorum non adhibuit, etiamsi edictum, ut Gaudenzius, Brunner, Schroeder, Amira aliique putant[7]), inter annos 511—15 publicavit, paullo postquam partes Galliae Visigothicae sibi subiecit. *Leges Langobardorum.* Alia Breviarii Langobardorumque legum ratio esse videtur, sed quaestio nondum finita est, quamquam multi viri docti ut Vesmius, Calisse, Tamassia, Chiapellius, Del Giudice, Patetta, Zeumer ea de re egerunt.[8]) Imprimis animadvertendum est, ut Zeumer nos docuit, neque legem Romanam Visigothorum neque Theodosianum integrum sed antiquam quandam Visigothorum legem hodie deperditam, quae ipsa Theodosiano genuino niteretur, fontem capitis 178 edicti Rhotari fuisse.[9]) Neque Roth. 32, 182, 388 neque Liutp. 33, 119 neque Aest. 14 ad Breviarium referenda sunt, at Liut. 16 ex constitutione quadam legis Romanae Visigothorum [Br. Th. II, 27, 1] haustum esse negari non potest.[10])

Etiam usum forensem Breviario ante dominationem Francorum quendam fuisse Patetta[11]) non omnino excludit arbitrans huius compendii, cui usus maximus inter regiones Italiae proximas fuit, notitiam etiam ad Italos penetrasse, praesertim cum ibidem Theodosiani genuini ceterorumque iuris Anteiustiniani librorum usus brevi tempore regiminis Byzantini non omnino evanuerit.[12]) Cui opinioni haud assentio.

Post invasionem Francorum. Post invasionem Francorum Romani, qui ex partibus Franciae in Italiam migraverant ibique, quoad rationes iuris originis observandae sunt, lege Romana vivebant, ex patria sua Breviarium cognoverunt. Aeque officiales Francorum, quorum numerus ibi haud parvus fuit, si in conficiendis iudiciis secundum legem Romanam decernendum erat, quamquam in Italia alii iuris Romani libri in usu fuerunt, interdum Breviarium vel eius compendium quoddam, quod iure Romano Italico melius intellegebant, adhibuerunt.[13]) Sed Breviarium in nulla Italiae parte legis vim accepit illaque codicis Ambrosiani A. 46 inf. clausula nobis indicat confectorem clausulae, si ipse ut puto Italicus fuit, cum multis aliis coaequalibus suis cogitasse Breviarium a Carolo Magno in leges regni Francorum, minime Italicorum receptum esse. Quo loco si etiam Pippinum commemorat,

---

[1]) Haenel LRV. Proleg. XCVIII sq. (No. 46).

[2]) Fitting, Brachylogus 21[89].

[3]) Cfr. Schupfer, Manuale[3] I p. 189 sq. et opera eius ibidem allegata.

[4]) Calisse, Il diritto di Teodosio in Italia. Annuario della r. università di Macerata 1888/89; Flach 115[1] et 123[4]; Salvioli, Manuale[3] (1899) 54.

[5]) Ficker, Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens III, 67 et IOeGF. tom. suppl. II, 44 sq.; Brunner I, 360.

[6]) Patetta AG. XLVII, 1 sq.; idem, Digesto Italiano V, 977[5].

[7]) Gaudenzi ZfRG.[2] VII, 46 sq.; Brunner I, 365; Schroeder[4] 240 [paullo post a. 512]; Amira, Grundriss des germanischen Rechtes ed. II, p. 13. Contra Patetta in Atti Tor. XXVIII, 552 [a. 524]; cfr. Schmidt in ZfRG.[2] XVI, 248 sq.

[8]) cfr. Patetta AG. XLVII, 8; Zeumer NA. XXIV, 584.

[9]) Zeumer NA. l. c.

[10]) Patetta AG. XLVII, 9 sq.

[11]) l. c. 12 in fine.

[12]) Cfr. Calisse l. c. 23 sq.

[13]) Conrat I, 46 sq.

qui in Italia tempore patris eius regnavit, mihi ad solvendam quaestionem, num Breviarium in Italia pro lege fuerit, nullius, ad explorandam vero originem auctoris huius glossae magni momenti esse videtur. Resisto interpretationi decimo saeculo in Italia opinionem fuisse Breviarium ex ordinatione Caroli in quibusdam Italiae partibus, in quibus ius Romanum ius quod dicitur terrae fuit, legis vigore ornatum fuisse[1]) vel saltem Romanis ex Gallia ortis, qui in Italia habitabant vel ad tempus tantum ibi commorabantur, in illis causis, in quibus lex originis adhibenda erat, promiscue pro lege fuisse.[2]) Ius Romanum ibi codificatione Iustiniani aliisve operibus ex eadem compilatis nitebatur, sed praesertim in partibus regni Langobardici ex temporibus aevi Karolini elementis Germanicarum legum aliquantulum immutabatur et iudices Italici iure quidem Romano iudicantes impigro usu commercioque inter Franciam et Italiam intercedente fragmenta Breviarii eiusque interpretationum et epitomarum, quibus Romani ultra fines Italiae vivebant, hic illicque memoriae mandabant. Ut infra ostendetur, non solum Breviarii codices in Italia reperiuntur, sed etiam fragmenta epitomae Aegidianae in exemplaria codicis Iustiniani et libri Papiensis transierunt formulaeque iure Breviarii nitentes manuscriptis Italicis inserebantur. Cui addas in partibus Raetiae Curiensis illam Breviarii epitomen legis vim accepisse eique in Tiroli meridionali, cuius partem inter alias nationes etiam Itali colebant, usum quendam forensem obvenisse. Qua re non mireris notitiam et Breviarii integri epitomaeque Aegidii vel variorum ex his libris excerptorum et legis Curiensis propter brevem et concisam formam et quia, quod statuerunt, saepe iure Germanico immutatum itaque his temporibus accomodatum erat, in partes Italiae vicinas penetrasse ibidemque has leges una cum aliis iuris libris descriptas esse.[3]) Quia Breviarium et lex Romana Curiensis ut Iustiniani opus ius Romanum continebant, coniecturae favere malim iudices Italiae illis temporibus differentiam inter duas codificationes plerumque non satis intelligentes, si libro iuris Romani utebantur, non animadvertisse, cuius generis fuerit, itaque secundum legem Romanam decernentes hic librum iuris Iustiniani decurtatum vel compendiatum ille vero Breviarium vel eius epitomas, si hos libros ei praesto erant, adhibuisse videtur. Qua quidem ratione etiam Breviario in quibusdam Italiae partibus usum forensem obtigisse putandum est.

Codices Breviarii ad Italiam pertinentes.

His praemissis notitiam usumque scholasticum Breviarii per Italiam tractaturi primum adnotamus nonnullos codices Breviarium vel compendia eius continentes originis Italicae esse vel in bibliothecis illius terrae antiquitus conservatos esse. Nono saeculo exeunti vel decimo incipienti codices E et X in bibliotheca capituli Eporediensis tribuendi sunt, qui legem nostram continent. Sed utrum in Italia confecti sint an aliunde iam pridem in illius capituli bibliothecam venerint nondum constat. Animadvertas codicis X Murbacensem deperditum gemellum fuisse, cuius copia iussu Bonifacii Amerbachii conscripta in bibliotheca publica Basileae superest. Codicis vero E copiam habemus in illo E*, quem Vesontionensem Cuiacii et Pithoei esse dicunt.[4]) Patetta [AG. XLVII, 26. 30] etiam codicem L Italiae tribuit, sed huic opinioni nullum argumentum praebet. Contra Hauboldus auctores libri: 'Nouveau Traité de Diplomatique' secutus codicem aut in Italia aut in Gallia meridionali scriptum esse putat, Haenelius vero Galliae meridionali adiudicat.[5]) Codicum, qui Breviarii additamenta sumpta ex integro Theodosiano praebent, Ambrosianus C 29 inf. [A] s. XI. propter scripturam, quae variis locis corrupta est, potis-

---

[1]) Cfr. quae Calisse l. c. 53 auctore Schupfero [Atti della R. accad. dei Lincei. S. IV, cl, di scienze morali Vol. III/1 78[1]] exposuit.

[2]) Cfr. quae Patetta AG. 15 et Fournier in Ann. Grat. XI, 399 dixerunt. De vigore legum Romanarum in forma iuris terrae [Landrecht] et iuris originis [persönliches Recht] per partes Italiae confer, quae nuperrime C. Neumeyer 'Die gemeinrechtliche Entwicklung des internationalen Privatrechts und Strafrechtes bis Bartolus' (1901) diligentissime exposuit.

[3]) Memoria dignum est tres locos ex lege Romana Curiensi in capitula Lodoici transiisse eademque lege quaedam Italiae statuta ut Vallis Tellinae in ordinandis iuris dotalis institutionibus nisa esse [Conrat I, 285, Voltelini l. c. 154[4]].

[4]) Cfr. Mommsen in his Proleg. LXXIV. LXVII sq.

[5]) Haenel LRV. XLIX. 12.

simum ad Italiam ducendus est, ut Mommsenus contendit, qui ipse codicem recognovit.[1]) At Haenelius opinatur litteras huius codicis non multum ab ea litterarum specie discrepare, quam saeculi duodecimi codices in partibus Galliae scripti prae se ferunt itaque Clossio resistit, cum scripturam Langobardicam esse dicat.[2]) Decurtatorum Taurinensem s. XIV originis Italicae infra commemorabimus. Epitomatorum Aegidianam complectentium Sanpauliani s. IX ineuntis et Ambrosiani A 46 inf. saec. X mentionem facimus. Prior intra annos 817 et 823 exaratus ex Italia proficisci videtur[3]), cum varia capitularia mere Italica et quaedam regis Langobardorum Liutprandi ex anno 733 habeat[4]) et ut Patetta l. c. 31 illustravit, in hoc codice nomina idiomate Langobardico expressa inveniantur.[5]) Etiam alter codex in Italia scriptus est[6]), sed utrum collectio eidem inserta, quae quadraginta septem epitomae Aegidianae capita una cum excerptis ex libris ecclesiasticis complectitur, in Italia facta an a scriptore ex codice quodam extero tantum descripta sit, nondum apertum est. Praeterea 'liber de constitutionibus principum et edictis imperatorum' Everardi comitis Foroiuliensis Breviarium fuisse videtur, quod Gothani archetypus fuit. Neque mireris Everardum, cum illustris regis Francorum officialis fuerit, in magna sua bibliotheca praeter leges nationum Germanicarum etiam codices Breviarii possedisse, quorum unum, quem supra commemoravimus, filio suo Unrocho, alterum 'librum Aniani' Adelardo legavit.[7]) Sed de origine horum librorum eorumque in iudiciis Foroiuliensibus usu nihil constat. Denique Patetta codicem 'de institutis antiquorum regum' antiqui catalogi monasterii Bobiensis Breviarium fuisse putat, cum in can. 73 concilii Meldensis primi [845] Breviarium 'antiquorum regum et legum iura' appelletur.[8])

Capitularia Italica.

In nonnullis capitularibus Italicis Breviarii usus quidam apparet. In codice Parisino 4613 capitulari anni 789 duo fragmenta adduntur, quae, ut Boretius ait, res ecclesiasticas ordinantia in iure Romano nituntur.[9]) Quorum unum formam testamenti quinque vel septem testibus ornati continens cum novella Valentiniani [Br. Nov. Val. IV, 1, 4] conferendum est, alterum vero, in quo de thesauro invento agitur, ut Patetta dicit, iuri Theodosiano etiam in Breviarium [Br. Th. X, 10, 1] recepto propius quam Iustiniano esse videtur.[10]) In libro Papiensi Hlot. c. 82 invenies capitulare incerti auctoris, cuius tenor cum interpretatione legis Romanae Visigothorum [Br. Th. I, 1, 1] componendus est.[11]) Cui addimus duo capitula extra librum Papiensem vagantia sed apocrypha, quae ex epitoma Aegidii sumpta sunt, quorum unum in collectione Walcausina [M. G. Capit. I, 220. 22 = Br. Th. V, 12] false Carolo Magno tribuitur, alterum [M. G. l. c. I, 219. 18 = Br. Paul. II, 2, 1] in codice Florentino Laurentianae Plut. LXXXVIIII sup. 86 in fine aliorum Karoli Magni capitularium legitur, quae Conratus ab ipsis scriptoribus confecta esse dicit.[12]) Uterque codex saeculo undecimo in partibus Italiae scriptus est.

Collectiones mundano usui destinatae.

In variis collectionibus Italiae, quae non speciali usui ecclesiae destinatae sunt, nonnulla ex Breviario excerpta invenimus. In codice Vercellensi collectionis canonum Anselmo dedicatae intra annos 924 et 960 scripto et in codice Mutinensi, qui secunda parte saeculi decimi ex codice Vercellensi descriptus est uterque, ut Patetta demonstra-

---

[1]) Prolegomena in Theodosianum p. LXXXIV.

[2]) Haenel l. c. LVII et LVIII.

[3]) Egerunt de hoc codice XXV $\frac{A}{4}$ inter alios Boretius, Die Kapitularien im Langobardenreiche (1864) p. 29 sq. et Bluhmius in M. G. LL. III, 514. Cfr. Werminghoff in M. G. Capit. II. XXVI.

[4]) M. G. LL. IV, 180 sq.

[5]) M. G. Capit. I, 377 et 378.

[6]) Habet codex etiam fragmenta ex collectione Anselmo dedicata. Mommsen in his Prolegom. CI codicem Italis tribuit, item Patetta iudicio Gaudentii et abbatis Ceriani [AG. XLVII, 14].

[7]) M. G. LL. IV p. XLII; Becker, Catalogi 29 N. 8 et 29; Conrat I, 47[3]; Patetta l. c. 30.

[8]) Becker, Catalogi 67 N. 245; Conrat I, 47[3]; Patetta AG. XLVII, 30; idem, Riv. It. XII, 311[1].

[9]) M. G. Capit. I, 216, 4. 5.

[10]) Patetta l. c. 16.

[11]) M. G. Capit. I, 335, 4; Conrat I, 4[5]. 48[6]; Patetta eod. 16.

[12]) Conrat I, 4[4]. 276[4]; idem NA. XV, 202; Patetta eod. 31.

Formulae codicum Vercellensis et Mutinensis. vit[1]), originis Italicae est, duae formulae leguntur cohaerentes cum iure Romano Visigothico. Utuntur verbis Breviarii integri vel epitomae Aegidii. Priorem ex libro Theodosiano legis Romanae tractam esse codex ipse in fine indicat, altera clausulam 'in libro VIII Theodosiano sub titulo primo de accusatoribus' continens verbis 'lex talis edocet' constitutionis Breviarii [Br. Th. IX, 1, 4] interpretationem totam vel epitomae Aegidianae textum verbis ultimis omissis repetit. Quae formulae, etiamsi in Italia eas ortas esse non constat, tamen certe in Italia descriptae et transformatae sunt. Quomodo collectioni Anselmo dedicatae insertae essent, Patetta mihi bene demonstrasse videtur. Si id, quod ipsae nobis dicunt [Tractum ex libro Theodosiano legis Romanae. In libro VIII Theodosiani sub titulo primo de accusatoribus], interpretamur, primum in codice quodam Breviarii fuisse videntur.[2]) Dein ab ignoto quodam scriptore in exemplari Pseudoisidorianae duobus capitibus, in quibus de accusatoribus agebatur, in margine positae a posteriore manu iam in textum assumptae sunt. Postremo cum illis pseudodecretalibus in Italiam indeque in collectionem Anselmo dedicatam transierunt. Fragmenta alterius formulae, ut Patetta illustravit, etiam in codice Parisino 4403 Breviarii glossati in meridionali Gallia scripti apparent, unde Haenelius ea publicavit.[3]) Formulas, quae ad negotia privatorum vel ad ius in iudiciis obtinendum confectae sunt, codicibus legum inscriptas esse variis exemplis demonstrari potest. Ita formulae Marculfi in codice Lugduno-Batavensi appendix epitomae Aegidii sunt. Turonenses in codicibus Varsoviensi et Parisino lat. 4409 legem Romanam Visigothorum Salicamque sequuntur. In codice Vat. reg. 852 harum formularum fragmenta Breviario praemittuntur. Formula 'de trina conventione' in variis codicibus Breviarium continentibus inter appendices huius legis reperitur.

Idem codex Vercellensis in sexta parte collectionis post textus ex iure Romano haustos constitutionem quandam apocrypham 'de diaconorum presbiterorum et episcoporum subole' a manu paullo posteriore scriptam praebet. Eandem habet alius codex Vercellensis paullo recentior. Constitutio, ut iam Vesmius suspicatus est et Patetta post eum demonstravit[4]), opus cuiusdam falsarii Vercellensis esse videtur. In utroque codice inscriptio sex imperatores adfert iisque verba 'in septimo libro Gay' addit. Haec inscriptio vitiis non caret et scriptor eam ex memoria expressisse videtur, itaque constitutionem ipsam frustra in Breviario vel in Theodosiano genuino quaeras. Sed Breviarii notitiam falsarius habuit; quod ni ita esset, verba 'in septimo libro Gay' intellegenda non essent, nam in solo Breviario excerpta ex institutionibus Gai septimam partem explent.

Codex Vercellensis 122. Alius codex Vercellensis (122) saeculi decimi exeuntis epitomen Iuliani complectens sine dubio in Italia scriptus et fragmenta alia Italiae nota continens in fine duo fragmenta epitomae Aegidii ex Th. VIII, 5, 1 habet.[5])

Capitula secundum Lodoici. Capitula secundum Lodoici[6]), opus cuiusdam privati compilatoris in codice Ambrosiano O 55 conservatum, qui saeculo XI. scriptus librum Papiensem continens originis Langobardicae[7]) est usuique in partibus Lombardiae destinatus fuit, in cap. 19 [M. G. Capit. I/1 337, 10] locum ex epitoma Aegidii [Th. IV, 5, 1] reddunt.[8]) Nondum constat, a

---

[1]) Patetta eod. 22 sq.; idem, Riv. It. XII, 311. Patetta, quae in hac re Merkelus [apud Sav.[2] VII, 71 sq.] et Conratus I, 47[6] dixerunt, auxit et correxit.

[2]) Poenam triginta librarum auri altera formula aeque habet atque illa regis Ludovici filii Bosonis charta anni 897, qua donationem patris sui ecclesiae Gratianopolitanae factam confirmat. Codicis Iustiniani I, 14, 2 legem Theodosii et Valentiniani Theodosiano non inscriptam continentem haud adferre velim. 'Lex Theodosii' ibidem, ut credam, Breviarium esse videtur [Conrat I, 37[2]; Patetta AG. eod. 24; Riv. It. XII, 309].

[3]) Haenel LRV. 463.

[4]) Baudi de Vesme, Edicta Legum Langobardarum p. CXI; Patetta AG. l. c. 26 sq.

[5]) Mommsen in Coll. libr. iuris Anteiust. (1890) III, 117; Conrat I, 627, quo loco ea, quae in nota 47[3] dixit, corriguntur.

[6]) M. G. LL. I, 523 sq.

[7]) Habet haec compilatio etiam tres locos legis Romanae Curiensis [c. 20, 21 et 42 = l. R. Cur. XXIII, 25, 1 et 26, 1].

[8]) Ticini (Paviae) scriptum esse Bluhmius auctore Bethmanno exponit [M. G. LL. IV p. LIII § 12].

quo et quo loco haec compilatio post medium saeculum nonum facta sit, sed Conratus non omnino opinionem denegat scriptorem codicis ipsum compilatorem fuisse. Quae res si ita se habet, in partibus Lombardiae capitula compilata sunt, ubi omnia fere fragmenta, quae scriptor assumpsit, divulgata erant.[1])

Glossarium Cavense.

Dein Glossarium codicis Cavensis[2]) saeculi XI ineuntis [circa annum 1005 Beneventi scripti] ad verbum 'lex' edicti Langobardici glossam praebet, quae ex illis glossis profecta esse videtur, quas Breviarii codex Vat. reg. 1048 praebet.

Codices Pistorensis et Parisinus 4516.

Etiam in duobus antiquis codicis Iustinianei manuscriptis inter primam et secundam constitutionem tituli de feriis [III, 12] nonnulla ex epitoma Aegidii [Th. II, 8] inserta sunt. Haec fragmenta in codice Pistoriensi saec. X altera manu in margine scripta, in codice vero Parisino 4516 saec. XI iam textui intercalata sunt. Certe haec interpolatio in Italia facta est.[3])

Codex Taurinensis lat. 392.

Antequam libris ecclesiasticis studium navemus, codicem Taurinensem lat. 392, hodie I, IV, 24, saeculo decimo quarto exeunte conscriptum commemoramus, de quo Patetta l. c. 39 sq. uberrime egit. Usque ad f. 35 epitomen Iuliani continet, cui alia manu in margine fol. 2 tria Breviarii fragmenta adscripta sunt [Br. Th. VIII, 9, 6 int.; Br. Th. III, 8, 2 int.; Br. Th. II, 21, 1]. Dein idem scriptor folia 37—40' aliis Breviarii locis complevit, quos ex libris codicis Theodosiani I, II, III, IV, VIII et IX, ex Pauli sententiarum libris V, III, II et I, ex Gaio II, 10, iterum ex Pauli libro II, ex Theodosiani libris IX, X, XI, XII et XV, ex novellis Theodosii et Valentiniani, iterum ex Pauli libro IV et III traxit. Inscriptiones singularum legum plerumque desunt vel imperfecte scribuntur, semper vero scriba textum et interpretationes distinguit. Citationes more Bononiensi facit. Denique in margine fol. 40' nonnulla Ansegisi capitula adfert. Codex, ut Patetta ait, sine dubio origine Italica est, itaque nobis indicat Breviarium in illa regione, ubi scriptus est, exeunte saeculo decimo quarto nondum evanuisse. Nisi ita res fuisset, scriba noster Breviarii excerpta codici Iuliani non addidisset, quae aut ipse ex Breviarii quodam exemplari pleno vel decurtato collegit aut aliunde hausit.

Breviarium et Bononienses. Azo.

Scholae vero iuris civilis Bononiensi Breviarium omnino ignotum fuit. Solus Azo in lectura ad codicem Iustiniani[4]) legi 5 C. X, 11 de delatoribus addit 'ut in Theodosiano codice' etc. [Sav.[2] III, 505]. Utrum Breviarium unquam in manibus habuerit an fragmentum aliunde excerpserit, nescio neque necessitudines cum Francia praesertim cum universitate Montispessulana habuisse videtur.[5]) Accursius Azonis discipulus Breviarium nunquam vidit. In glossa enim ad eandem codicis Iustiniani constitutionem contra magistrum: 'nam ut d i c u n t contineri in Theodosiano codice' etc. dicit.[6])

Accursius.

Collectiones ecclesiasticae.

Epistola Iohannis VIII.

Ecclesiae forum intrantes Romanis pontificibus in litteris decretalibusque conficiendis Breviarium usui non fuisse commemoramus. Unicus Iohannes VIII. in epistola quadam ad Ludovicum regem Germanorum quosdam Theodosiani textus praebuit, quos etiam in Breviario invenire potes, sed papam hic lege nostra usum esse Mommsenus negat.[7]) Ut iam Conratus ostendit, Haenelius in errore versabatur, cum diceret Gregorium in

Gregorius I.

---

[1]) Boretius, Die Kapitularien des Langobardenreiches 192 sq.; Conrat NA. XV, 202; idem, Quellen I, 284 sq.. Patetta in Atti Tor. XXV, 876 compluribus argumentis, inter quae origo Italica codicis Vercellensis Ansegisi collectionem complectentis maximi momenti est, communem opinionem refutavit Ansegisi libros Italis omnino ignotos fuisse. Quae res ad quaestionem decernendam multum valet utrum collectiones quaedam Ansegiso utentes ex Francia an ex Italia profectae sint. Cfr. Schmidt in ZfRG.[2] XVI, 253 sq.; Schupfer in Atti della R. accad. dei Lincei S. IV Memorie Vol. VI, 288; Patetta AG. XLVII, 31 sq.; idem Riv. It. XII, 316; Besta in Riv. It. XXXI, 59.

[2]) ed. Bluhme in M. G. LL. IV, 655 N. 93; cfr. Conrat I, 394[1]; Patetta l. c. 45[1].

[3]) Conrat I, 47[3]; Patetta l. c. 29.

[4]) Azonis ad singulos LL. XII libr. cod. Iust. commentarius etc.

[5]) Sav.[2] V, 3 sq.; Denifle, Die Universitäten des Mittelalters bis 1400 I, 346; Conrat I, 47[1]; Tardif OR. 305.

[6]) Sav.[2] III, 505.

[7]) In his Prolegom. LXIV. Cfr. Conrat I, 19 sq. 48[2]; Patetta l. c. 21.

epistola quadam [IX, 7] Breviarii novella Theodosii usum esse.[1]) Item fragmentum [Br. Paul. II, 20, 4 int.], quod Ivo in decreto suo [VIII, 166] auctore Burchardo [IX, 28] Nicolao papae primo tribuit, apocryphum est.[2]) Solus Gerbertus, qui abbas Bobbiensis postea pontifex Romanus electus sibi nomen Sylvestri secundi imposuit, epistolae 217 [ed. Havet] fragmentum ex Breviario [Br. Paul. V, 5, 6 int.] inseruit, sed hanc epistolam eo tempore scripsit, quo archiepiscopus Remensis fuerat.[3])

Nicolaus I.
Gerbertus.

Lex episcoporum et ceteris clericorum.

Appendix Iuliani in codice Utinensi saeculi decimi, qui in hac parte originis Italicae esse videtur, a scriptore 'Lex episcoporum et ceteris clericorum' nominata[4]) capite quinto fragmentum ex novella Marciani V, 1 epitomae Aegidii praebet. Conratus codicem extra Italiam confectum esse putans totam compilationem etiam propter illud fragmentum partibus regni Francorum fortasse regionibus Raetico-Curiensibus tribuendam esse suspicatur.[5]) Sed cum Iulianus in Italia scriptus esse videatur[6]), nihil habeo, cur totam compilationem in Italia fortasse in septentrionali eius parte factam esse negarim.

Collectio cod. Ambrosiani A 46 inf.

Ineunti saeculo X. illa codicis Ambrosianae saec. X. A 46 inf. collectio tribuenda est, quam pridem Maassenus, Conratus, Schupfer et Patetta memoraverunt, Fournier vero nuper diligentissime descripsit.[7]) Praeter alios iuris canonici et saecularis fontes Pseudoisidoriana, capitularibus Ansegisi et Benedicti, collectione Anselmo dedicata nititur. Cui addendum est collectionem, ut alio loco diximus, in prima parte [II, 60—65] constitutiones Sirmondianas cum commentario Flori Lugdunensis habere, in quarta vero parte [c. 1—46] sub inscriptione: 'Tituli legum ex corpore Theodosiani breviter succincti' ex epitoma Aegidiana quadraginta sex fragmenta assumpsisse, quae ad libros Theodosiani I—IX pertinent, unum vero [c. 47] ex Pauli sententiis [II, 27] sumptum est. Conratus collectionem Franciae, Patetta et Fournier septentrionali parti Italiae assignant. Codex ipse in Italia manu saec. X. scriptus esse videtur, sed num archetypus sit adhuc in dubio est.

'ollectio codicis Flor. Laur. S. Cruc.

Collectio canonum codicis Florentini Laurentianae S. Cruc. IV. prima saeculi undecimi parte confecta adhuc inedita regionibus Langobardicis Italiae superioris tribuenda praeter alia ex iure Romano in fol. 70' fragmentum epitomae Aegidii [Paul. I, 8] praebet, quod, ut Seckelus docuit, in nulla alia canonum collectione adhuc invenitur.[8])

Collectio LXXIV titulorum.

Aliae collectiones ecclesiasticae, quae originis Italicae sunt, varios ex Breviario locos habent, quos vero maxime ex operibus transalpinis, imprimis ex Hincmaro, ex Pseudoisidoro, ex Burchardo hauserunt, sed ipsius Breviarii nullam habent notitiam. Ex Hincmaro, ut ipse compilator dicit, c. 33—38 tituli tertii illius collectionis LXXIV titulorum sumpta sunt, quae medio saeculo undecimo pontifice Leone IX. in Italia apud Curiam confecta est.[9]) Sunt constitutiones libri decimi sexti tituli secundi de episcopis Theodosiani 8. 16. 26. 29. 30. 34. Praeterea auctor magnam ex Pseudoisidoriana partem descripsit itaque nonnulla fragmenta Breviarii, quae in has falsas decretales transierant, in forma, quam eis Pseudoisidorus dedit, collectioni inseruit.

---

1) Haenel LRV. 465; Conrat I, 48[2]; Patetta l. c. 21.

2) Conrat I, 18[6]. 48[2].

3) Flach 123[4]; Patetta l. c. 22.

4) Haenelius eius partem edidit in Berichte der kgl. sächs. Gesellschaft der Wissenschaften IV, p. 78 sq.

5) Conrat I, 39[1]. 257. cfr. Zeumer ZfRG.[2] IX, 11.

6) Schupfer in Atti della R. accad. dei Lincei S. III, vol. VII/1, 62; Patetta l. c. 29; idem Riv. It. XII, 311[2].

7) Maassen in comm. min. Vind. XCII, 303 sq.; Caillemer in Memoires de l'académie de Lyon XXI, p. 367 sq.; Schupfer in Atti della R. accad. dei Lincei S. IV, vol. III/1, 78. VI/1, 306 sq.; Calisse l. c. 53; Conrat I, 226 sq. 256 sq.; idem ZfRG.[1] IX, 219; Patetta AG. XLVII, 13 sq.; Fournier in Ann. Grat. XI, 381. 393 sq.; Halban II, 352; Mommsen in his Proleg. XXXVII.

8) Seckel NA. XX, 318 sq.

9) Thaner in comm. min. Vind. LXXXIX, 601 sq.; Fournier in Mélanges d'archéologie (1894) XIV, 147 sq. 159. 189; idem in Mélanges J. Havet 272; Halban in Deutsche Zeitschrift f. Kirchenrecht (1895) V, 289 sq.; Fournier Ivo 303 sq.

Anselmus Lucensis.

Hincmariana, ut Thaner et Fournier l. c. ostenderunt, postea ex collectione LXXIV titulorum Anselmus Lucensis operi suo tempore Gregorii VII. confecto inseruit [Ans. IV, 13—18 = Th. XVI, 2, 8. 16. 26. 29. 30. 34]. Insuper idem Anselmus [III, 108] ex Benedicto Levita [II, 366] partem primae Sirmondianae constitutionis et [III, 109] ex Hincmaro fragmentum tertiae collegit.[1]) Praeterea Hincmariana ex collectione titulorum LXXIV codex canonum Taurinensis[2]) lat. 239, nunc D IV, 33 saeculi duodecimi in libri primi capitibus 35—40 habet. Ex eodem fonte haec Theodosiani fragmenta excepto c. 34 Polycarpus[3]) intra annos 1101 et 1118 compilatus [III, 15, 18—22], omnia una cum additamentis Hincmari sollectio 'Liber sententiarum' codicis Florentini Laurentianae Gadd. LXXXIX sup. 32 caeculi duodecimi ineuntis[4]) sumpserunt, solam constitutionem octavam, ut iam alio loco diximus, liber Tarraconensis[5]) [I, 305], omnia sed ex Anselmo Lucensi Caesaro-Augustana[6]) praebent.[7])

Codex canonum Taurinensis 239.

Polycarpus.

Collectio cod. Flor. Laur. Gadd.

Cardinalis Deusdedit.

Transeamus ad opera cardinalis Deusdedit, qui pontifice Victore III. fortasse anno 1087 'Collectionem canonum' et postea [1088—1099] 'Libellum contra invasores et simoniacos et reliquos schismaticos' confecit. In utroque opere[8]) quaedam iuris Romani Anteiustiniani invenies.[9]) In collectione IV, 103 ut in libello duo Theodosiani genuini fragmenta exstant, quae ex epistola Iohannis VIII. supra nominata hausit.[10]) Praeterea utrique [Coll. I, 236; Libellus III, 5 in fine] fragmentum novellarum Valentiniani III [17 = Haenel 16] inseruit.[11]) Deinde ex Anselmo Lucensi [III, 109] vel alia ex collectione fragmentum constitutionis tertiae Sirmondianae in coll. IV, 144 et in libellum III, 10. 12 transiit[12]), vicesimae vero fragmenta in solo libello III, 4. 11 apparent.[13]) Contra collectio III, 134 Hincmariana [Th. XVI, 2, 8. 26. 34] ex Anselmo Lucensi [IV, 13. 15. 18] vel ex alia iuris canonici collectione deprompsit.[14]) Deinde coll. IV, 149 illud Benedicti Levitae cap. II, 366

---

1) Sav.[2] II, 296 sq.; Haenel LRV. 464; Hüffer, Beiträge 71. 103 sq.; Conrat I, 365[2]. 147[4. 5]; E. Seckel NA. XX, 303[6]; Fournier in Ann. Grat. XIII, 427 sq. Anselmi III, 108. 109 in collectione titulorum LXXIV non reperiuntur.

2) Patetta, Le ordalie 395 sq.; idem AG. XLVII, 36; Fournier in Mélanges d'archéologie etc. XIV, 211.

3) Fournier l. c. 220. Hüffer et Conratus, quibus collectionem LXXIV titulorum ex iure Romano locos habere ignotum erat, Polycarpum ex Anselmo hausisse dixerunt. Hüffer, Beiträge 103 sq.; Conrat I, 375[11].

4) Fournier l. c. 220; E. Seckel NA. XX, 303.[6]

5) cfr. supra p. CCCXLVIII.

6) Patetta, Riv. It. XII, 318.

7) Denique Hincmariana [Th. XVI, 2, 26. 29] etiam Gerhohus praepositus Reichersbergensis ex collectione quadam supradicta commentario suo in psalmum LXIV c. 21 inseruit, quem circa annum 1150 confecit [M. G. Libelli de lite III, 449].

8) Collectionem canonum edidit Martinucci 1869. Novam editionem Wolf-Glanvellus Graecensis praeparat. Libellum nuper edidit Sackur M. G. Libelli de lite etc. II, 292 sq.

9) Hüffer, Beiträge 104; Fitting ZfRG.[1] IX, 377. Contra Fittingum, qui cardinalem Theodosiano usum esse suspicatus est, Conratus recte [I, 93[1]] demonstravit auctorem solam epistolam Iohannis VIII adhibuisse. Cfr. Conrat I, 367 sq.; Sackur l. c. 297[6]; Mommsen in his Prolegomenis LXII sq. Fragmentum ex libello cardinalis contra invasores: 'ex synodo papae Hilarii — remedium' una cum excerptis ex iure Romano, quae Iohannes VIII praebuit, etiam in Gerhobi praepositi Reichersbergensis opusculo 'de aedificio Dei' circa annum 1130 confecto in c. 149 legere potes, ut nova editio in M. G. Libelli de lite III, 188 ostendit.

10) Conrat I, 93[1]; Sackur 311[5].

11) Conrat I, 146[4]. 367; Sackur 346[6]; Theod. II, 103. — Conratus I, 146[4] cardinalem ex collectione codicis Coloniensis saeculo sexto confecta hausisse putat. At P. M. Meyer mecum liberalissime communicavit textum, quem cardinalis Deusdedit novellae 17 (16) praebet, ex Coloniensi, qui in partibus Galliae scriptus est, pendere non posse. Nam ut ex Theod. II, 101 sq. apparet, collectionis Coloniensis archetypus melior est illo, quem Deusdedit et codex Γ [Vatic. 7277, quem Haenelius, Novellae constit. III sq. 'Vaticano-Ottobonianum olim Iosephi Garampii' nominat] communem habent. Uterque quidem archetypus [codicis Coloniensis et Vaticani 7277 et Deusdedit] ex corpore novellarum pleno, quod praeter Theodosianas et Valentinianas etiam Maiorianas habuit, confectus est.

12) Conrat I, 367[11]; Sackur 351[8]. 353[2].

13) Conrat I, 369[5]; Sackur 345[2]. 352[1].

14) Conrat I, 367[11].

praebet, quod fragmento constitutionis Sirmondianae primae nititur, quodque apud Reginonem I, 216 et Anselmum III, 108 invenimus.

Placidi liber de honore ecclesiae. Placidum [1]) in librum 'de honore ecclesiae', quem Nonantulae aestate anni 1111 scripsit, in *c. 86 ex decretalibus Pseudoisidorianis [Urb. decr. 5] hauriens nonnulla ex libro decimo sexto codicis Theodosiani [XVI, 2, 40], in c. 156 vero fragmentum primae Sirmondianae constitutionis ex Benedicto Levita [II, 366] assumpsisse Conratus putat. Sed accedo opinioni Kayseri Placidum cum alia tum etiam haec fragmenta non ex libris falsis sed ex collectione quadam canonum posteriore originis Italicae hausisse, quae nobis ignota est.

Libellus cod. Neapol. In appendice libelli codicis bibl. nat. Neapolit. C. V 46 'de lite inter papam et imperatorem' intra XVII. Kal. Octob. et XIII. Kal. Novembr. anni 1112 confecti, ad libertatem ecclesiae demonstrandam partes constitutionum Sirmondianarum [2]) apponuntur, quas auctor imperatori Theodosio tribuit. Unde eas hauserit nescio, certe non ex ipsa collectione Sirmondianarum. Quae excerpta etiam Florum in commentario suo habere Schumius ostendit.

Gratiani Decretum. Varia ex Breviario, ex libro XVI. Theodosiani genuini, ex epitoma Parisina, ex constitutionibus Sirmondianis, ut tabella illustrabit, apud Gratianum invenies. Sed ipse Breviarium eiusque additamenta non cognovit, ut iam Haenelius affirmavit. Denuo Friedbergus in editione nova Decreti idoneis locis demonstravit unde Gratianus eadem sumpserit.[3]) Tabella nostra exempli gratia etiam complura Breviarii fragmenta commemorat, quae ad Gratianum per collectiones falsarum decretalium et capitularium venerunt, quamquam ipse hos libros non evolvit, sed textus solummodo ex collectionibus canonum illis posterioribus excerpsit. De relatione inter Theodosianum et Iustiniani libros disserens Theodosianum nova collectione obsoletum esse Gratianus dicit itaque in dicto C. II q. 6 c. 27 opposito declarat imperatorem Iustinianum tempus, intra quod appellatio post datam sententiam a Theodosianis legibus permittitur, ad decem dies prolongasse et alio loco [C. XI q. 1 c. 35. 36] primam ex constitutionibus Sirmondianis, quam Theodosio imperatori assignavit, in Iustiniani codice vero non invenit, per Carolum Magnum renovatam esse itaque vim accepisse contendit.

Ex ipso Breviario apud Gratianum hos locos inveni:

*C. II q. 1 c. 2 cfr. Br. Th. IX, 30, 1 int.
*q. 3 c. 5 = „ „ IX, 1, 3 int.
q. 3 c. 8 = „ „ IX, 27, 1 int.
q. 6 c. 22 = „ Paul. V, 35, 1 int.
c. 24 = „ „ V, 36, 1 et 2 cum int.
c. 25 = „ „ V, 37, 2 int.
c. 26 = „ „ V, 38, 1 int. 2.
c. 27 = „ „ V, 39, 1.
c. 40 = „ „ V, 37, 1 int. in pr.
*q. 7 c. 53 in fine = Br. Th. IX, 3, 2 in fine.
*q. 8 c. 3 in pr. = „ „ IX, 1, 11 [quisquis — supplicit].
*C. III q. 6 c. 4 in pr. = „ „ IX, 1, 5 in pr.
q. 9 c. 7 habet nonnulla ex Br. Th. IX, 1, 5 int.
*c. 18 cfr. Br. Paul. V, 5, 9.
*q. 11 c. 1 = „ Th. IX, 1, 7 in pr. et int.
*c. 3 = „ „ IX, 1, 7 int.

---

[1]) Ediderunt hunc librum Heinemann et Sackur M. G. Libelli de lite II, 566 sq. Cfr. Conrat I, 372 sq.; Kayser, Placidus von Nonantula. Diss. inaug. Kiel 1888, 42, 56 sq.

[2]) Const. 11 '*Gaudeant — gaudemus*'; const. 1 '*Sanximus — terminatum*', '*nec liceat — deciderit*', '*hoc nos — firmamus*'; const. 6 '*privilegia — arbitrio*'. Cfr. Schum in Jahrbücher der kgl. Akademie gemeinnütz. Wissenschaften NF. VIII, 251. 276 sq.; Conrat I, 373 sq.

[3]) Friedberg, Corpus iuris canonici I. Proleg. XLII sq. — Haenel LRV. Prolegom. XCIX [48], 465; Conrat, Epitome Exactis regibus, Prooemium CLXXXVIII (quae ipse hoc loco dixit, postea Quellen I, 47 [1] correxit); Conrat I, 379 [3]; Ficker in IOeGF. tom. supp. II, 41 sq.; Patetta l. c. 37.

*C. V q. 3 c. 2 = „ Paul. V, 18, 11 int.
C. XXIV q. 3 c. 6 § 1 *quicunque — iudicatum* = Br. Paul. V, 5, 6.
*C. XXX q. 5 c. 11 habet nonnulla ex Br. Th. II, 18, 1 et int.
C. XXXII q. 7 c. 25 et 26 = Br. Paul. II, 20, 4 et int.
C. XXXV q. 5 c. 6 = Br. Paul. IV, 10, 1—8 cum intt.
q. 6 c. 1 cfr. „ Th. IX, 4, 2 et int.

Ex libro decimo sexto Theodosiani genuini:

C. XXIII q. 8 c. 23 *in qualibet — decrevimus* = Th. XVI, 2, 16. 26.
C. XXV q. 2 c. 20 = Th. XVI, 2, 29. 30. 34.

Ex epitome Parisina:

*C. II q. 6 c. 1 et 2 = Ep. Par. Th. XI, 8, 1. 2.
*c. 20 = „ „ „ XI, 8, 3.
*C. III q. 6 c. 18 = „ „ „ IX, 1.
*C. V q. 6 c. 5 cfr. „ „ „ X, 5, 1.

Ex constitutionibus Sirmondianis:

C. XI q. 1 c. 5 = const. 3 *continua lege — legibus.*
c. 35 et 36 = const. 1 *quicumque — dirigantur; omnes itaque — firmamus* [Conrat I, 379[5]].

Summa Paucapaleae. Quae Paucapalea[1]) in Summa ad Decretum Gratiani (ad c. 11 D. 1) dicit, cum fragmento ex Breviario [Paul. V, 28, 1] conferenda sunt. Inter alia vero etiam verbum imperatorem in 'regem' mutatum est. Ex quo auctore Paucapalea hunc textum valde depravatum hauserit nescio.

Rufinus. Rufinum et Iohannem Faventinum et Iohannem Hispanum aeque ac alios iuris canonici scholae Bononiensis magistros neque Breviarium neque Theodosianum genuinum unquam vidisse constat. Quodsi Rufinus[2]) ad c. 2 D. 7 etiam Theodosiani mentionem facit, hoc ex Iustiniani constitutione 'de novo codice faciendo' habere videtur ex eodemque fonte auxit, quae Gratianus ex libro Isidori Etymologiarum assumpsit. Praeterea C. II q. 6 c. 26, quod re vera ex interpretatione ad Paulum V, 38, 1 haustum est, Theodosiano tribuit, quia ille canon apud Gratianum inscriptione 'ex legibus Theodosianis' praeditus est. Denique in C. VI q. 2 c. 1 legem Theodosii 'Quicumque litem' adducit, sed notitiam eius solo Gratiano [C. XI q. 1 c. 35] debet. Lex illa Theodosii non alia quam prima Sirmondiana constitutio est, qua Breviarii codices quidam iam temporibus Benedicti Levitae aucti erant. *Iohannes Faventinus.* Ita etiam Faventinus, ut Schultio adversemur[3]), quae ipse de Theodosiano dicit, non ex originali sed tantum ex Gratiano librisque Iustiniani hausit. Scripsit ad C. II q. 6 c. 20—27, quo loco Gratianus nonnulla ex Breviario praebet, omnes istas leges tum nullam vim habere nec in Iustiniani codice reperiri, dein ad c. 24 eod. ex Paulo cum Gratiano titulum 'de cautionibus' ex codice Theodosiano memorat, sed affirmat hunc titulum in 'codicibus nostris' id est in Iustiniano non esse. Postremo ad C. XI q. 1 c. 35 secundum Gratianum legem de Theodosiano codice tractam esse contendit et auctorem suum secutus Theodosiani leges hodie non observari dicit, nisi quae in Iustiniano reperiantur. *Iohannes Hispanus.* Iohannes Hispanus[4]), qui auctore Schultio Summam decreti Lipsiensem [cod. 986 bibl. univ. Lips.] confecit, neque codicem Theodosianum neque Breviarium cognovisse videtur, quamquam cum Parisinis eum necessitudine iunctum fuisse putant. Dictum ad C. II q. 6 c. 24 Faventino debet, cuius summa maxime utebatur, item in illis, quae ad C. XXXIII q. 2 c. 8

[1]) ed. Schulte 1890. cfr. Maassen in comm. min. Vind. XXXI, 496.

[2]) cfr. editionem, quam nuperrime Singer curavit [Paderborn 1902]. Hic multos errores, quos Schulte in editione sua admiserat, detexit. Rufinum Theodosiani notitiam habuisse Singer contra Schultium negat [Proleg. CX, CLXIX].

[3]) Schulte in comm. min. Vind. LVII, 590 et 593 putat Faventinum Theodosiani notitiam habuisse.

[4]) Schulte eod. LXVIII, 48 sq.; idem, Geschichte der Quellen etc. I, 510.

addit: 'sed illud est lex Theodosiana, nec habet locum hodie', nullam ipsius Theodosiani notitiam ostendit, quia iam Gratianus hunc canonem ex Theodosiano profectum esse memoriae prodidit.

Cardinalis Hostiensis.

Denique cardinalis Hostiensis in prooemio Summae decretalium, ubi libros commemorat, in quibus legalis sapientia consistit, Breviarii nullam mentionem facit[1]), ex quo item colligeres scholam iuris civilis et canonici Italicam exemplaria Breviarii non habuisse iurisque canonici scriptores ex Italia profectos ex aliis tantum scriptis incertam et levissimam Theodosiani notitiam habuisse neque quidem, quae inter illum et codificationem Alaricianam differentia esset, cognovisse.

[1]) Sav.[2] III, 421[a].

Addenda.

Alcuini epistolae.

ad p. CCCXX. Alcuinus in epistola quadam anni 801 vel 802 nonnulla fragmenta ex Breviario praebet (ep. 118 ed. Dümmler in 'Bibliotheca rerum Germanicarum' VI, 631 sq.). Sunt haec: Br. Paul. V, 28, 1. 2 cum int.; Br. Th. IX, 2, 3 cum int. et IX, 34, 1 cum int.

ad p. CCCXXVI[4] adde Conrat I, 78[6].

Opuscula Hincmari ex cod. Leid.

ad p. CCCXLI. Opuscula Hincmari Remensis archiepiscopi, quae Gundlachus in 'Zeitschrift für Kirchengeschichte' X, 92 sq. et 258 sq. ex codice 141 bibliothecae univers. Leidensis edidit, nulla Breviarii fragmenta continent.

Collectio cod. Montispess. H. 137.

ad p. CCCXLIII. Quosdam Breviarii locos compilator collectionis B in codice Montispessulano H. 137 habet ex Benedicti Levitae capitularibus sumptos. Tractavit hunc codicem P. Fournier in Ann. Grat. (1897) p. 1 sq.

Gratias maximas ago professoribus Hirschfeldo et Seeckio et collegae meo Oenipontano Carolo de Radinger, qui me in corrigendis plagulis huius operis liberalissime adiuverunt. Indicem locorum ex Breviario adhibitorum confecit discipulus meus Guilelmus Rottleuthner Oenipontanus.

INDEX LOCORVM EX BREVIARIO ADHIBITORVM.

I. Ex lege Romana Visigothorum:

II. Ex Theodosiano genuino praesertim ex libro decimo sexto:

III. Ex Novellis Posttheodosianis:

IV. Ex epitoma Aegidiana:

V. Ex epitoma Parisina:

VI. Ex epitoma Guelferbitana:

VII. Ex epitoma Monachi:

VIII. Ex constitutionibus Sirmondianis.

CONSPECTVS FONTIVM MEDII AEVI, QVOS COMMEMORAVI.

D.

E.

F.

SIGLORVM, QVAE ADHIBVI, NEC NON LIBRORVM, QVIBVS VSVS SVM, INDICVLVS.

A. = Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde, Frankfurt 1819 sq.
Acta sanctorum ed. Bollandus, Venetiis 1734 sq.
AG. = Archivio giuridico, Bologna 1868 sq.
Amira K. v., Grundriss des germanischen Rechtes. Der 2. Auflage 2. Abdruck, Strassburg 1901.
Angilr. = Angilramnus.
Ann. Grat. = Annales de l'université de Grenoble, Paris 1889 sq.
Ant. = Antiqua (LV.).
Anthem. = Anthemius.
Atti Tor. = Atti della R. accademia delle scienze di Torino, Torino 1866 sq.

Baudi de Vesme, Edicta regum Langobardorum, I. Aug. Taurin. 1855.
Becker G., Catalogi bibliothecarum antiqui, Bonnae 1885.
Behrend R., Lex salica, Weimar 1897.
Ben. Lev. = Benedictus Levita.
Besta H. in 'Riv. It.' XXX. XXXI. XXXV.
Berichte über die Verhandlungen der sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften zu Leipzig, phil.-hist. Klasse.
Bethmann-Hollweg A., Der Civilprozess des gemeinen Rechtes in geschichtlicher Entwicklung, I sq., Bonn 1864 sq.
Beyer H., Urkundenbuch zur Geschichte der mittelrheinischen Territorien, I sq., Koblenz 1876 sq.
Bibliothèque de l'école des chartes, I sq., Paris 1839 sq.
Binding C., Geschichte des burgundisch-romanischen Königreiches, Leipzig 1868.
Bluhme in M. G. LL. III. IV.
Boecking E., Corpus legum sive Brachylogus iuris civilis, Berol. 1829.
Boretius A., Die Capitularien im Langobardenreiche, Halle 1864.
Bouquet M., Recueil des historiens des Gaules et de la France etc., Paris 1738 sq.
Br. = Breviarium.
Brissaud J., Manuel d'histoire du droit Français, Paris 1903.
Bruel A., Recueil des chartes de l'abbaye de Cluny, Paris 1876 sq.
Brunner I. II = Brunner H., Deutsche Rechtsgeschichte, I. II. Leipzig 1887 sq.
Brunner, Grundzüge^2 = Brunner H., Grundzüge der deutschen Rechtsgeschichte, 2. Aufl., 1903.
Brunner in 'comm. min. Berol.' 1894; in ZfRG.^{2} IV.

c. = caput, canon, constitutio.
Caillemer = Caillemer E., Le droit civil dans les provinces Anglonormandes au XIIe siècle, Caen 1884.
Caillemer in 'Mémoires de l'académie de Lyon', XX. XXI; in Nrh. III.
Calisse C., Il diritto di Teodosio in Italia. Annuario della università di Macerata 1888/89.
Capit. = Capitularia.

Chind. = Chindasvindus.
Collectio librorum iuris Anteiustinianei in usum scholarum ediderunt Krueger, Mommsen, Studemund, I sq., 1891 sq.
Collection de documents inédits sur l'histoire de la France, Paris 1835 sq.
comm. min. Berol. = Sitzungsberichte der kgl. preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin.
comm. min. Monac. = Sitzungsberichte der kgl. bayrischen Akademie der Wissenschaften zu München, philos.-philol. und hist. Klasse.
comm. min. Vind. = Sitzungsberichte der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, phil.-hist. Klasse.
Conrat I = Conrat M., Geschichte der Quellen und Litteratur des römischen Rechts im früheren Mittelalter, I. Leipzig 1889.
Conrat M., Die epitome Exactis regibus, Berlin 1884.
Conrat M., Der Pandekten- und Institutionen-Auszug der britischen Dekretalensammlung als Quelle des Ivo, Berlin 1887.
Conrat in NA. XV. XXIV; in ZfRG.[1] IX.

Dacherius (D'Achéry), Spicilegium sive collectio veterum aliquot scriptorum etc., I sq., ed. nov. Paris 1723.
Dahn F., Die Könige der Germanen, I sq., Würzburg 1861 sq.
Denifle H., Die Universitäten des Mittelalters bis 1400, I. Berlin 1885.
Digesto Italiano, I sq., Torino 1881 sq.
Durig J., Ueber die staatsrechtlichen Beziehungen des italienischen Landestheiles von Tirol zu Deutschland und Tirol, Innsbruck 1864.

Ep. = Epitome.
Ep. Aeg. = Epitome Aegidii.
Ep. Guelf. = Epitome Guelferbitana.
Ep. Mon. = Epitome Monachi.
Ep. Paris. = Epitome Parisiensis (cod. Paris. 10753).
Eur. = Euricus.

Festgaben zu Ehren Max Büdingers, Innsbruck 1898.
Ficker J., Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens, I sq., Innsbruck 1868 sq.
Ficker J. in comm. min. Vind. LXVII; in IOeGF. tom. suppl. II.
Fitting, Brachylogus = Fitting H., Ueber die Heimath und das Alter des sogenannten Brachylogus, Berlin 1880.
Fitting, Anfänge = Fitting H., Die Anfänge der Rechtsschule zu Bologna, Berlin 1888.
Fitting in ZfRG. XI, in ZfRG.[1] VI. VII. IX.
Flach = Flach J., Études critiques sur l'histoire du droit Romain au moyen age avec textes inédits, Paris 1889.
Fournier P. in Ann. Grat., XI. XIII; in 'Bibliothèque de l'école des chartes', LVII. LVIII; in 'Mélanges d'archéologie et d'histoire', XIV; in Mélanges J. Havet; in Nrh. XI.
Fournier, Ivo = Fournier P., Les collections canoniques attribuées a Yves de Chartres in 'Bibliothèque de l'école des chartes', LVII. LVIII.
fr. fragm. = fragmentum.
Friedberg Ae., Corpus iuris canonici, I. II., Lipsiae 1881.

Gai = Gaius.
Gallia christiana in provincias ecclesiasticas distributa, ed. II., Paris 1715 sq.
Gaudenzi in ZfRG.[2] VII.
Guérard, Cartulaire de l'abbaye de S. Victor de Marseille, I sq., Paris 1857.
Giraud Ch., Essai sur l'histoire du droit Français au moyen age, I sq., Paris 1846.
Glasson = Glasson E., Histoire du droit et des institutions de la France, I sq., Paris 1887 sq.
Greg. = Gregorianus.
Gundlach in 'Zeitschrift für Kirchengeschichte', X.

Haenel G., Codices Gregorianus, Hermogenianus, Theodosianus, Bonnae 1842.
Haenel G., Novellae constitutiones imperatorum etc., Bonnae 1844.
Haenel in 'Berichte der sächs. Gesellschaft der Wissenschaften', IV.
Haenel LRV. = Haenel G., Lex Romana Visigothorum, Lipsiae 1849.
Halban = Halban A. v., Das römische Recht in den germanischen Volksstaaten, I sq., Breslau 1899 sq.
Halban in 'Deutsche Zeitschrift für Kirchenrecht', V.
Harduin I, Collectio regia maxima conciliorum, I sq., Paris 1715.
Herm. = Hermogenianus.
Hinschius P., Decretales Pseudo-Isidorianae et capitula Angilramni, Lipsiae 1863.
Hinschius P., Das Kirchenrecht der Katholiken und Protestanten, I sq., Berlin 1869 sq.
Hübner in ZfRG.[2] XII add.
Hüffer H., Beiträge zur Geschichte der Quellen des Kirchenrechtes, Münster 1862.

int. = interpretatio.
IOeGF. = Mittheilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung, Innsbruck.
Jung E., Römer und Romanen in den Donauländern, Innsbruck 1877.
Iust. = Iustinianus codex ed. Krueger.

Kayser, Placidus von Nonantula, Inaugural-Dissertation, Kiel 1888.
Kiener F., Verfassungsgeschichte der Provence etc., Leipzig 1900.

L. = Lex.
Liebermann F., Ueber das englische Rechtsbuch leges Henrici, Halle 1901.
LL. = Leges.
Loening E. = Loening E., Geschichte des deutschen Kirchenrechtes, I sq., Strassburg 1878.
L. Rib. = Lex Ribuaria ed. Sohm.
LRV. = Lex Romana Visigothorum ed. Haenel.
LV. = Leges Visigothorum ed. Zeumer.

Maassen, Concilia = Concilia aevi Merovingici ed. Maassen in M. G. LL. sectio III. I.
Maassen, Geschichte = Maassen Fr., Geschichte der Quellen und der Litteratur des kanonischen Rechts, I. Graz 1871.
Maassen in comm. min. Vind. XXXI. LXXXIV. XCII; in 'Jahrbücher des gemeinen Rechts', II; in 'Kritische Vierteljahrsschrift', V.
Mabillon I., Acta sanctorum ordinis s. Benedicti etc., Lut.-Paris. 1668 sq.
Mabillon I., Vetera analecta sive collectio veterum aliquot operum etc., ed. nova Paris 1723.
Maior. = Maiorianus.
Mansi = Mansi I., Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio. Florentiae et Venetiis, I sq., 1757 sq.
Marc. = Marcianus.
Martène E. et Durand A., Veterum scriptorum etc. amplissima collectio, I sq., Paris 1724 sq.
Martène E. et Durand A., Thesaurus novus anecdotorum, I sq., Lut.-Paris 1717.
Marion I., Cartulaires de l'église cathédrale de Grenoble, Paris 1869.
Martinucci P., Deusdedit presb. Card. collectio canonum e codice Vaticano, Venetiis 1869.
Mayer E., Zur Entstehung der lex Ribuaria, München 1886.
Meibom V. v., Das deutsche Pfandrecht, Marburg 1867.
Mélanges Julien Havet, Paris 1895.
Merkel I., De republica Alamannorum, Berlin 1849.
Merkel in M. G. LL. III; in A. XI.
Migne, Patrol. lat. = Migne I. P., Patrologia latina, I sq., Paris 1844 sq.
M. G. = Monumenta Germaniae historica, Hannoverae-Berolini 1829 sq.
Scriptores rerum Merovingicarum, I sq.
Scriptores, I sq.

Libelli de lite imperatorum et pontificum saec. XI. et XII. conscripti, I. II. III.
Leges (LL.), I sq.
Legum sectio I. Leges nationum Germanicarum, I sq.
Legum sectio II. Capitularia regum Francorum, I. II.
Legum sectio III. Concilia I.
Legum sectio V. Formulae.
Moris et Blanc, Cartulaire de l'abbaye de Lérins, Lérins 1883.

NA. = Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde, Hannover 1876 sq.
Neumeyer C., Die gemeinrechtliche Entwicklung des internationalen Privatrechtes und Strafrechtes bis Bartolus, München 1901.
Nov. = Novella.
Nrh. = Nouvelle revue historique de droit Français et étranger, Paris. 1877 sq.

Pardessus I. M., Diplomata chartae epistolae etc., I. II, Lut.-Paris. 1843 sq.
Patetta F., Le ordalie, Torino 1890.
Patetta in AG. XLVII et LIII; in Atti Tor. XXV et XXVIII; in Digesto Italiano V; in Riv. It. XII.
Paul. = Paulus.
pr. = principium.

Recc. = Reccesvindus.
Richter Ae., Beiträge zur Kenntnis der Quellen des kanonischen Rechts, Leipzig 1834.
Riv. It. = Rivista Italiana per le scienze giuridiche, Roma 1886 sq.
Rockinger in comm. min. Monac. 1884.

Salis in M. G. LL. sectio I. II; in ZfRG.[2] VI.
Salvioli manuale[3] = Salvioli G., Manuale di storia del diritto italiano, ed. III., Torino 1899.
Sav.[2] = Savigny C. F. v., Geschichte des römischen Rechtes im Mittelalter, 2. Aufl., I—VII, Heidelberg 1834 sq.
Scherer R. v., Ueber das Eherecht bei Benediktus Levita und Pseudo-Isidorus, Graz 1879.
Scherer R. v., Handbuch des Kirchenrechtes, I. II., Graz 1886 sq.
Schmidt in ZfRG.[2] IX. XI. XVI.
Schroeder[4] = Schroeder R., Lehrbuch der deutschen Rechtsgeschichte, 4. Aufl., Leipzig 1902.
Schrörs H., Hinkmar Erzbischof von Rheims, Freiburg 1884.
Schulte F., Geschichte der Quellen und Litteratur des kanonischen Rechts, I sq., Stuttgart 1880 sq.
Schulte in comm. min. Vind. LVII. LXIV. LXVIII. CXVII.
Schum in 'Jahrbücher der kgl. Akademie gemeinn. Wissenschaften'. Neue Folge, VIII.
Schupfer manuale[3] = Schupfer F., Manuale di storia del diritto italiano, ed. III., 1904.
Schupfer in Atti della R. accademia dei Lincei, classe di scienze morali, S. IV. III/1. VI/1. VII/1.
Seckel E. in NA. XX. XXVI.
Sev. = Severus.
Simson B., Entstehung der Pseudo-Isidorischen Fälschung etc., Leipzig 1886.
Sirmondus I., Hincmari Remensis opera, I. II., Lut.-Paris. 1645.
Sirm. = constitutio Sirmondiana.
Singer H., Die Summa magistri Rufini, Paderborn 1902.
Singer H. in 'Archiv für katholisches Kirchenrecht', LXXIII.
Sohm R. in ZfRG. V.
Specht F. A., Geschichte des Unterrichtswesens in Deutschland von den ältesten Zeiten bis zum 13. Jahrhundert, Stuttgart 1885.
Spicilegium Romanum ed. Aug. Mai, Roma 1839 sq.
Stobbe = Stobbe O., Geschichte der deutschen Rechtsquellen, I. II., Leipzig 1860 sq.
Stouff = Stouff L., Étude sur le principe de la personalité des lois etc., Paris 1894.

Tardif A., Coutumes de Toulouse, Paris 1884.
Tardif A., Le droit privé au XIII[e] siècle, Paris 1886.
Tardif DC. = Tardif A., Histoire des sources du droit canonique, Paris 1887.
Tardif OR. = Tardif A., Histoire des sources du droit Français, Paris 1890.
Thaner F. in comm. min. Vind. LXXXIX.
Theod. I = Theodosiani libri XVI cum constitutionibus Sirmondianis ed. Th. Mommsen, Berol. 1905.
Theod. II = Leges novellae ad Theodosianum pertinentes ed. Paul. M. Meyer, Berol. 1905.
Traube in NA. XXVII.

U. = Usatici Barchinoniae ed. Giraud.

(Vaissette) Histoire générale de Languedoc, I sq., Paris 1730 sq.
Val. = Valentinianus.
Voltelini in Festgaben; in IOeGF. tom. suppl. II.

Waitz [2]VI = Waitz G., Deutsche Verfassungsgeschichte, VI, 2. Aufl. bearbeitet von G. Seeliger, Berlin 1896.
Wagner in ZfRG.[2] IV.
Wartmann H., Urkundenbuch der Abtei St. Gallen, I sq., Zürich 1863 sq.
Wasserschleben F. G. A., Reginonis abb. Prum. de synodalibus causis etc., Lipsiae 1840.
Wasserschleben H., Beiträge zur Geschichte der vorgratianischen Kirchenrechtsquellen, Leipzig 1839.
Werminghoff in M. G. Legum sectio II. Capit. II; in NA. XXVI.

Xenia Büdingero oblata vide Festgaben.

Zanetti G. L., La legge Romana retica-coirese e udinese, Milano 1899.
Zeumer Form. = Formulae Merovingici et Karolini aevi ed. Zeumer in M. G. LL. sectio V.
Zeumer LV. = Leges Visigothorum ed. Zeumer in M. G. LL. sectio I.
Zeumer in NA. XII. XXIII—XXVII; in ZfRG.[2] IX.
ZfRG. = Zeitschrift für Rechtsgeschichte.
ZfRG.[1] = Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, Rom. Abth.
ZfRG.[2] = Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, Germ. Abth.

Corrigenda.

p. CCCXV, 11 et 14: Gai.
p. CCCXXIII, 7: Br. Th. VIII, 5, 1.
p. CCCXXV[2]: 1—6; 6; 8, 1.
p. CCCXLII, 32: 6, 5.
p. CCCXLII, 35: Nannetensi.

PROLEGOMENA
IN CONSTITVTIONES SIRMONDIANAS.

Sylloge constitutionum, quae a primo universi corporis editore Sirmondiana nuncupatur, ad nos pervenit sine inscriptione vel subscriptione ulla; nam quae pro ipsius titulo accepta sunt praescripta *de episcopali iudicio*, ea dubium non est pertinere ad solam constitutionem primam. Videmur eam habere plenam, nam a codice unico integro quod absunt prima verba restituta nuper ex exemplari a sylloge alieno, id contra syllogae integritatem non poterit adlegari, cum adsit in eodem inscriptio, videturque magis principium minio fortasse scriptum in archetypo evanuisse. Continet constitutiones imperatorum Romanorum numero sedecim (nam quae pro XVII et XVIII numerantur, supra p. LXII vidimus excerptas esse ex Theodosiano et nostrae syllogae in codice primario subiunctas) neque ad tempus neque, quantum quidem nobis apparet, ad aliam ullam regulam ordinatas, sed numeratas. Certe in codice illo primario numeri adscripti sunt ad XIIII. XV. XVI, itemque ad XIII, qui numerus in sylloge Corbeiensi, quae hanc legem ex ipsa hac sylloge videtur deprompsisse, in XLIII corruptus est. — Ex constitutionibus antiquissima est prima Constantini a. 333, recentissima sexta Valentiniani III a. 425. Dubium non est syllogen compilatam esse ante publicatum codicem Theodosianum, cum eum non solum non adleget, sed constitutiones in eum receptas bipertitas et abbreviatas, plenas et integras proponat, at probabiliter statuetur Theodosiani compilatores usos esse si non ipsa hac sylloge, certe simili eaque omnino pleniore ex Occidente ad se adlata. Constitutiones sunt aliae occidentales, orientales (3. 8) aliae; nihilominus syllogen formatam esse apparet in partibus Occidentis; utrum in Gallia an in Africa, certo decidi non potest. Illi origini favet constitutio sexta in hoc corpore inscripta praefecto praetorio Galliarum, cum exemplorum duorum fragmenta Theodosiano 16, 2, 47. 16, 5, 62. 64 inserta inscripta sint praefecto urbi et comiti rei privatae; huic, quod ad constitutiones duas quartam et duodecimam adnotatum est venire eas ex exemplis propositis Karthagine.

Syllogen Sirmondianam vel ad eam pertinentium constitutionum aliquot vel aliquam exhibent codices qui sequuntur.

Z Berolinensis Phillippsianus 1745 (Rose n. 83; cf. Maassen *Quellen* 1, 775), nobis *Z*, saec. VII/VIII, aliquando teste Sirmondo 'Lugdunensis ecclesiae metropolitanae', deinde Claromontanus sive Sirmondi, solus universam syllogen constitutionum sedecim servavit. Sylloge quamquam et titulo proprio et subscriptione caret, videtur integra in hoc libro contineri, neque enim quicquam ibi deest tam a principio quam in fine; praecedunt concilia Gallica aliaque ecclesiastica apud Rosium diligenter recensita, sequuntur excerpta ex codice Theodosiano, de quibus supra (p. LXII) egimus, quibus cum hac sylloge nulla communio videtur esse.

Florus Florus ecclesiae Lugdunensis diaconus imperante Ludovico pio non ignobilis (egerunt de eo diligenter Maurini *hist. litt. de la France* vol. 5 [1740] p. 213 seq.) contra Modoinum Augustodunensem episcopum et carmen direxit editum apud Mabillonium vet. anal. (1723) p. 414 et commentarium composuit, cuius duas habemus epitomas, alteram editam ex 'codice sancti Mariani Autissiod. o. p.' apud d'Achery spicil. tom. 12 (1675) p. 48 seq. inscriptam *haec a domno Floro viro prudenti collecta sunt ex lege et canone* enarratam dili-

genter a Maasseno (*Quellen* 1, 874), alteram ex codice Ambrosiano A 46 inf. saec. X editam ab eodem Maasseno (comm. minores acad. Vindobon. vol. 92 a. 1879 p. 301 seq.), in quo commentario excerpta non pauca posuit sumpta, ut recte statuit Maassen, ex ipso codice nostro primario iam Berolinensi, Flori tempore Lugdunensi.

Epitome altera Ambrosiana in universum brevior, tamen quaedam addit in exemplari Autissiodorensi omissa, in his partem constitutionis Th. 1, 27, 1 non pertinentem ad Sirmondianas, sed post eas in eodem codice perscriptas.

Parisinus 1452, aliquando, ut in ipso adnotatum est, canonicorum Aniciensium (= Le Puy en Velay), saec. X (cf. Maassen l. c. p. 775; chron. minora mea 1 p. 562), adhibitus item a Sirmondo, descriptus est ex *Z* itaque a nobis ibi tantum adhibitus, ubi propter margines laesos *Z* deficit. ***Paris. 1452***

Berolinensis Lat. fol. 270, nobis *Berol.*, in folio solitario (hodie 15) post Th. 9, 14 — 9, 16 habet adscriptas manu secunda constitutiones duas, alteram eam quam edidimus p. 240 sub titulo *cap. XII Teodosii lib. VI* admodum suspectam, alteram constitutionem Sirmondianam primam interpolatam ex novella 27 Valentiniani III. Pendet qui haec adiecit ex duorum codicum *Z* et Paris. 1452 altero utro vel certe ex simili. ***Berol.***

Eporediensis 35 saec. IX/X, nobis *E* (supra p. LXVII) cum apographo Parisino 4406 olim Vesontino (supra p. LXVIII).
Oxoniensis Bodleianus Seldenianus B 16 saec. XII, nobis *O* (supra p. LXV).
Ambrosianus C 29 inf. saec. XI, nobis *A*, ita mutilus, ut non supersint ex sylloge nostra nisi rubricae constitutionum 5 et 7 (supra p. LXXXIII).
Berolinensis Phillippsianus 1741 adiunctis foliis duobus insertis codici Vaticano reg. 1283 saec. X, nobis *Y* (supra p. LXXXVIII).
Parisinus 12445 (Sangerm. 366) saec. IX/X, nobis *D* (supra p. LXXXVIII).
Epitome Parisina 10753 = suppl. Lat. 215 (supra p. LXXXIX).
Parisinus 9652 (suppl. Lat. 779) saec. IX antea Bellovacensis, nobis *Bellov.*, tamquam Theodosiani l. XVI titulum VI *de episcopali iudicio* ponit constitutionis Sirmondianae primae partem (supra p. XCIX).
Leidensis Vossianus quart. 119 habet praeter epitomen Breviarii Aegidianam (supra p. CI) eandem particulam primae constitutionis sub praescripto *XI in libro XVI Theodosii de episcopali iudicio.*
[Hincmarus (supra p. LXXXIX et p. 910) adlegat const. 3.
Benedictus Levita (supra p. LXXXIX et p. 908) citat const. 1.]

Qui libri omnes, ut ostendunt laterculus supra p. XC propositus locique alii citati, syllogen Sirmondianam Theodosiano formae Alaricianae aut subiungunt aut (scilicet *O*) libro XVI interponunt neque tamen integram, nam epitome Parisina profert constitutiones quattuor, libri *OYD* cum rubricis Ambrosiani non habent nisi constitutiones septem primas, *E* quamquam in Theodosiano longe plenior et praestantior, solas constitutiones primas tres, ut descriptus videatur ex archetypo hoc loco mutilo. Sequitur in hoc codice post constitutionem Sirmondianam tertiam (in quam folio archetypi transposito versus finem inserta est pars novellae tertiae Theodosii II) interposita pagina vacua praescriptum Novellarum: *inc̄p legū novellarū lib. I. I de Theodosiani codicis auctoritate.* Duos libros Paris. 9652 et Leidensem non habentes ex constitutionibus his nisi primam pendere ex codice tali, quales sunt *OYD*, declarant eorum praescripta.

Ex hoc ipso corpore deprompta videtur esse constitutio tertia decima in codice Parisino 12097 (Sangerman. 936) saec. VI/VII, olim Corbeiensi, quo continetur sylloge canonica, quam ab hoc libro Maassen (*Quellen* 1, 556; cf. chron. minora mea p. 563) appellat Corbeiensem. Inter additamenta scripta manibus diversis, quas enumeratas habes apud Maassenum (p. 569 sqq.), post *exemplum fidei Nicaenae* desumptum ex Rufino, ante epistulam papae Leonis I ad Anastasium episcopum Thessalonicensem, manu tamen diversa, legitur haec Sirmondiana, numero praescripto XLIII (non XIIII). — Constitutio Theodosii II et Valentiniani III incipiens *audemus quidem sermonem* (Haenel Corpus leg. p. 241), quam Sirmondus cum sylloge ea quam tractamus ex hoc libro sub n. XX edidit (cf. etiam Florum ***Paris. 12097***

sub n. XIIII), legitur ibi tamquam ***praefatio canonum Fulgenti Ferrandi ecclesiae Carthagenensis*** (sic) neque quidquam cum hac nostra commune habet.

Theodosianus praeter sex constitutiones 1. 3. 5. 7. 8. 13 reliquas aut integras habet aut epitomatas et passim bipertitas, sicut ad singulas adnotavimus.

W Singillatim ex constitutionibus Sirmondianis una sola nobis tradita est, scilicet prima, quae forma a Sirmondiana diversa legitur plenior et capite et fine in syllogae ecclesiasticae, quam Andegavensem appellant (Maassen l. l. 1 p. 821 seq.), exemplari aucto olim Weingartensi nunc Stuttgartensi 113 saec. VIII, nobis *W*, sub n. CII f. 194 (inde edidit Schulte ***Festschrift für Windscheid*** Bonnae 1888 [4 pp. 15] et in actis minoribus acad. Vindobon. cl. phil. hist. vol. 117 a. 1889 comm. XI p. 12) sic inscripto 'incip sacra Constantini impera *(sic)* de testimoniis episcoporum'.

Editiones De editionibus haec videntur adnotanda esse.

Cuiacius primus in Corpore Iuris Anteiustiniani a. 1566 edidit constitutiones tres primas, quales invenit in codice nostro *E*. In altera editione a. 1586 nihil invenitur mutatum.

Seldenus etsi habuit codicem nostrum *O* pleniorem Cuiaciano memoravitque in scriptis suis de uxore Hebraica III, 28 (opp. 2, 1830) et de synedriis I (opp. 1, 965) constitutionem Sirmondianam primam, inedita inde non protulit.

Sirmondus primus edidit syllogen universam in 'appendice codicis Theodosiani novis constitutionibus cumulatiore' Parisiis a. 1631 (8. pp. 240). Ex constitutionibus, quas editio numerat XXI, sedecim primae sunt syllogae nostrae, XVII. XVIII Theodosianae 1, 27, 1. 2 in libro primario *Z* syllogae nostrae subiunctae; XVIIII (= Haenel Corpus legum p. 238) venit ex codice eo tempore Pithoeano, qui videtur esse Parisinus 1564; XX ex codice tum Corbiensi, iam Parisino 12097, de quo modo egimus; XXI est Theod. 16, 6, 4 a Sirmondo sumpta ex nostro *Y*.

Gustavus Haenel bis syllogen edidit, primum 'de constitutionibus, quas Iacobus Sirmondus Parisiis a. 1631 edidit' Lipsiae a. 1840, deinde post Theodosiani novellas (1844) p. 405—480, in praefatione redarguens quam Iacobus Gothofredus iecerat magis quam probandam iverat opinionem constitutiones hasce ficticias esse.

Crisis Codex *Z*, quem in constitutionibus septem posterioribus unicum fere testem habemus, in septem prioribus reliquis longe meliorem, nihilominus passim hiat maxime in inscriptionibus, quas passim aut omittit aut truncat, adeoque constitutionis 15 partem extremam omittit. Ex codicibus reliquis *E* libros *YDO* bonitate vincit (2, 26), nihilo minus cum non habeat nisi tres primas neque eas incorruptas, deteriores abici nequeunt. Codicis *Z* lectiones aliquoties, licet raro, ex hisce emendari ostendunt lectiones 2 inscr. et 2, 24 (ubi *hoc eis* lectionem firmat Theodosianus). Interpolationes gravissimae in tribus his, maxime in *O*, abundant. Ceterum Theodosianae epitomae, quarum variam lectionem adscripsimus, passim meliora subministrant. Ipsa exempla multo magis corrupta sunt quam inserta Theodosiano et passim insanabilia.

Orthographica Orthographica codicis *Z* solita eius aetatis vitia ostendunt: confunduntur ***ae e (laenitas — lucae — paenitus — praeces***, item ***prestiterint — questio) — e i (felex — felicetas***, item ***contumilia — gaudiant) — o u (humicidis — luxorient)***, item ***d t*** in fine vocabuli ***(adque — illut)***, raro ***c t (conditio — contumatia)***; scribitur ***diocisis***.


Stanford University Libraries
3 6105 005 406 132

